gitime inſtituti,an petere poſſit ipſum prælatum remo
ueri vt non legitime Inſtitutum.& hanc ſatis proſequi
tur,tenet tamen,ꝙ poſſit,ſi defectus inſtitutionis præla-
ti non procedit ex facto vel voluntate canonici.ff. de p̄-
ba.l.q̄dam.ff.de his qui.vt indig. l. poſt legatum. alias ſi
ex eo pendebat,& ſcienter recipit,nō agit,ſecus ſi igno-
ranter,allegat ad primum.ff.de inoffi.teſt.ſi pars.§.vlt. &
l.nihil.ad ſecundum allegat.e.ti.mater.§. cæterum. & l.
eum qui. Ad ſolutionem.ſ.facit,de his quæ fi.a ma.par.
ca.ex ore.& quod ibi no.in gl pe.& ſ.de tranſac.ex lite-
ris.& quod ibi no.de vltimo,quod hic dicebat ſoluen-
7 do quædam contraria.& ad id quod dicitur†reſeruatio-
nes legatorum perire legatione finita,vide.ſ.eo.li.de of
fi.legati. præſenti, ſuper verbo,vacuari.¶In glo.vlti.ibi
[*cum eccleſia*]dicebat Io.mo.quod contraria loquuntur
in poteſtate actiua,hoc loquitur de paſſiua, & iſta diffe
runt.facit de cle.excom.ſi celebrat.ſ.eo.li de elec. nullꝰ.
in prin.& c.ex eo quod.in fi.& ibi.c.lij.vñ ſm̄ Dy. vica-
rius epiſcopi, vel cap̄l'm vacante ſede id non poſſet, ꝙ
dic,vt ſ.eo.lib.de offic.vica.c.fi.de inſti.c.j.ne ſed.vac. ca.
vni.& ibi.ca.vlt.ꝙ dic,vt ibi no.in vlt.glo.in confirma-
tionibus enim locum habet, ſed non in collationibus
vt ibi.

vt ibi. Itẽ da exẽplũ per dec.ii.eo.li.de elec. & per regulã
actus,hoc eodem titu.& ibi [*ordinarij*] & ibi de hoc per
Archi.& licet plura ibi recitet,omnia habentur per re-
miſſionẽ huius glo. Tenet autem, quod ſequitur in gl.
cum moderamine, quod ſtatim ſubdam & ibi[*dilecto*]
tenet Archi.in præd.decre.ordinarij. ꝙ ſi ordinarius vi-
ſus eſt in poſſeſſorem conſenſiſſe tacite, vel expreſſe,ꝙ
tunc non coget eum ad titulum oſtendendũ, de his q
ſi.a ma.par.ca.ex ore. poterit tamen ipſe licet ſit colla-
tor docere collationem ꝯ ius factam per hanc decre.di
lecto.in fi. cuius verba poſuit Archi.in decre.ordinarij.

QVAESTIO.

¶Hic circa regulam iſtam ſatis inſtetimus, & ideo
breuis hic erit quæſtio diſputata quondam per. D. Ia.
8 capi. Bonon. & eſt talis. Datus † eſt executor per pa-
pam ad prouidendum mihi de beneficio in certa eccle
ſia,quærebat, an in prouidẽdo de beneficio p Lateran.
concilium ad papam deuoluta canonica eſſet inſtitu-
tio,in hac non inſtabimus,quia eſt hodie expeditum ꝙ
ſic,per cle.de præben.ſi de beneficio. ¶Et primo argui-
tur ꝙ ſic ſecundo ꝯrium,& his ꝯriis rñdetur. tertio po-
nitur diſputantis ſolutio, quæ reprobatur. Arguebat er-
9 go ipſe ꝙ † ſic ex voluntate mandantis, q̃ ſequenda eſt,
& ſi ſit.xix.diſt.in memoriam, & intentio conſiderãda.
de reſcrip. mandatum.& rõ, quæ delegantẽ mouet &c.
eo.tit.ſuper literis.in fi.& cum mora collatoris nõ pur-
getur in hoc caſu,de ſup.neg.præ. licet ſi executor cõfer
re non poſſet,pati poſſet eccleſia defectum miniſtrorũ
ꝯ mentem iuris,de cle.non reſi.c. pe. immo ſi canonici
ſe opponerent, non eſſent audiẽdi.ſ.de elec.cũ inter. R.
10 ¶Ad ꝯrium inducebat,ꝙ † forma mandati, quæ exacta
diligentia eſt ſeruanda,id non patiebatur,quia cum pa-
pa ſcribendo præiudicat ordinario collatori, tunc vr̃ fa-
cere gratiam ſpecialem,qñ vero eſt deuoluta ad eũ col
latio.non eſt gratia,cum habeat neceſſe conferre, & in
neceſſitatibus non fit liberalitas. Sed ad hãc rõnem rñ-
11 de per no.de præben.relatum.in vlt.glo.addebat,ꝙ † re-
ſcripta ſm ius intelligenda ſunt, & ſic ſm ius facienda
eſt prouiſio,de offi.deleg.ex parte.ff.de confir.tu. l. tuto-
res.hoc cõcedo, ſed non obſtat deciſioni iuris noui.ſub
debat,ꝙ literæ videbantur ſurreptitiæ, quia nõ faciebãt
mentionem de vacatione tanti temporis,quare nõ va-
lebant,de reſcrip.cum dilecta.Soluebat, ꝙ ſi in literis di
cebatur,volens facere gratiam ſpecialem,de illo proui-
dere non potuit,allegabat.de conceſ. præ. cum noſtris,
& c.literas. parum vel nihil vrget illa clauſula, quam p
remiſſionem.ſ.dedi.Nec obſtat decr.in fi.alleg.quia nõ
ſequitur.ſi non valet reſcriptum ad beneficium de alte-
rius colorata poſſeſſione facti nõ faciens mentionem,
ergo nec valet non faciens mentionem, ꝙ collatio ſpe-
ctat ad papam.conſtat enim, ꝙ magis impetrabile eſt
beneficium,qñ ſolus concedens læditur, quam ſit,cum
læditur tertius, & largior fit impetratio primo caſu quã
ſecundo.de conſue.cum dilectus.& quod dixi,de trãſla.
c.vlti.ſuper vlti.glo. & quod no.in clemen. de offi.dele-
ga.c.vni.in magna glo.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus l.fundum Cornelianum.ff.de noua.*
2 *Bonafides non patitur vt bis idem exigatur.*
3 *Condemnatus ad certum tempus in exilium, ſi tempus perfecerit in carcere, vlterius in exilium non mittitur.*
4 *Dolo poſſidere deſiens ad quid teneatur.*
5 *Pœna & res an ſimul peti poſſint.*

REGVLA LXXXIII.

BOnafides. Non patitur, quaſi
non ſuſtinet,non per
mittit.& ibi[*exactam*]hoc proprie eſt,quod
ſoluitur ab inuito. ff. de verbo.ſig.debitor,
habet tamen hoc locum,etiam cum debens nulla coa
ctione adhibita quod debebat, ſoluit.ſatis enim eſt, ꝙ
exigi poterat ab initio,ex quo debebat, vt in.l.præ.exiga
1 tur ab eodem. Nec † obſtat.ff.de noua.l.fundum Corne
lianum.nam ibi erant ſolutiones diuerſæ, & ex diuerſis
cauſis ducentes originem, & ideo exactio vnius nõ im-
peditur per exactionẽ alterius, niſi omnes cauſæ eſſent
lucratiuæ.ff. de act.& obli.l.omnes. Item in illa lege vna
obligatio erat ſuper fundo,alia ſuper æſtimatione,& ſic
ſuper diuerſis procedit duplex exactio, & nõ ſuper vno,
Dy.ponit hũc caſum de eo, qui prius ſtipulatur fundũ,
poſtea non animo nouandi ſtipulatur, quanti fundu-
eſt, conteſtata lite ſuper fundo ſi deterioretur ſine cul-
pa debitoris,conſideratur præſens æſtimatio, ſed in alię
ra petitione venit æſtimatio,quæ fuit tempore ſecundæ
ſtipulationis. ¶Prima glo.dicit vnde ſumpta, & ponit
exemplum,dicens etiam in pœnis regulam procedere.
ſecundo dicit regulam veram, vbi vnica exactio com-
2 petit,tertio arguit quæſtionem.¶In † glo.j.ibi[*bonafides*]
ſequitur, non patitur vt bis idem exigatur.& ibi.[§.*con-
demnatio*] ſi ego legatarius ſub conditione egi ꝯ hæredẽ
de tabulis exhibendis,& quia non exhibuit condemna-
tus eſt ad intereſſe, ideſt ad ſolutionem legati,exiſtente
poſtea conditione non agam ad legatum,ſecus ſi illud
intereſſe fuiſſem conſecutus a tertio non exhibente, vt
3 ibi.& ibi[*omnes*] condemnatus † ad certum tempus in
exilium, ſi tempus perfecerit in carcere,vlterius in exi-
lium non mittitur.& ibi[.§.*ſed ſi plures*] in.l.aquilia pœ-
na vnius non liberat alium.¶In glo.j.ibi[*ab eodem*] dice-
bat ergo Dy.regulam intelligendam,ne ab eodem exi-
gatur, vel ab eo, qui ab exacto cauſam habet,vel qui ꝯ
exactum eſſet habiturus regreſſum, & ſic ſoluitur de il-
4 lo † qui dolo deſiit poſſidere,a quo licet agens cõſecutus
ſit æſtimationem,nihilominus agit ad rem contra poſ-
ſeſſorem.ff.de peti.hær.nec vllam.§.item ſi quis.de ſolu.
Stichum.§.dolo.dicit tamen per.l.ff.ſi fa.fur.ſe.dicatur,
l.quoties. & de re. eo. qui ſub tu.vel cu.l.illicite.& de re
iudi.ſi quis dolo. §. ſi quis creditorem, ꝙ petens ab alio,
qui cõtra alium habiturus eſſet regreſſum, auditur per
præalleg §.item ſi quis. & §. dolo & §.condemnatio.&
ibi[§.*ſed ſi plures.*]Hoſt.in decre.ij.quod metus cauſa.da-
bat doctrinam, ꝙ vno ſoluente alij obligati liberantur,
quando petit actor,quod ſibi abeſt,& eis adeſt, vel quã-
do pœna pro priuato commodo eſt inducta. ſecus ſi pe
tatur,qđ eis non adeſt,vel cum pœna pro publico com
modo inducta eſt,vel pura pęna, ibi videas ſuper glo.j.

QVAESTIO.

¶Hic diſputãda videtur materia,de qua remiſi in gl,
5 an † res & pęna ſimul peti poſſunt. Et eſt opi.dicens,ꝙ ſi
pęna ſuccedit loco rei debet petens altero eſſe conten-
tus.ff.pro ſo.ſi quis a ſocio.& l.quod ſi.& ff.de acti.emp.
l.prædia.facit hæc regula, ſi non ſuccedit loco rei, tunc
peti poſſit vtrunque.ff.de arbi. ſi quis rem. Hanc poſuit
Archi.in præ.can.ſi eccleſiæ.& vide.quod no xii.q.ii.epi
ſcopus qui mancipium,in vlt.glo. Sed quia Iaco. de Beli.
diſputauit & ſoluit diſtinguendo, an promiſſor pęnæ
conuenerit aliquid dare,tradere, vel facere ipſi ſtipulato
ri,aut alteri,quam ſtipulanti.aut cõuenit ſtipulanti ali-
quid facere coram iudice vel arbitro, aut conuenit non
facere, & quæſtionem ad literam poſuit ſuper l.ſi facto.
C.de pac.& de materia etiam per eum ſuper.l.fi.ff.de eo
quod cer.lo.& vtrunque habetur, ideo non in ſiſto,& vi
de per Roſ.rub. de acti. ex ſtipulatu ad incertum.ver.q̃-
ritur ſi promitto.cum ſequentibus,& per Cy. poſt Pe.C.
de tranſa. cum proponas.vide etiam, quod ſcripſi poſt
Ho.de ar.dilecti.ſuper vlti. glo. & facit, quod ipſe no.in
ſum.de ar.§.qualiter.ver.ſed nunquid religioſi.cum ſeq.
Hoc autem ſcias, quod ad regulam pertinet, quod ſiue
pęna conuentionalis ſuccedit loco rei, vt ſupra dixi,ſi-
ue loco intereſſe totius, debet actor alterum eligere,&
illo eſſe contentus per leges prædictas,ſi quis a ſocio,&
l.prædia.ff.de pac.reſcriptum.§.ſi pacto.niſi quatenus v-
num excederet reliquum,vt ibi, ad prædicta facit.ff.qui
ſat.da.cog.l.ij.§.fi.& ſi quis i ius vo.no.ie.l. fi. vbi de hoc
& ſupra de fideiuſ.cap.ij. & iij. Et ſit ratio, quia pęna in

eo,

eo, quod concurrit ſuccedit loco intereſſe, & bis idem videtur eſſe deductum in vtraq; obligatione, & ideo ſufficit alterum ſolui, vt hic & ff. de verb. obli. l. qui bis idē, ſed ſi apponitur loco particularis intereſſe, vt quia illud particulare ſtipulatus ſum, ſi mutuum non reddas certa die, tūc ſm Pe. prædictum petitur vtrunque. ff. de ac. & ob. traiectitiæ. in prin. Si autem dubitatur, an loco intereſſe, an propter puniendam contumaciam, vel contemptum ſit appoſita, præſumēdum videtur, q loco intereſſe. ff. ſi quis cau. ſi duo. ſed vbi apparet propter puniēdam contumaciam, vel contemptum appoſita, nō eſt locus regulæ, cum tunc non idem ſed diuerſum ſit, qd petitur ibi, vide plenius, vbi remiſi.

HVIVS LITERAE B. VNIca regula reſtat.

Bonafides vt ſupra.

Bonafides tantumdem poſſidenti parat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt metu facere ſecundum verba legis & ſententiam vel ſententiam tantum.*
2 *Fraus legi fit, cum fit, quod fieri vetuit.*
3 *Monacus deferens habitum coopertum an ſit apoſtata.*

REGVLA LXXXVIII.

1 CErtum. Et vltima. dicit Dy. quod † ſicut facere ſm verba legis & ſm ſententiam. Item ſententiam tantum non ſeruatis verbis ſunt paria. ff. de verbo. ſignifi. nominis §. verbum. ita econtrario facere contra verba & ſententiam, facere contra ſententiam tantum paria reputantur, alle. leges, quas alle. hic glo. ſi. dicit hāc mentem huius regulæ. Prima glo. ponit exemplum & pro materia remittit. ¶ In j. glo. ibi [*ſi cum eſſem*] ſi mulier cum vere fideiuberet, conſtituit principalem debitricem in fraudem, competit velleyanum. & ibi [*fraus*]
2 fit † fraus legi, cum fit, quod fieri noluit, aut vetuit. ¶ In glo. j. ibi [*quanto*] Dy. hoc proſequens illos quatuor modos fraudis ibi notatos dicit alios, quos ibi. ſcripſi, ſatis reducibiles ad illos. tractat & hic de eo. quod ibi ſcripſi, an liceat offendere verba & non mentem.

QVAESTIO.

¶ Hæc regula facit ad quæſtionem diſputatam hic p
3 domi. Gui. de petra lata † de monacho, qui bene defert habitum monachalem ſed coopertum habitu clericali, q ſit apoſtata, quod videtur hodie approbatū per cle. de vi. & ho. cle. quoniam. in prin. & ver. at religioſi. vbi de hoc. Propter quod abbreuiatur quæſtio, hic addam, qd allegationibus contrariis rñdebo, & noua iura coniūgam. Ad quæſtionem primo allegabatur, q non eſſet apoſtata. quia de hoc iura tractantia loquuntur de his, qui relicto habitu & ordine ad ſeculum redeūt, de apoſ. c. j. & c. tuæ. & l. di. c. vl. ſed iſte non dimiſit habitum, ergo &c. Ad hoc rñdetur in fi. Item quia monitio non pceſſit, ar. de ſent. excom. in audientia. & c. contingit. iſte non eſt caſus, quo requiritur monitio, vt patet. ſ. eod. li. ne cle. vel mo. c. ij. & videtur ſufficere veritas habitus in effectu, de conſue. quanto. in fi. & opinio debet cedere veritati, de re iudi. cum inter vos. Facit. C. plus valere qd agitur, per totum, item veſtis clericalis tanq̄ ſupflua nō debet vitiare. ff. de verbo. obli. quæ extrinſecus. de re. iur. non ſolent. nec vtile per inutile vitiatur. xij. q. ij. ſi quos. ¶ Rñde ad perdicta, q veritas monachatus non tollitur per opinionem putantium eū clericum, nec p veſtem ſuperfluam vel inutilē, ſed ſtāte monachatu ex culpa ligatur. Et iſte monachalis habitus religioſo adheret. ergo fit religioſus ff. de rei ven. quæ religioſis. vt ſic magis dignū attrahat ad ſe minus dignum. de cōſe. eccl. vel al. q in dubiis, in pmiſcibilibus & his q̄ inſeparabiliter adherent & ſine vitio procedunt prædicta hic ſecus p oīa, & facit de vi. & ho. cle. cum decore. puto q pcedentem, c. ſ. Deus, qui. voluit allegare, ſed illud de pæ. ç licentia. Item iſte nō mutauit aīum, ergo nec habitum dimiſiſſe vr̄, ar. ij. q. iij. præuaricator. Item Deus carnem nr̄am velut quoddam velamen induit. xxij. q. ij. vtilem. & nihilominus vera deitas in ſuo ſtatu permanſit. adde, & vera humanitas. de hære. cum Chriſtus. in caſu, qui ſequitur, cedit natura miraculo. de cele. miſ. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. ſic & in ſacro altaris eſt verū corpus, licet ſub ſpecie panis & vini, de conſe. di. ij. verum. & in dubio pſumitur ī meliorem partem, de reg. iur. ſed hic in facto nil dubium. ¶ Econtra, q apoſtata videatur, quia iſte cū boue & aſino vult arare, quod hodie nō licet. ſ. de apoſ. quidam. Item quia iſte in habitu ſuo religionem non oſtendit, vnde fingitur habitum dimiſiſſe. de ſent. excō. contingit. ij. & per exteriorē habitum præſumimus eius mentem mutatam, de præſum. ex ſtudiis. Itē ſi habitus iſte eſt exterius clericalis præſumimus eum interius clericalem. xxij. q. v. humanæ aures. Item deferēs veſtes clericales debet clericus iudicari de ſen. exc. ſi iudex. eo. lib. ver. iuſtum eſt. & ſic non religioſus. xxvij. diſt. quod interrogaſti. Item cū ipſe recipiet habitum, quem non poteſt habere cum primo, priori habitui renunciat ipſo facto, argu. de præben. de multa. Item modicum fermenti totam maſſam corrūpit. ix. diſt. ſi ad ſacras. ¶ Sol. cū iſte religioſus iuſtā cauſam trāsformationis ſui habitus non alleget, indubitanter dico ipſum eſſe apoſtatam. & quia tali habitu nō vteretur in clauſtro, vt in extrauag. ne cle. vel mona. grauis quam hodie nō habemus, licet ipſius mens habeatur in parte. ſ. eo. li. ne cleri. vel mo. c. ij. & quia deferri debet ſemper de vi. & ho. cle. clerici. & quia publice debet ab aliis diſtingui, de iude. in nonnullis. & quia non dicitur portare non portando vt debet, de regu. iur. qui ex timore.

SVMMARIVM.

1 *Pactum ambiguum contra venditorem interpretandum.*
2 *Falcidia inducitur contra voluntatem teſtatoris.*
3 *Legatarij electio quando ſit.*
4 *Tributoria eſt locus. etiam cum dominus negat deberi.*
5 *Conſenſus attenditur in venditionibus.*
6 *Interpretatio quando fiat ſecundum promiſſorem.* 7. *Quæſtio de epiſcopo ad quem deuolutum erat ius eligendi.*

REGVLA LVII.

COntra. Eum [*legem*] largiſſime ponit, ſic in eodem ǒctu facienda, facit. ſ. de conſue. cum dilectus. Prima glo. dicit, vnde ſit ſumpta, ponit exemplū & ad alterum remittit. ſecundo ſucceſſiue ſignat & ſoluit. vij. ǒria. iij. diſtinguit principaliter. v. mēbra, ſextum & ſepti-
1 mū addit in fi. ¶ In. j. glo. ibi [*in contrahenda † venditione*] ſequitur, ambiguū pactum contra venditorem interpretandum eſt. ambigua autē intentio ita recipienda eſt, vt res ſalua ſit actori, & ibi [*ſi quis intentione*] vide. ſ. e. cum ſunt, in prin. vlt. glo. & ibi [*ambiguis*] ſequitur, orationib. maxime ſnīa ſpectanda eſt eius, qui eas protuliſſet, & ibi [*quidam*] loquitur de illo, qui inſtituit aliquē hæredem, ſi re-
2 liquias ſuas in mare proiiciat, & ibi [*Tota*] falcidia † inducitur contra voluntatem teſtatoris, & ibi [*ſi is qui nemem*] non ſufficit ſnīa, vbi edictum voluntatē requirit, & ibi, [*non aliter*] ſequitur, a ſignificatione verborum recedi oportet, q̄ cū manifeſtū eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem. & ibi [*legato*] vt homine legato debetur non optimus, nec peſſimus. & ibi [*ſi domus*] ſi teſtator legauit domū, nec apparet, de qua ſenſerit, hæres ex domib. quas habebat, quam voluerit, dabit legatario. ſi nullam domū habebat, deriſoriū eſt legatum. & ibi [*qui duos*] habens duos ſeruos legat vnum ex his, nec apparet, quē legatarius eli-
3 git. & † ibi [*ſi generaliter*] ſequitur, ſeruus, vel alia res legetur, electio legatarij eſt, niſi aliud teſtator dixerit, & ibi, [*duo ſunt*] hanc & l. nominatim, q̄ ſequitur. vide de of. ae le. qm̄ abbas. in gl. pen. circa mediū ēt. ibi [*cum ex pluib.*]

vide

vide de offi.ordina.ſi ſacerdos.in glo.pen.& ibi[*voluntas defuncti*]ſequitur, quæſtio in æſtimatione iudicis eſt. &
ibi[*l.vel in fin.*]gnālr petens oē ius ſuū in iudiciū dedu-
ci.& ibi [§.i.]iudiciū red‍ditur in inuitū.& ibi[*illud.§. pe-*
4 *nul.*]locus ſeſt tributoriæ,ēt cum dominus negat debe-
ri, alias expediret dño negare.& ibi.[§. *damus*]alias eſt
verſ.ſub.§.ii.qui promiſit Epheſi aut Capuę,ſi eius eſſet
electio,vbi peteretur,nō iret ad eum locum, vt nec peti
poſſet.& ibi [§.*nihil.*]ſequitur,intereſt.an quis taceat,an
obſcure reſpondeat,& ibi[*in ambiguo*]ſequitur. ſermone
non vtrunque dicimus,ſed illud dumtaxat,qđ volum⁹,
5 & ibi[*in venditionibus*] in † venditionibus attenditur ꝯſen-
ſus,vnde ſi in venditione diſſentiāt in ꝑcio,vel in re,im-
perfecta eſt emptio.& ibi[*Ly.*]in prin.error litigantium
non prorogat,quia ibi deficit cōſenſus.& ibi[*quoties.y.*]
ſequitur.in ſtipulationib.ambigua eſt oratio,cōmodiſ-
ſimum eſt id accipi,quo res,de qua agitur,in tuto ſit.&
ibi[*eum qui id ſtipulatur*] ſequitur, ſi mihi & Titio.x.dare
ſpōdes,veriſimile eſt,ſup vna.x.cōiter mihi & Titio ſti-
pulari.& ibi[*obſcuris*]vide in regula ſſpicimus. ſtatim al
6 legata & ibi [*quicquid*]ſm † promiſſorem interꝑtamur,
quia licitū fuit ſtipulatori verba latè concipere.& ibi[*ſi
quis*]alias qui ex plurib.fundis . ſi ſtipulatus ſum vnum
fundum ex plurib.quib.idem nomen erat,electio eſt ꝓ-
miſſoris.& ibi[*ab executore*]appellatio ab illo , qui male
interꝑtatur ſniā.¶ In glo i.ibi[*veteribus*]per quā.l.& ff.de
ſer.vr.præ.ſi arborem.§ hæc lex. & de ꝯhē.emp.cū in.l.
& l.Labeo. ponit Dy.in eo qui vendens & tradens do-
mum dicit ſtillicidia vti nunc ſunt,ita ſint. vř dicere,ꝙ
domui venditæ debeatur a vicinis ſeruitus ſtillicidiorū,
non eꝯ, ꝙ domus vendita debeat ſeruitutem vicinis.&
ibi[*fuiſſe ab emptore*]ꝯ.ff.loca.ea.l. vbi ſit interꝑtatio pro
locatore,qui ea verba protulit.Solu. ibi fauore locatoris
tm̄ pactum appoſitum erat.& idō ꝯ eum non ſit interꝑ-
tatio.ne offendatur regula.ſ.eod. qđ ob gratiam . Et ibi
[*aut in ſententijs*]aut in ſtipulatione ꝑtoria. & tunc ꝑtoris
erit interꝑtatio.ff. de præto.ſtip.l.i.§ fin. &.l.in prætoriis.
7 Dy.& ibi[*minimum*]& hoc † ſi ambiguitas eſt in volun-
tate relinquentis,ſi in adimente ſubdiſtinguit Dy.prout
no.ff.de reb.dub.ſi fuerit.in glo.antepe.aut eſt incertitu-
do perſonarum & rerum,aut rerū tm̄ , aut perſonarum
tm̄.& ibi[*proferente*]ſit actor,vel reus ſm Dy.qui allegat,
qđ no.in.l.ſi quis intentione. & ibi,vt ibi no.& eo.titu.
per tuas.& in pre.dec.In pnīa.iiij.glo.& ibi[*cum ceſſante*]
& plenius ibi ſcripſi,& in fin.ſ.de offi.ordinarij.c.ſi vero
& ff.eod.tit.l. Neratius.& vide,quod dixi poſt Innocen.
& Hoſt.& Compoſt.de reſcrip.cauſam.ſuper glo. penul.

QVAESTIO.

¶Hæc regula facit ad ſolutionem qōnis per me di-
ſputatam , quā feci in vno membro diſtinctionis,vt in
8 fin.patebit.Et erat quæſtio,an † eꝑs , ad quē erat deuolu
tum ius eligendi abbatem in monaſterio ſancti Stepha
ni,teneretur eligere de gremio ſancti Proculi,cū mona
chi ſancti Stephani tenerentur ad id, & eſt ſimilis quę-
ſtio de qua dixi.ſ.eod.li.de treuga.c.i. ſuper verbo,ſeme-
ſtre . ¶ Et primo ad affirmatiuam allegantur.vij.ſecun-
do.iiij.ad negatiuā.tertio de quæſtione excluduntur duo
caſus indubij , & datur ſol.tria membra diſtinguens .
¶ Quód ergo de gremio ſancti Proculi eligere tenere-
tur inducebatur regula huius ti.is qui in ius. cum ꝯcor.
per quas dilatari poteſt allegatio.¶ Secūdo facit de elec.
ne pro defectu.vbi in caſu deuolutionis pp negligentiā
dř,ꝙ ipſa eligendi poteſtas ad ſuperiorem deuoluitur,il
lud relatiuum ipſa,habet denotare,ꝙ illam poteſtatem
& non aliam recipit eꝑs , quam habebant monachi,te-
netur ergo ad id,ad qđ illi tenebantur.facit de elec.cū
in veteri. ne vna via prohibitum per aliam concedatur,
ꝯ id,de procu.tuæ.& ſ.eo.cum quid vna. ¶ Tertio res de
vno ad alium tranſit cum onere ſuo.xvi. q. i. ſi quis lai-
cus.de deci.paſtoralis.& c.cum non ſit.ff.de ꝯhen emp.
alienatio.de pactis,inter debitorem. iſtud aūt erat onus
rei,ergo &c. ¶ Quarto inſpicimus loci cōſuetudinem,
de quo quæritur,de teſt. Raynutius.ad fi.& hoc etiam ſi
ad alium iudicem appellatio, vel aliter diffinitio deuol
uatur,vt ibi,ergo ꝯſuetudinem monaſterij ſeruabit eꝑs,
ad quem eſt deuoluta prouiſio.¶ Quinto bene facit.C.
de impu.& alij.ſub.l. humanitatis.vbi in exemplari ſub
ſtitutione, quæ fit filio , vel nepoti furioſo per patrem,
vel auum illos neceſſe eſt ſubſtitui,quos ille inſtituerat,
vel qui ad eius ſucceſſionem venirent . ¶ Sexto facit.ff.
de ſol.l.j. vbi debitore ex plurib.cauſis ſimplř ſoluente ,
creditor,in quem deuoluitur ius imputandi, ex quo ſol
uens non expreſſit,in illam cauſam debet imputare,in
quam ſoluens facturus eſſet , ſic ergo hic faciat eꝑs,qđ
illi facturi fuerant.¶ Septimo pro hac parte facit, quod
poſt Hoſt.ſcripſi in decre.ne pro defectu. ſuper vlti.glo.
& clarius quod ſcripſi.eo.tit.publicato.in vlti. qōne.vbi
per.l.ff.de iure fiſ.non intelligitur,ſi poſteriori creditori
fiſcus ſuccedat.eo iure vtitur, quo vſurus erat cui ſucceſ-
ſit,dixit poſt Vin.Compoſt.Pet.& Abb. ꝙ ſi publicato
ſcrutinio negligant canonici eligere,ſuperior,ad quem
deuoluitur,tenetur illum eligere , de quo fuerat ſcruti-
nium publicatum.¶ Ad ꝯtrium adducitur.C.commu-
nia de leg.l.vlti.§.ſed & ſi quis. vbi qui ſuccedit eligenti,
non vtitur eadem poteſtate, quam habebat eligens.vn-
de ſi teſtator legauit ſeruum,quem Titius elegerit,ſi ille
non eligit,legatarius eliget , ſed non poterit meliorem
eligere , vt ille poterat,ſed æſtimationis mediæ. ergo &
hic poterit eꝑs aliud q̄ monachi . ¶ Secundo videmus,
ꝙ ſepe res non tranſit cum onere ſuo, vnde nō tenetur
emptor ad pacta per venditorem facta colono.C.loca.
l.emptori. ¶ Tertio ꝯſtat,ꝙ conari debemus , ꝙ electio
habeat in ſe quod verbū ſonat, ſed ceſſat electio,cum li
bertas adimitur eligendi,de elec.cum terra. & c.vbi peri-
culum.ad fi.ſ.eo.lib. ¶ Quarto, ſi per negligentiam eꝑi
ad archieꝑm deuoluatur correctio,ipſe irrequiſito capi
tulo ipſius eꝑi procedit ad correctionem , quod eꝑs nō
faceret.probatur hoc.ſ.eo.li.de cē. Romana.§ notoria,
quod colligitur ex verbo,libere corrigat,quod eſt ibi.ſic
& eꝑs hic prætermittet,quod negligenter prætermittere
non poterant . ¶ Sol.non loquimur de eꝑo, in quē per
compromiſſum monachorū delatum eſſet ius eligen-
di abbatē ſancti Stephani.facit de elec. cām quæ , quia
tunc certum eſt , ꝙ eligere tenetur de gremio , vnde &
compromittentes tenebantur . de elec. cū in veteri.nec
enim ibi habet aliquid proprium, ſed cōpromittentiū;
vnde ſibi ſunt compromittentiū tpa limitata. ſ.eo.lib.
de elec. ſi cōpromiſſarius.l.rñſo.& tūc procedit regula.
is qui in ius.& regula,cum quid vna.idem in electioni-
bus,vel prouiſionibus deuolutis,quæ tamen de iure cōi
deberent fieri de certo collegio , patet exemplum de ꝑ-
ben cum ſingula.§.ij.ſ.eo.lib. Et probatur hoc in cle.de
ſup.ne.præ.c.vni.in fine.j. reſponſi. & ibi etiam de hoc,
loquitur autem quæſtio de eꝑo,in quem propter negli-
gētiam, vel delictum monachorū deuolutum eſt hoc
ius de iure cōi.ſ.de elec.ne pro defectu.eo.lib. & eo.titu.
q̄q̄ . & tunc diſtingue,aut tenebantur monachi eligere
ex conſuetudine præſcripta,aut ex priuilegio, aut ex in-
ſtitutione facta tempore fundationis. Primo caſu cum
præſcriptio ſit odioſa & reſtringibilis,ſolis monachis ꝑ-
iudicabit,& non eꝑo, contra quem non eſt præſcriptū
& qui negligens in ſuo iure non fuit , alias præſcribere-
tur contra non negligentem.contra id.ſ. de præſcri.c.j.
Secundo caſu ponderanda ſunt verba priuilegij, quæ ſi
reſpiciunt ſolum monachos , idem quod ſupra proxi-
me,quia epiſcopus , de quo priuilegium non loquitur,
ad id non tenebitur , alias teneretur , vt ſi dicat papa in
priuilegio,in monaſterio ſancti Stephani non præficia
tur abbas , niſi de monaſterio ſancti Proculi.de verbo.
ſignifi.abbate,vt ſic priuilegiorum verba ſeruentur , de
priuil.porro.ſi dubitaretur de verbis, iudicamus pro epi
ſcopo.vt eum non lædat,& aliquid conferat,vt eo.ti.pa-
tientibus. & c. paſtoralis. cum concor. Tertio caſu ad-
huc verba ſeruabimus eo ſaluo , ꝙ ſi hoc vltimo caſu

verba

verba eſſent obſcura & prolata ab epiſcopo, illa interp-
tabuntur contra ipſum. ſ. de conſue. cum dilectus, & p
hanc regulam cum concor. & propter hoc licite aliquã
tulum exquiſite poſita eſt hic hæc quæſtio. Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Contractuum ſpecies diſtinguuntur in quib. dolus, culpa lata, leuis leuiſſima & caſus fortuitus veniant.*
2 *Quæſtio de aduocatio qui patrocinia promiſſit duobus, ſi adinuicẽ litigant cui teneatur.*
3 *Prior in tempore potior in iure.*
4 *Pronunciatum extinguitur per appellationem.*
5 *Egritudo diuertiſſe non videtur, qua redit.*
6 *Aduocatus cæpto negotio & inita defenſione, ſalario carere non debet, eo quod negotium non fuerit expeditum, modo per eum non ſteterit. Et quid ſi aduocatus cuiquam locaris operas ſua vſque ad annum & ille moritur.*
7 *Legem non tranſigendi non poteſt quis ſibi imponere.*
8 *Vincere quid, & nu. 11. Et an tranſigere, ſit vincere. Et ſi pars trã-ſegerit in fraudem aduocati, an habebit totum ſalarium, an vero pro rata tantum. diſting. nu. 9.*
10 *Aduocatus ſalarium promiſſum a clientulo, etiam ſi nõ procedat, impeditus a clientulo, petere poteſt.*
11 *Aduocato locanti operas an caſus fortuitus noceat.*

REGVLA LXXXV.

Contractus. Dy. hic late proſequi-
tur idem, quod tangit
1 glo. ſ. quo † in quibuſdam ꝯtibus venit do-
lus & lata culpa tm̃. vt in depoſito & preca
rio, in quibuſdã ẽt leuis, vt in his, qui celebrantur gratia
vtriuſq;, in quibuſdam leuiſſima, vt in mandato, quod
eſt ꝑꝑ ſuſcipientis tacitam aſſertionem, qua ſe innuit in
duſtriolum, cum ꝑꝑ induſtriam aſſumatur. C. man. a
procuratore. Item in cõmodato facto gratia recipientis
tm̃ caſus fortuitus nõ venit & ex natura alicuius ꝯtus,
ex quo debeantur certa ſpecies, in mutuo nõ tenetur de
caſu ex natura ꝯtus, ſed ꝑꝑ naturam debiti, quia gene-
raliter debitum perire nõ poteſt. C. ſi cer. pe. l. incendiũ,
ff. de actio. & obli. l. j. §. his quoq; & ad l. fal. in rõne. §. in-
certæ, modo reſtant exempla regulæ in leui, leuiſſima
& caſu quã non veniunt ex natura ꝯtuum, veniunt ꝑꝑ
pactum, & hoc vult regula prædicta, tñ intellige & pro-
ſequere, vt plene ſcripſi. ſ. de cõmo. c. vni. ¶ Prima gl. di-
cit vnde ſumpta, & ponit exempla, dicens regulam in-
telligi de conuentione honeſta & poſſibili. ¶ In gl. j. ibi,
[*contractus quidam*] ſequitur, dolum malũ duntaxat reci
piunt, qdam & dolum & culpam, qdam dolum tm̃, vt
depoſitum & ꝑcarium, dolum & culpam mandatũ, cõ
modatum, vẽditum, pignori acceptum, locatum. Item
dotis datio, tutelæ, negociorum geſtorum, in his quidẽ
& diligentiam, ſocietas & rerum communio dolũ &
culpam recipiunt, & hoc ita, niſi qd nominatim cõue-
niunt vel plus, vel minus in ſingulis ꝯtibus, nam hoc
ſeruabitur, qd mutuo cõuenit, legem enim ꝯtus dedit,
excepto eo quod Celſus putat, non valere, ſi cõuenit, ne
dolus ꝑſtetur, hoc enim bonæfidei iudicio ꝯrium eſt, &
ita vtimur, animalium vero mortes, caſus, qui ſine cul-
pa accidũt, fugæ ſeruorũ, q cuſtodiri nõ ſolent, rapina,
naufragiũ, tumultus, incẽdia, aquarũ magnitudines, im
petus prædonum a nullo ꝑſtantur. ¶ In glo. j. ibi [*caſu for
tuito*] de hoc tractat hic Dy. dicens, qd ſcripſi de procur.
qui ad agendum. & plenius de cõmodato. c. vni. Io. An.

QVESTIO.

¶ Huic regulæ adaptabim⁹ quatuor qõnes de ꝯtib.
aduocatorum vna interſerta de ꝯtib. medicorũ ab oli
diſputatas & latius tritas. Et eſt prima, q̃ fuit dñicalis. lxix.
2 de † aduocato qui pro certo ſeudo, vel annuo ſalario cõ-
uenit patrocinari monaſterio ſancti Andreæ in oĩ ſua
cã, & idẽ fecit ſecũdo monaſterio ſancti Benedicti, hęc
duo monaſteria litigant inuicem. q̃ritur, ſi cui & cui ex
illis patrocinari dẽt. Scda qõ ven. lv. & Dama. iij. de po-
ſtulando, quærebat, an eodem ſalario teneretur aduoca
tus patrocinari appellationis cãm, addebat Dama. ex
quo ſimpliciter recipit cãm defendendam. Et eſt huic
ſimilis qo dñicalis. 73. An medicus infirmum recidiuã
tem pro ſalario cõuento curare teneatur, quam ponit
Guil. in ſpe. de ſala. in prin. vlt. §. tertia. dñicalis. 73. & Da
ma. iij. q̃rebat, ſi aduocatus meus, cui ꝯueneram date cẽ
tum, ſi obtineret cãm, alias ꝯueni de decẽ, cũ tranſegerĩ
cum aduerſario, debeat hr̃e centum. Quarta, an aduo-
catus hr̃e debeat totum ſala. cõuentum ab hærede Ti-
tij intentante actionẽ, quam ignorauit elidi poſſe ex ꝑ-
ſona ipſius Titij, & fuit Dama. ij. ti. ꝑdicto. In. j. q. all. Bar.
ad quatuor partes. ſ. pro prima eccleſia, pro ſcda pro neu
tra, & pro vtraque, ſoluit diſtinguẽdo, quam ſolutionẽ
duæ opiniones ſequuntur. ¶ Probat ergo patrocinandũ
3 primo monaſterio † quia prius eſt tempore, ergo potius
eſt in iure, hoc eo. ti. qui prior, cum cõcor. vnde ſi duob.
eſt legatus vſuſfructus, primo nominatus primo ad vſũ-
fructum admittitur. ff. de vſufruc. l. quoties circa princi.
Item prius fuit ꝯ ſtum acquiſita actio primo monaſte
rio, quam ex alieno facto perdere nõ debuit, cum alte-
ri per alterũ iniqua cõditio afferri nõ debeat ff. eo. ti. nõ
debet. facit, ff. de alie. mu. iudi. cã fac. l. j. in prin. Nec po-
tuit mutare cõſilium in ꝑiudicium primi monaſterij,
hoc eo. tit. mutare. cum cõcor. ergo facta intelligitur ſe
cunda promiſſio ſaluo iure prioris. xvj. q. j. ſi quis laicus,
de offi. deleg. ex parte primo. Et in feudorum cõſti. Fri-
de. de prohibi. feud. alie. l. imperialem. §. illud. Item illud
vniuerſale in oĩ ſua cã, vniuerſaliter & ſine exceptione
recipi debet, vt verbum ſonat. xix diſt. c. j. & j. q. i. ſunt nõ
nulli. xiiij. q. iij. putant. cum ergo primum pactum fue-
rit legitimum, ergo ſeruandum, de pac. c. j. & ij ff. de pac.
iur. gen. § ait prætor. ¶ In ꝯrium allegat, ꝙ cum iſta cõſi
deratis ſaltem terminis ſint incõpatibilia recipiendo ſe-
cundum renunciat primo, de ꝑben. de multa ꝯceſ. ꝑbẽ.
literas. C. de fur. l. j. facit. ſ. eod. lib. de elec. vt quis duas. cũ
ꝯcor. Item in primo pacto ſubintelligitur. ſi res in eodẽ
ſtatu permanſerit. xxij. q. ij. ne quis de iureiu. quẽadmo-
dum ff. ſoluti. cum quidam. in prin. Item cum poſſit eli
gere ſeruire cui vult, eligendo ſcdm primũ cõqueri nõ
poteſt, ſicut dr̃ de ſeruo, qui duobus dñis ſeruire non po
teſt, eligere põt alterum. ff. ad ſille. ſi quis in graui. §. ſed
cum omnes. facit. xiiij. q. iij. ipſa pietas. ff. de reli. & ſump.
fu. l. ſi. Alleg. etiam, ꝙ neutrum iuuare debeat, ex quo id
non põt ſine læſione alterius. xiiij. q. v. denique. cum nul
li ſit cõſulendum cum alterius iniuria. xxij. q. ij. primũ,
circa medium. xiiij. q. v. forte. Item ꝙ pro vtroque allega
ri poſſit, inducit, quod dicitur de tutore duorum pupil-
lorũ. ff. de auc. tuto. l. accipientis. & quod legitur de Moy
ſe, qui cauſam Dei coram populo allegabat, & populi
corã Deo. xlv. di. diſciplina. ff. de poſt. l. vl iij. q. vii. Item ſi
ꝯ patrem. Soluebat Bar. illud monaſterium iuuãdum,
quod fouet iuſtam cãm, ſi hoc conſtat, in dubio iuuet
primum & ſecundo det ſubſtitutum, & dixit Hu. idem
dixiſſe in vaſallo, qui habet duos dominos. & dixiſſe eũ
& Tan. ꝙ aduocatus eccleſiæ factus epſ alterius eccle-
ſiæ primæ ſeruiſſet per ſubſtitutum C. de epi. & cle. ad ſi-
militudinem. Idem poteſt vaſallus factus claudus, vł cle
ricus, ſi feudum retineat, quod etiam ponit Guil. in ſpe.
de aduo. §. j. ver. quid ſi is. Ber. in decre. vlt. de poſtu. in vlt.
gl. & vt ſcripſi Guil. cõcor. in ſpe. de aduo. §. j. ver. quid ſi
habet beneficium, tenent ſic in beneficiato, ꝙ neutrum
iuuabit per rationem dictam. ſ. parte ſecunda. ver alle-
gato, niſi eſſet prælatus alterius tm̃. Sed ipſe Gui. eo §. ver.
quid ſi aduocatus, ponit ad literam, quæ. ſ. ſcripſi poſt
Bat. Ad primum dictum de ipſa cauſa inducit no. de iu
reiur. breui. in glo. ii. & vide, qd de vaſallo no. de feu. §. ij.
ver. xii. & ver. ſe. Io. Goſ. Inn. & Hoſt. dicũt, ꝙ ſine pœna
iuuat primam ꝯ ſecundam, de iureiur. rua. & c. veniens
& c. intellecto. & c. eam te. dicit tñ ibi Hoſt. de beneficia-
to duarum eccleſiarum, quibus æqualiter tenetur, ꝙ ſi-
bi conſulit, ne aſſumat partes aduocati, ſed mediatoris.
¶ Ad ſecũdam quæſtionem allegatur pro & ꝯ. ponitur
ſolu. & dicit, ꝙ concordant. ponitur alia opinio diſtin-
guens,

gnẽs, circa quam datur remiſſio, & ſubditur inſtructio.
4 ¶ Inducit ad partem, q̃ tenetur, quia † per appellationẽ
extinguitur pronunciatum. ff. ad turpi. l. i. in fi. ergo nõ
eſt cã finita, nec vr̃ damnatus, qui appellauit. ff. de pœnis,
l. ij. §. fi. & cã appellationis eadem cum prima. ij. q. vj. ſi
quis in quacunque & § poſt ſecundam. C. de procurat.
ita demum. Item cum pendente appellatione nihil ſit
innouandum. ij. q. vj appellatione. ff. nil. inno. l. j. ergo in
uitus cogitur conſumare litem, quam incepit. C. de iu-
di. properandum. §. pe. cum nil dicatur actum, cum ſu-
pereſt aliquid ad agendum. C. de his qui. vt indig. l. pe. in
fi. item procurator datus ad cãm principalem datus etiã
vr̃ ad cãm appellationis. C. de procur. inuitus. ff. de pro-
cur. qui proprio §. item q̃ritur. ¶ In 9̃rium allegatur, q̃
alia eſt cã appellationis a principali. ij. q. vj. ſi eps. vij. q. 4.
Oſius. ergo &c. Item ſepe ad aliam prouinciã vel dioce.
mittitur cã. appellationis. de reſcrip. nonnulli. & ij. q. vj.
§. illo. & ſ̃m id aduocatus cogeretur in alia prouincia
defendere cãm, q̃ eſt falſum. ff. de procura. ſed hæ. §. nõ
ſolum. vbi de hoc. Item licet procurator datus ad cãm
appellare teneatur. tñ proſequi non tenetur de procura
tore. non iniuſte, in fi. C. de procurato. inuitus, ergo nec
aduocatus. facit ad hanc partem. ff. de euic. Herennius,
& per hoc euitatur infinitas, de quo no. ſ. eo. li. de reſcri.
cum in multis. in princi. ¶ Sol. Bar. oẽs tenere aduocatũ
non teneri, per ſcda iura, & dicit Pileum ita tenuiſſe qõ
ne. xxvj. Et q̃ dr̃, eandem eſſe cãm, exponit, id eſt idem
negocium, tñ eſt aliud iudicium, cũ alij ſint iudices, &
ſic tñdet lo. ij. q. v. §. poſt ſ̃m Accur. tenet idem. C. de ſuf
fragio. l. j. in vlt. glo. idem no. ſ. eo. li. de teſti. roma. no. in
glo. i. Guil. in ſpe. de ſala. §. ſequitur. ver. ſed nunquid ad-
uocatus. dicis hoc verũ in diffinitiua, ſed ſi ante ſñiam
appellatur, vel in integrum reſt, petitur, putat, q̃ teneatur,
ſi in eo loco cã tractetur, vel ſatis prope. Et de hoc vide,
quod dixi eo. §. ver. quid ſi cã. Et circa hoc videas, quod
plene ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de procura. non iniuſte.
in vlt. gl. vbi de procuratore ſatis dixi, quem in hoc q̃
paro aduocato. facit. ſ. eo. li. de teſti. romana. iij. q. vij. c. j.
& v. q. iij. c. vlt. ff. de teſti. l. ſi, hoc ſcias, q̃ omni caſu, quo
aduocatus, vel alius procurator perget ad locum alium
pp cãm, habebit expenſas a clientulo. facit, quod dr̃ de
legato & de reſte, ſ. eo. lib. de reſcrip. ſtatutum. §. inſuper
& § pen. non enim coguntur ſuis militare ſtipẽdiis. 28.
q. j. nam nunc. in fin. de præſcrip. cum ex officij. & aduo-
cati militant. C. de aduo. diuer. iudi. l. aduocati in fi. Joã.
An. ¶ In quæſtione medici, quæ pp ſimilitudinẽ huic
incidit, remittit. ¶ Primo allega. 9̃ medicũ. ſecundo pro
medico. tertio ponitur triplex ſol. quarum quãlibet di-
uerſimode diſtinguit. ¶ Primo dicit repetenda illa argu-
menta proximæ quæſtionis, quæ huic conueniunt, q̃
5 autem medicus teneatur, probat † quia non vr̃ ægritu-
do diuertiſſe, quæ ſtatim redit. de pœni. di. j. diuortiũ. ff. de
in rem verſo. ſi pro parte. §. verſum. & ad medicum ſpe-
ctat centies infirmũ curare, de pœ. di. iij. ad hunc inſtãt,
Eſt enim totus homo ſanandus. ca. di. ſunt plures, & de
bap. maiores. ver. ſed adhuc. nec vr̃ ſanitatem adeptus, q̃
illam retinere potuit. ff. eo. tit. non vr̃. ij. & de acqui. poſſ.
non vr̃. Et verba cum effectu ſunt intelligenda. de pœn.
diſt. j. §. hæc autem verba, de cle non reſiden. relatum. &
nil vr̃ actum &c. de renun. c. j. C. de his qui veni. ætatem
petit. l. pe. in fi. Item ægritudo ſurrogata primæ eadẽ cũ
illa vr̃. vij. q. j. denique. ff. de iudi proponebatur. xvj. di. ha-
beo, de voto magnæ. ver. cum ergo. ¶ In 9̃rium, actio ex
tincta non reuiuiſcit. ff. de ſolutio. qui res. §. aream. xxiij.
q. iiij. ſi illic, & recte geſtum ex euentu reſuſcitari nõ de
bet. C. de admini. tuto. ſancimus. & caſus fortuiti præui-
deri non poſſunt. de homi. Ioannes. cum cõcordan. &
euitari debet infinitas, vt dixi in proxima qõne, nec vide
tur inter eos de ſutura ægritudine cogitatum. ſed de illa,
quæ tunc apparebat. ff. de contrahen. emp. Rutilia. ff. de
pac. tres fratres, ſupra de iureiuran. cap. penul. ¶ Solutio
ſecundum Barto. ſi recidiuauit infirmus ex ſua culpa,
medicus non tenetur, hoc eodem titu. damnum. cum
concor. alias tenetur per prima iura, Pileus quæſtione
ſua. xij. diſtinguit, an ex primis, an ex nouis humoribus
recidiuaſſet, plus ſibi placet diſtinctio an ilico, an lon-
gẽ poſt recidiuauit, vt in primo caſu teneat, ſecũdo nõ,
alleg. ff. de in integrum reſtitu. l. diuus. & de verborum
obligatio. ſi ita quis. §. femina. facit, quod no. ſupra eod.
lib. de elect. commiſſa. §. j in j. glo. quæſtio Pilei formata
6 fuit in podagrigo. ¶ In tertia † quæſtione inducuntur,
vij. pro aduocato. Secundo contra ipſum alia. vij. ſ. v. re-
gulę ſucceſſiuę, verbi ſignificatio, & vnũ inſolubile. Ter
tio, primo ſolutionem ponit, cui ſeptem doctores con-
cordant. ſecũdo ponit alias duas & tertiam Iacobi, quæ
diſtinguit, tertia diffinitionem improbat, & rationibus
eius reſpondet. quarto primam approbat, quam duab.
roborat rationibus. Primò igitur allegat Bartho. pro ad
uocato, quod habere debet centum, cum per eum non
ſteterit, quominus fuerit cauſam proſecutus. per. l. quæ
expreſſe de aduocato loquitur. ff. loca. qui operas. & eo-
dem titulo. l. ſed addes. §. vlti. & C. de cond. ob cauſam. l.
vlti. nil ergo imputari poteſt aduocato, qui non fuit in
culpa. xliij. diſt, Epheſus. xlvij. diſtinct. quod ad nos. xxiij.
quæſtio. v. de occidendis. facit hic eodem titul. imputa-
ri. cum concord. Sufficit ergo per aduocatum fuiſſe ne-
gotium cœptum, licet nõ habuerit effectum. ff de neg.
geſt. ſed an vltro. C. de pig. acti. ſi neceſſitas. in fi. j. reſp. ff.
de mino. verum. §. ſi locupleti. Item, ſi is cui aſſeſſor vel
aduocatus locauit operas ſuas vſq; ad annum moritur,
habebit aduocatus totius temporis ſalarium. ff. de offic.
aſſeſ. l. diem functo. Item, ſi moritur aduocatus. ff. de ad-
uo. diuer. iudicio. poſt duos. Item, inducitur regula, cum
ſtat. ſ. eod. titu. cum concord. & forſan timore aduocati
inductus eſt aduerſarius ad tranſigendum habebit ergo
ſtipendium, qui pro tempore præſtitit auxilium. ij. q. xij.
caritate. Inducit etiam, quod res inter alios act. ſupra de
re iud. c. pen. alle. Da. quod non obtinere eſt contrariam
ſententiam reportare. C. de his, qui. vt ind. l. ij. de fal. l. qui
falſas, quam iſte non reportauit, ergo &c. ¶ In con-
trarium inducitur, q̃ non extitit conditio, & ſic obſtat
hæc regula. cũ concor. facit. ſ. de condi. app. de illis. C. de
condi. infer. legatũ. C. de condi. & de. l. municipib. Item,
7 † contra eum inducitur regula in generali. hoc eod. tit.
cum concor. Nõ enim eſt veriſimile. iſtum promiſiſ-
ſe tranſigere, quod non poteſt, vel q̃ centum daret tran
ſigendo, ergo in generali obligatione iſta nõ veniẽt. nec
imponere ſibi quis poteſt legem non tranſigendi. ff. de
pac. l. penul. inducitur etiam regula, locupletari. hoc eo-
dem titulo. vult. n. ipſe & aduocatus locupletari cum dã
no clientuli, & ſine labore lucrum conſequi, contra id,
xiij. quæſtione prima. §. quia ergo. Item, cum litis euen-
tus ſit dubius. ff. de pecu. quod debetur, & in dubiis vel
obſcuris ſequimur minimum, cod. tit. in obſcuris, repel-
letur iſte petens maximum, cum ſibi clientulus proui-
dit, qui poterat condemnari. ff. de neg. geſt. diuortio. cir-
ca medium. Item, quoties ſine captione, quid fieri non
poteſt, eligendum eſt, quod minimum habet iniqui-
tatis. ff. eo. titu. quot. nihil. hic autem eſt tale, ergo preeli-
8 gendum. ¶ Dama. allegabat, quod vincere † nihil aliud
eſt, quam ſibi aduerſarium condemnari. iij q. iij. quod
fieri. hic autem aduerſarius condemnatus non eſt, er-
go non vicit. Quare huic aduocato ſecundum Guli. fie
ri videtur inſolubile tale, quod non poteſt agere ex clau
ſula ſi obtineat, quia non obtinuit, & non obtinens ſuc
cubuiſſe videtur, argumen. ff. de inofficio. teſtamen.
Papi. §. meminiſſe. nec quia ſuccubuit, quia hic non ad
paret, caſus ergo non expreſſus habeatur pro omiſſo. ſ.
ea. l. de reſcri. ſuſceptum, cum concor. ¶ Soluebat. Bar
thol. Hugolinum ſibi reſpondiſſe, quod totum poteſt
petere aduocatus, idem Pileus. q. lxxvij. alle. ff. de euic. ſi.
dictum. §. j. in authen. vt cum de appel. co. §. ſi tales. col-
la. viij. Dama. tenet idem & Accur. in præ. l. vnica. C. de
ſuf. in vlti. glo. allegat. l. fin. ff. manda. vbi etiam de hoc.

in iiſ. gl. quaſi lex iſta velit, quod tranſigere ſit vincere.
Sed quod lex illa non faciat, oſtenditur ſic per moder-
no., nam ibi dicitur, quod ſi conueni tecum mihi com
municandum, quod habes ex euentu litis, communi-
care teneris quod per tranſactionē habuiſti. ſed hic nō
concludit, quod tranſigere, ſit vincere ſed concludit ꝙ
tranſigere eſt finis vel euentus litis, puto quod Accurſi*
ponderauit mentem victoriæ, quæ talis ibi erat, vt hic
illud etenim ſibi, cōicare intendebat, quod vincere. di-
cendo commune futurum quicquid ad eum ex euen-
tu litis hæreditariæ perueniſſet. Communius autem per
ſententias, quam per tranſactiones finiuntur lites, illud
ergo, quod plurimum fieri conſueuit, cogitaſſe videntē,
hoc. eo. ti. inſpicimus. & tamen quod per tranſactionē
conſecutus eſt communicat. Gul. in Spe. de ſala. §. ſequi
tur, ver. quid ergo ſi litigator. & ver. ſe. dicit, quod prædi-
ctæ ſolutioni concordant. Goſ. & Ia. Bal. ſed dicit Vber.
& alios id fateri de iure, ſed de æquitate fiet ſolutio pro
rata. ff. de leg. ii. qui ſolidum. §. i. Tenet finaliter, quod ſi
pars tranſegit in fraudem aduocati, habebit totum, ſi
bona fide, propter dubium litis ſoluetur pro rata. Sed
9 † Iac de Ra. vt ibi ponit Cy. aliter diſtinguit, q̄a aut trāſa
ctio fit conſentiente aduocato, aut eo contradicente:
aut eo ſciente & tacente. primo caſu non habebit, quia
non vicit. ſecundo caſu, ſi aduocatus poteſt oſtendere
clientulum obtinuiſſe propter bonam cauſam, niſi trā
ſegiſſet, habebit palmarium, quia licet litis euentus ſit
dubius, tamen præſumimus, quod iudex iuſtitiā faciet.
ff. de pecu. eo. tempore. ſi vero hoc non probat, non ha-
10 bebit. ff. de condi. & dem. quibus. §. fin. Tertio † caſu, eſt
tacuit, habetur pro conſentiente, quia ſuum officium
eſt non tacere. C. ad velle. ſi fine. debuit ergo reſiſtere trā
ſigenti. C. de appell. quoniam. non quod per eum non
ſtetit, quia illud habet locum in conditionibus poteſta
tiuis, ſecus in caſualibus. qualis iſta propter dubium litis
euentum, vt præ. l. quod debetur. ſed oſtenſa cauſæ iuſti-
tia præſumatur pro victoria, vt dixi. Habet forte plus co
loris, quam ſaporis iſta diſtinctio, quæ vult conſenſum,
vel taciturnitatem nocere in actu, qui tamen per con-
ſentientem, vel tacentem, prohiberi, vel impediri non
poterat, & ad quam ipſius conſenſus non erat neceſſa-
rius, & in caſu medio non vult conditionem ſolam ſuf
ficere. Et ſi ad primum allegas decr. ex literis. de tranſac.
reſpondetur; quod ibi de iure aduocati in re, de qua tran
ſactum erat, hic extra rem, ſcilicet i palmario, quod de
tertio membro dicitur, quod officium aduocati eſt, nō
tacere, fateor, cum de iure partis in iudiciis tractatur, q̄a
ad hoc aſſumptus eſt, ſed ſi extra iudicium tranſigitur,
quid ad eum. l. ſi ſine. Non obſtat. quia ex taciturnitate
aduocati nulla fraus parabatur tranſigenti cum clientu
lo, ibi. parabatur contrahenti, cum marito mulieris ta-
centis. Item negari poſſet caſualis illa conditio, quam la
bore & voluntate aduocati oportet impleri. nec valent
differentiæ, quod dubius ſit litis euentus, quia etiam in
poteſtatiuis de facto ſemper ineſt dubium, cū non ſint
in homine viæ eius. Io. x. in fine & xlvi. diſtin. §. neceſſe.
in fin. Quare, quod prius dictum eſt, videtur tenendum,
quod facilius concedetur, ſi formetur caſus in clientu-
lo, qui noluit in lite procedere. Dicebat autem Ioan. de
Deo in ſuo ordine iudiciorum, li. iiii. poſt princ. cuꝰ di-
ctum ponit Gul. in Spe. præ. § verſi. & non generaliter,
quod aduocatus ſalarium promiſſum habebit, etiam ſi
non procedat, ex quo non ſtat per eum, ſed per clientu-
lum. ff. loca. qui operas. ſed talis eſt caſus quæſtionis, trā-
13 ſigens enim plus procedere noluit. Item ille † viciſſe vi-
detur, cuius deſiderium eſt impletum, ar. ff. q ſatiſd. cog.
l. i. Quarta quæſtio ſatis per prædicta dici poteſt expedi-
ta, arguebat enim Dama. ſalarium totum deberi, cum
non ſtet per aduocatum, per præ. l. q operas. & ff. de var.
exor. cog. l. ſ. § penult. C. de condictio. ob tur. cauſam. l.
pecuniam a te. In contrarium hic regula cum concor.
& regula, cum quis in ius. eo. tit. cum concor. Item, quia
12 † fortius caſus ſemper nocet locatori, ergo aduocato lo
canti operas. ff. loca. ex conducto. & l. ſe. Item, aduocat*
certa de lucro captando, hæres de damno vitando, qua
re fauorabilior eſt. C. de codicil. l. vlt. Soluit, quod ad to-
tum ſalarium teneatꝰ hæres. ff. loca. ſed addes. §. vltimo.

SVMMARIVM.

1 *Cui licet quod eſt maius, vtique quod eſt minus.*
2 *Epiſcopus, ſtatutum a ſe conditum, an poſſit in partem tollere, vel in aliquo contrauenire ſine pœna. Et an quis ligetur proprio ſtatuto, maxime maior. nu. 3. & 5. 12. Et quid de pari. nu. 11.*
4 *Statuta communia vel ſingularia an ligent ſubditos tantum.*
6 *Abſolutio fauorabilior eſt, quam condemnatio.*
7 *Expreſſe quod non poſſum, an poſſim tacite, Et quod non ſpecialiter, an generaliter.*
8 *Epiſcopus cum non ſit prouinciæ ordinarius, an ligetur ſuo ſtatuto.*
9 *Epiſcopus an ligetur, facto damnato, Et quid de archiepiſcopo numero. 10. Et quid de papa, an ligetur ſuo canone.*
11 *Sermo generalis an perſonam loquentem includat.*
14 *Epiſcopus & archiepiſcopus ratione delicti perdunt priuilegium.*
15 *Epiſcopus an habeat iuriſdictionem in diœceſi ſui ſuffraganei, aut in quibus caſibus.*
16 *Epiſcopus & archiepiſcopus an excuſentur a ſtatutō a ſe condito. & nu. 25. An itidem & Papa. Et quid ſi ligetur papa, an etiā ligentur ipſi in participatione criminis.*
17 *Ius unius ex ſociis in eadem cauſa, an conferat conſociis. Et idem in dictum de priuilegio & nu. 19.*
18 *Auguſta an participet priuilegium principis, qui ſolutus eſt legibus.*
20 *Prohibitum habetur pro permiſſo in inſeparabilibus.*
21 *Ludi identitas facit, vt limitatio vnius ad fratres vterinos extēdat.*
22 *Socij vnius delictum, an noceat conſociis.*
23 *Si ſtipulor a Titio et pupillo, vel a Titio & ſeruo, conſtituendo ipſos quaſi duos reos ſtipulandi, ſolus Titius obligatur.*
24 *Seruus partim, & partim liber quis eſſe non poteſt.*

REGVLA LII.

CVilicet. Io. mo. dicit ponderandum
exemplum per l. inſtit. man
da. §. is qui exequitur, ſi mandaui fundum
emi pro centum, mandaſſe videor quod
ematur pro minori, haberi ſi poteſt, remittit ad regulā
plus ſemper. Prima glo. dicit vnde ſumpta, & ponit exē-
pla. ſecundo gloſſ. ponit brocarda. iii. ſucceſſiue ſignat.
vii. contraria, & ſoluit. vel remittit. iiii. ſignat contrariū
ad negatiuam. ¶ In glo. i. ibi [*Marcellus*] hic lex exempli-
ficat, quod prædixit gl. in filiofami. milite. idem l. filius.
in fin. quæ ſequitur. & ibi [*tam is.*] filiusfami. etiam pa-
tre nolente non teſtatur, poteſt tamen volente eo do-
nare cauſa mortis. ¶ In glo. i. ibi [*tam is*] Dynus ponit exē
1 plū † in patre, cui licet occidere adulterum inuētum cū
filia, multo magis contumeliis afficere. ff. de adulterio.
nec in ea. §. ius occidendi. ¶ Item, iudex poteſt deferre
actori iuramentum in litem, quod eſt plus, poterit er-
go taxationem iuſiuran. adiicere, quod eſt minus. ff.
de iureiuran. videamus. §. penul. ſignat ipſe duo contra-
ria. primum de præſide, quod habet ius gladii, quod eſt
maius, & non deportat, quod eſt minus. primum patet.
ff. de offi. præſi. l. illicitas. §. vniuerſas. ſecundum. ff. de leg.
iii. l. j. §. hi quibus, reſpondet illud procedere, quando p̄-
ſes non habet īſulas ſibi ſubiectas alias ſecus. ff. de inter.
& re. l. relegatorum. circa princip. & no. eod. tit. inter pœ
nas. fatetur, quod quidam aliter dicunt, & textus & glo.
quas allegat concedunt, quod relegare etiam poteſt, ſi
inſulam habet, ſed non deportare ſecundum l. fin. C. de
prædi. cur. vbi curialis donare poteſt prædia, quod eſt
plus, & non vendere, quod eſt minus. C. de contrario iu
di. l. j. Reſpondet, quod facilius reſponderet propter pre
cium habendum, quod eſt cauſa prohibitionis, quæ ceſ
ſat in donatione. & ibi [*cum quæritur*] eadem reſpōſio ad.
l. in cauſæ. ff. de procur. ver. licet procuratorem in totū
reuocare, non in parte, ſecundum Dy.

QVAE

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem de epiſcopo faciẽte
1 contra ſtatutum † ſuum, quod non incidat in eius pœ-
nam, cum enim poſſit in totum illud tollere, fortius li
cet ei contrafacere ſine pœna, vel in parte tollere, & ſic
tenui in quæſtione, quã diſputaui, quã timẽbrem hic
integraliter inſeram. & eſt talis. Bonon. epiſcopi ſtatutũ
excommunicat ludẽtes ad azardum, ludit hic ipſe epiſ-
copus, vel eius metropolitanus cum Titio, de prædictis
mbus ſtatuti conſciis quæritur, an ſint excõmunicati,
& ſciendum, quod Dama. diſputauit primum mẽbrũ,
ſcilicet de epiſcopo. & Octauãtus de Florẽtia. ergo non
miſcendo prima dua dubia, allegabo. vj. ad negatiuam
ſubdẽs opinionem pro hac parte, quam ſoluendo tene
bo. Secundo tria faciam, ponam primo opiniones con
trarius, & ipſas ratione infringam. Tertio reſpondebo
ad vj. alias rationes, Quarto, explicabo & imp robabo di
ctum Octauanti. Primo antẽ allegat Dama. quod quę
ſtio fatua videtur, cum certum ſit, quod nullus poteſt ſi-
bi imperare. ff. de arbit. l. pe. & debet eſſe pſonalis diſtin-
ctio inter iudicatum & iudicãtem. iiii. q. iiii. nullus. Item
par non ligat parem, ergo nec ſeipſum, de elec. innotuit
cum concor. ſecũdum Da. adiuuantur hęc per illa vul
garia, quod nemo in ſua cauſa &c. C. ne quis in ſua cau
ſa per totum. ff. de iur. om. iu. qui iuriſdictionem, & per
3 ea, quæ de correlatiuis no. de inſt. c. fi. ¶ Ad † hanc partẽ
quod ſtatutũ nõ liget maiorẽ, inducitur. xxj. diſt. inferior.
ff. de minoribus. l. minor autem. facit clem. de electio-
ne Romani. in principio. De ſeipſo & de pari proba-
tur. ff. ad Trebellia. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. de do
nat. inter vir. & vxorem. l. quod autem §. vxori. de pari
& maiori pbatur. ff. de arbi. l. iii. & iiii. Inducit ergo ca-
pitulum. inferior. illud verbum Eſa. x. nunquid gloria-
tur ſecuris &c. quod etiam habetur. xxiii. quæſt. v. §. fin.
poſt princip. quod pro epiſcopo ſic inducitur, ſtatutum
eſt inſtrumentum ſecuris, vel ſera epiſcopi, ergo &c.
pro archiepiſcopo ſic, epiſcopus eſt inſtrm̃ ſecuris. &
ſera metropolitani, ab eo ſcilicet productum per cõfir-
mationem, & conſeruationem, non ergo &c. Secundo
4 ad † vtrunque caſum inducitur, quod ſtatuta cõmunia
vel ſingularia ligant ſubditos tantũ, de pę. & re. ca. quod
autem. de ſen. excom. a nobis. eod. tit. c. romana. §. j. ſu-
pra eod. lib. & ff. ad trebel. omnibus ciuitatibus. C. de
ſum. trini. l. j. in princ. de inſti. Co. compo. l. j. ad finem,
de iud. rem non nouam. poſt princip. de inceſtis nup. l.
fina. de colo. pale. l. vnica. libro. xj. Cum ergo præ. decre.
a nobis. negatiue loquatur, quod non niſi ſubditi tantũ
& decre. romana. quod ſubditi tantũ, & hoc ſapit nega-
tiuã. de cã poſ. cum eccleſia. reſtat quod par vel maior
non ligatur. Tertio ſic conſtat, quod omnis delinquens
habet iudicem. ad Roma. xiii. de cenſi. c. ij. quod ſi alius
indicat facit iniuriam proprio iudici, ſiue ille ſit Deus,
vt in occultis. ij. q. j. nomen. ſiue papa. vt in exemptis
& appellationib. xvi. q. j. frater. d ap. de priore. vel patriar
cha. archiepiſcopus vel epiſcopus. vj. qõ. iii. c. j. ij. & iii. &
xj. q. j. peruenit. vel inferio. de appel. dilectis. de ver. ſi. ex
parte. j. Sed conſtat, quod epiſcopus eſt ſubditus metro-
polit. & metropolitanus patriarchæ vel papę iniuriam
5 faceret, ergo † epiſcopus metropoli. iudicando ſeipſum.
& patriarchæ vel papæ, iudicando metropolit. Conſtitu
tio ergo generaliter formata ſic intelligatur, quod non
includat hunc caſum illicitum. de verborum ſi. ex par-
te. ii de iureiur. c. j. ſupra eod. li. præcipue, quia ſtatuta ſũt
ſtricti iur. probatur. de iureiurã. in noſtra. & dixi de hoc
plenius ſuper regula pro poſſeſſore. eo. ti. ita quod non
includunt etiam id, quod propria verbi ſignificatio poſ
ſet includere, ex quo non eſt veriſimile, ſtatuentem id
intellexiſſe, vt ibi, ſed hic non eſt veriſimile ſtatuentem
ſe, vel ſuperiorem ligare voluiſſe, ergo &c. hoc eo. tit. in
generali cum concor. & leges communes ſingulares &
priuatas interpretamur ſecundum intentionem eden-
tium. xj. q. j. §. his, de ver. ſig. ex parte. & c. dilecto. C. de le-
6 gi. l. j. & fi. Quarto † ſic, fauorabilior eſt abſolutio, quam
condemnatio, ſiue tractetur de facienda, ſiue de iam fa-
cta. Ad primum. xxvj. q. vij. alligant. de prob. c. ex literis.
ff. de ac. & obli. Arrianus. Ad ſecundum, de re iud. c. fi. ff.
eo. titu. inter pares. vel ſaltem inter hæc duo ſit paritas,
de pœ. diſtinct. j. verbum. ſed conſtat, quod epiſcopus ſe
vel ſuperiorem non poſſet abſoluere, vt præalle. c. quod
autem. de pœnis. ergo nec ligare. vnde notauit Vincen.
eo. ti. cum ex eo. & Guil. in Spe. eo. titu. ad fi. Archid. c. fi.
eo. titu. hoc. eo. l. quod dans indulgentiam vel remiſſio-
nem, illa vti non poteſt, & cum illa habet vim & per-
petuitatem ſtatuti, vt no. de of. l. c. vlti. fortificatur hoc,
quia legatus de latere abſoluit non ſubditos, quos ta-
7 men ligare non poſſet. de off. leg. c. penul. Quinto † ſic re
gulariter. quod nõ poſſit m expreſſe, nec tacite. de præb.
dilecto. & quod nõ poſſum ſpecialiter, nec generaliter,
de deci. tua. ſed ſi epiſcopus ſpecialiter & expreſſe ſtatue
re de ſe ipſo, vel ſuperiore, conſtitutio patenter eſſet ini-
qua, per prius alle. & ſic non valeret. iiij. di. eccle. autem.
& dicenda eſſet deſtitutio. de re. ecc. non. ali. c. fin. quia
patens error faceret illam nullam. ij. q. vj. §. diffinitiua
poſt prin. de re iudi. cum inter. C. quando prouo. non
eſt. ne. l. ij. Vltimo ſpecialiter pro epiſcopo inducitur, quod
perſona loquens, &c. de iureiur. petitio. cum concor.
8 ¶ Ad hanc partem ſunt † opiniones. Lau. enim de ar-
chiepiſcopo tenet, quod non ligetur, quia non eſt ordina-
rius prouinciæ. ix. q. iii. c. ij. & hæc ratio concludit idem,
& fortius in epiſcopo. Ber. Prouincialis tenet hãc partẽ
de archiepiſcopo per decre. graue. de præben. de ſen. ex-
com. a nobis in Authen. de defen. ciui. §. non habente.
Hoſt. etiam in ſum. de ſen. excõ. §. quis valeat excõmu-
nicari. poſt prin. dicit certo certius hoc tenendũ, quod ſupe
riorem non ligat, ſicut nec proferentem. Et ſoluendo
dico, quod horum dictum placet iuribus & rationibus
ante dictis. Sed Dama. quæſtionem de epiſcopo nõ ſol-
uit, ſed diſputationi reliquit. ¶ Quid dixerit Octa. dicam
in fi. Quia vero huius diſputationis potiſſimum eſt illa
9 † ſoluere, per quæ contraria fulcitur opinio, vt illam pri
mo videamus, eſt ſciendum, quod de archiepiſcopo Hug.
tenuit contrarium, vt no. iii. q. vii. cum. allegat, quod in
cidit in factum damnatum. xxiiii. q. j. c. j. ij. & iii. ad quæ
iura reſpõdeo, quod loquitur de facto damnato per ius
commune. ſ. hæreſi, & ſic non probãt non ſubditum li
gari facto damnato per ſingulare ſtatutum. illud tenet
etiam Bartol. Brix. per l. iii. ff. de offic. præſ. quæ lex dicit,
quod præſes prouinciam ſuã purgare debet malis ho-
minibus, nec diſtinguit, vnde ſint, ſed lex illa licet exclu
dat diſtinctionem loci, non tamen excludit diſtinctio
nem identitatis vel præſiden. de quibus loquitur. Hu. vi-
detur etiam idem velle de epiſcopo per id, quod not. de
ſucceſſore. lxiii. di. Adrianus enim. vbi tenet, quod licet
canon epiſcopi non liget ſucceſſorem, ligatur tamen,
quia ſe inuoluit in factum damnatum, per iura prius
10 alleg. quibus iam eſt reſponſum. Archidiaco. † in decre.
ij. de conſtitu. ſ. eo. lib. tenet idem de vtroque, ſcilicet de
epiſcopo & archiepiſcopo. Cum enim authoritate pa-
pæ, vel canonis epiſcopus facit ſtatutum, ergo ligatur
authoritate papæ, dicẽs, quod efficaciter facit. xj. q. iii. nemo
condemnat, quod c. ſi ſic ſimpliciter recipiatur, vt induci-
tur, triplex inſurget abſurdum. Primum. quod cum au-
thoritate papæ vel canonis epiſcopus ferat ſniam, nõ p
illam ligatur. quod ipſe & omnes negant. Secundũ quod il
la ratio concludit, papã ligari ſuo canone, quaſi ligetur
a Chriſto cuiꝰ authoritate facit canonẽ, vt in præd. c. ne
mo. & hoc eſt falſum, vt no. xciij. di. ſi inimicus. de ſen-
ten. exc. nulli. Tertium, quia etiam ſequeretur, omnem
prælatum etiam nõ ſubditos ligare poſſe, cum omnes
ſint ſubditi Chriſto & Papæ, cuius authoritate ligat. põ-
deretur ergo textus illius c. qui ſic iacet: nemo cõdem-
nat vincula eccleſiaſtica, præſupponit ergo, quẽ vincu-
latum, quod non p̄t quis niſi ſubditũ, vt probatũ eſt, ſe-
quitur, non eum homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus, qui

hanc

hanc poteſtatē dedit. Fateor ergo, quod ſubditus vincu-
latus a prælato, vinculatus dicitur a Chriſto, qui clauiū
poteſtatē illi dedit. Mat. xvj. Io. vltimo. virtutē ergo vin-
culi exprimit & fortificat ille canon, ſed poteſtatem
11 †vinculandi non ampliat. & ſic patet, quod non ſic ef-
ficaciter facit, vt dicebatur. imo nil facit ad caſus. Pe-
trus de Bell. ēt ſequitur horū opinionē tenens de epiſ-
copo, ꝙ ligetur. hoc not. C. de ſacroſan. eccle. authen. q-
buſcunq;. & ibi Cy. ponit eius rōnē, qa ſtatuendo gerit
perſonā publicā. delinquēdo priuatā. & hæc rō cōclu-
dit idē in archiepiſcopo, alle. ff. de admi. tu. cū hæreditas
ff. de pac. cū in eo eſſet, illa iur. ꝓbāt, ꝙ in generali ſer
mone perſona loquens includitur. vnde ſi tutori vel pu
pillo non expediret adire cum creditoribus hæreditatis
pactū fecit de certa quota. ſic ipſe ēt creditor illa quo-
ta debet eſſe contentus. Ad leges. j. reſpondeo in primo
cōtrario. ad idem dico, ꝙ tollitur prææalleg. §. tēpeſtiuū.
alle. in prin. conſtat. n. ꝙ conſul. vel prætor. inſtitutus hę
res, ut reſtituat, in adeundo gerit perſonā priuatam, & ta
men a ſeipſo, vel alio conſule, vel prætore non cogitur,
qui tō in cogendo gerunt perſonam publicam. eodem
mō tollūtur per præd. leges. iii. & iiii. de arbitris. Item tol
litur hæc ratio, quia concludūt ēt principem ligari lege
ſua, quam ſtatuit vt princeps, & delinquit vt priuatus, ar
gumenta ergo de tanquam, improprietatē habent quæ
excuſanda eſt, non ſequenda. & dicamus cum l. ſi plu-
res. ff. de pac. ꝙ difficilius eſt, quē gerere vices duorum. &
hoc maxime in caſu noſtro, quo impoſſibile eſt ſtatu-
tū fieri per dignitatē ſeparatam a perſona. Itē ipſe idem
Pet. l. cum ipſe, de ꝯhe. emp. non audet aſſerere, ꝙ poſſit
ſe abſoluere, & tamen illa ratio viget in abſoluendo, ſi-
cut in ligando ¶ Fateamur ergo, ꝙ cum ſtatutum epiſ
copi totū pendeat a poteſtate epiſcopi, ita ꝙ illud tolle
re poteſt. xii. q. j. certe, & hoc nullus negat, licet alias dica
tur ius facere, cū eſt ius epiſcopi, vt ex denunciatione pa
tet. ergo nec ipſum, nec ſuperiorem ipſius ligare poterit
coram quo etiam ſine ipſius iuſſu non poſſet benedice
re. xxj. di. denique. Solutis rationibus & iuribus inductis
per eos, qui tenebant opi. contrariam, inducam alias ra
tiones, & iura, quibus illa opin. fulciri videtur, illis ſingu
lariter rñdendo. & inducebat. Dama. illud, quod quiſq;
iur. &c. ff. quod quiſque iur. l. j. de mu. pe. c. j. & ij. de cōſt.
cum omnes. quod locum habet in ſtatuto, vt ibi. & in
prin. dictæ l. & in ſententia. vt in fi. dictæ l. ſed non recte
diceretur vti eodem iur. ſi non incideret in ſnīam, ſicut
ſubditi, ergo &c. ſm Dama. Ad hoc rñd. iur. iſta non ꝓ
12 bant, ꝙ ipſo † facto vel iure epiſcopus ligetur ſua lege, vel
iore, qd aliis dixit, ſed loquuntur de pœna per iudicē in-
ferenda. iuſte ergo arbitratur archiepiſcopus epiſcopū
puniendum illa pęna pro ludo, qua ſua l. punit ſubdi-
tos. & ſic ad tēpus priuabit illū cōione hominū & ſacra
mentorū, quod facit excōicatio. Et facit quod dicetur.
J. eo. in pœ. Per eundem modū rñde ad l. ſ. alle. per Pe.
non. n. ipſo facto pactum tutoris cum creditoribus fa-
ctū dimittit creditū tutoris, ſed prouidebitur miniſterio
iudicis, vt ea parte ſit contentus. nos aūt in qōne loqui-
mor de vinculo iur. ſiue de miniſterio iudicis. Secun-
do ſic, conſtat epiſcopū poſſe facere ſtatutū. iii. q. iiii. nul
los. de con. iii. di. c. j. de ma. & obe. ſi quis venerit. de loca.
c. ij. de ſent. excō. a nobis. eo. tit. c. ij. ſ. e. li. ſicut aūt ius ge
nerale ligat totū, ſic iſtud particulare ligat partem, quia
quod iur. in toto quo ad totum &c. ix. q. iii. cum ſcimus.
de off. dele. paſtoralis. §. j. ff. de rei ven. l. quæ de tota. Cum
ergo in ſuo territorio illud factū ſit damnatū, ergo &c.
xxiiii. q. j. c. j. ad cōcluſionem rñſum eſt. ſ. prius dicta fa
teor, quo ad ſubditos & ligabiles. Tertio ſic, qñque ligat
quis maiorē. ad Gala j. xxiiii. q. j. § ſed qui. xj. q. iii. ſi is. ſol
13 ue, vt ibi. & xl. di. ſi papa. & ibi ſoluitur. Item † parem. xii.
q ij. non licet papæ. ibi ſoluitor ſeipſum. xxj. di. nonc. aūt
ibi ſoluitor. de pœ. di. j. multiplex. ibi proprio indicio cō
dēnares ſe. C. de ſum. tri. inter claras. ver. huic confeſſio-
ni. C. de fideic. l. j. in fi. improprie loquūtur, vt in eis oo.

Itē arctat quis ſeipſum. ſ. de elec. cū in veteri. in fin. ff. ſi
quis cau. l. ij. § ſi quis. cum concor. ēt iudex. de off. dele.
conſuluit. in fi. Solutio. ibi arctatio, quam poſſent tol-
lere principes, non vbi, vel leg. datæ, vt no. præal. l. penul.
ff. de arbi. Quarto ſic, conſtitutio iſta eſt de re illicita &
a iure prohibita. xxxv. d. ca. j. de vi. & ho. cleri. c. clerici.
de exce. prę. inter dilectos. C. de epi. & cleri. interdicimus
&; de reli. & ſump. fu. auct. alearū. eſt ergo iur. cōis execu
tiua per pęnā, ꝙ pōt eps, vt ſcripſi de offi. archipreſ. c. ſi. ſi
cut ergo, cū papa inchoat gratiā & ſucceſſor exeqtur, ec
cleſia per ꝑdeceſſorē grauata cenſetur. de reſcrip. literis,
14 Ita hic † eps, vel archiepiſcopus a iur. cōt cū excutiōe ſta
tuti ligati dicant̄, vt ſic iur. acceſſorij liget, q pricipaliter
id nō poſſet. de of. dele. ſi ſuper. ſ. e. li. Solutio. vt dixi in
qōne porro rad finem. nec valet, ſi dicas, ꝙ talē rōne de
licti perdat priuilegiū. in Aut. de man. prin. §. ꝙ ſi. C. vbi
ſena. vel cla. l. j. iura nouiſſima collegi in clem. de ſepul.
dudū. poſt prin. quia illud fateor, quoad ios, quo alias li-
gari poterant. nec valeat, ſi dicas, ꝙ in ſe debent oſtende
re, qño alij debeant in eccleſia cōuerſari. fateor, ſed hoc
nō concludit eos per hoc ligari ad pęnā, de qūa q̄ritur,
licet ligentur ad culpā, & pęnā iur. cōis. Itē fateor, ꝙ qli-
bet ſe pōt iurando ligare ad periuriū. & ſic ſoluitur, de iu
reiur. c. j. ſ. e. ll. vbi ꝑlati ſeculares & eccleſiaſtici ſe lignat
pe iurm ad ſtatuta ſeruanda. Quinto ꝯ epm ſpecialiter
inducit̄, quia aut dicis Principē lege ſua ligari. ff. de leg.
3. ex imperfecto. & hēo ꝓpoſitū aut dicis nō ligari, &
tunc oportet fateri id ſpeciale. C. de leg. digna. ff. eod.
tit. princeps. ergo eius ꝯrium in aliis regulare, vt ligētur
lege quā dant aliis. facit de ꝑben. pro illorū. C. ſi man. ita
fu. a l. ne proſti. l. j. & facit, quod dicitur, perſonā loquētē
includi in ſermone generali. ff. de pigno. Paulus. in fi. cū
ſimi. Solutio. Fateor, principem non ligari cōi lege, &
hoc ſpeciale in ipſo, quia ſibiipſi non ſubeſt, ſed rō cōis
eſt omnibus, qui non ligātur lege ſua vel minorum. &
ſic priceps ligatur lege maioris. ſ. canone. de ele. funda
menta. §. vt ergo. de re iudi. ad apoſtolicæ. verſic. perpe-
trauit. ſ. e. ll. facit. cle. de re iu. paſtoralis. ad fin. ſic. & alii
ligantur legibus maiorum. papa vero loquens non in-
cluditur, quia ex hoc ſequeretur abſurditas, de qua di-
15 ctū eſt in princ. Vltimo ſpecialiter † ꝯ archiepiſcopū in
ducitur, ꝙ non habet iuriſdictionē in diœceſi ſuffraga-
nei, niſi in certis caſibus no. de off. or. paſtoralis. de qui-
bus iſte nō eſt. ergo ligabit̄ ſtatuto loci. Solutio, negari
non pōt, quin archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganei ha
beat ordinariā metropolincā. Et ſi dicis, illa reſtringi ad
certos cas⁹ fateor, quoad ſubditos epiſcopi, ſed quoad ip
ſum epiſcopum non, qui ſic immediate ſibi ſubeſt, vt
clericus epiſcopo. ratione ergo iſtius immediatæ iuriſdi
ctionis illius ſtatuto ligari non poterit. ¶ Expeditis his
duobus caſibus, quia (vt prædixi) Octauantus diſputauit
primum membrum, ſolutionem ipſius licet ridiculo-
ſam, hic inſero qui dixit, ꝙ Ray. & Goffr. in ſum. de ſen
ten. excōica. fuerant in quæſtione contrarij quia Ray.
dicit, quod non ſua ſed iur. ſententia ligabatur. Goffr. ꝙ
ſua ſententia ligatus erat. & dixit, ꝙ moderni tenebant
cum Ray. ſ. Bern. in decr. ſtatuimus. Inno. de ſenten. ex-
comm. quod in dubiis. Ar. eo. tit. c. ij. ſupra eo. lib. demū
ſoluit, quod ſi non epiſcopus ludit, ligatur duplici ſen-
tentia. ſ. epiſcopi & iur. ſi ludit epiſcopus, tunc non ſua,
ſed iuris & papæ ligatur ſententia occaſione ſuæ conſti
tutionis, ſed non per illam, inducens notata per Ho. in
ſom. de ſente. excom. §. ſi. ver. quid ſi epiſcopus aliquid.
& verſicu. ſe. male inducit opini. prædictas, quod decla-
remus, qa facit ad infra dicēda. Ray. ī ſomma, de ſen. ex.
ad finem. ver. ꝙ ſi epiſcopus. tenet, ꝙ bene ligatur epiſ-
copus participans excommunicato per ſe. quia nō ſua,
ſed iur. eſt ſententia. Idē, ſi in crimine, per dec. nuper, de
ſen. ex. idem dixit, ſed in hoc male, ſi excōicauit cū fau
toribus. & ipſe poſtea faueat. ſecus dicit, & bñ, ſi prius fa-
uiſſet. qa tunc ſua eſt ſnīa. Goſ. in ſum. ipſius tit. vltima
charta. ver. quid ſi epiſcopus. & ver. ſeq. tenet, ꝙ incur-
rit

tit minorem.maiorem non,ſi communicat in crimi-
ne:cum illa ſit hominis. vel ſi communicat excõmu-
nicato per ſe cum participibus, quia ẽt illa eſt ſua. Ber.
in decre.ſtatuimus.de ſenten.exco.eo. lib. vt ibi notaui,
tenet,quod non ligatur maiori cõmunicans in crimi-
ne,cũ illa ſit ſua ſententia.Innocen.in dec. quod in du-
biis.dicit , quod excõmunicator participans a can.liga-
tur:ſed ſua non. vnde ſi excõmunicauit aliquẽ cũ his,
qui dederunt auxilium,licet ipſe fuerit de illis, non liga
tur.Hoſtien.in præalleg.c.dicit, quod ſi cõmunicat ex-
tra crimen,ligatur vt alius.Idem ſi in crimine, cũ ſit ca
nonis,ſed ſi cõmunicat cũ participibus,& participat in
crimine ipſe vna cũ aliis duabus ligatur.ex his patet opi
niones iſtas fuiſſe inductas male per ipſum Octa. ¶Ve
16 niamus † ad aliud,in quo duo ſunt dubia, an ſcilicet ex-
quo excuſantur epiſcopus & archiepiſcopus, excuſetur
& Titius:an vero ipſo ligato,etiam prędicti ligentur in
participatione criminis.Quod Titius nõ ligetur,ꝓbabo
per. vj. rationes nři iur. & totidem iuris ciuilis.Secun-
do ad contrarium.vi.inducam.Tertio ſoluam.& con-
trariis reſpondebo.Pro Titio facit,de priuil.licet.ǯ.e.lib.
cũ conc. ibi.no.vt ſicut ibi priuilegium contra interdi-
ctũ diuinorũ datũ ſingulari perſonæ reſpicit familiam.
Sic datũ epiſcopo vel archiepiſcopo contra interdictũ
ludi,reſpiciat colluſorẽ.Vnde videmus, quod olim an-
te dec.ſi.de ſenten.excõ.ſupra eo.lib.tempore interdicti
quilibet poterat dicere horas ſuas:& tamen cum ſocio
vno vel duobus.de pœ.& re.quod in te.Sic & in hoc in
terdicto ludi poſſit exemptus id cũ ſocio.Secundo indu
citur,de tempore ord.cum nullus.in fine.ſupra eod. lib.
vbi epiſcopus beneficij ſicut poteſt ordinare priorem
diœce.ſuæ:ſic & ipſius ſocium,quandiu manet ſocius.
ſicut ergo ibi quod iuris de priore , & ſocio : ſic & hic
idem iuris,de luſore , & de ſocio. Tertio ſic,ex pluribus
17 † condemnatis vna ſententia in cauſa cõmuni, ſi vnus
appellat,victoria ipſius prodeſt ſociis.ij.q.vj.quandoq;.
de appella.c.j.C.ſi vnus ex pluribus.l.j.& ij.ergo victoria
epiſcopi contra ſtatutum prodeſt ſocio colluſori vnico
ludo & vnico tabulerio. Quarto inducitur.l. ſi commu
nem.ff.quemadmodum ſeruitus amit.& l. petendæ.C.
de tempo.in integ.reſt.pet. & quod no.de iure pat.capi.
vno.ǯ.eodem.l.j.& quod ibi addere ſoleo.poſt Goffre.&
dec.auctoritate.de conce.præben.eo.lib.cum concord.
vlt.glo per quæ patet,quod in re indiuidua,qualis vide-
tur ludus priuilegium pupilli tranſeant ad ſocium, dila
tio reo data prodeſt actori, & conſequitur quis ex alte-
rius perſona quod ex ſua non poteſt. Quinto inducitur
ad idem dec.vnica.de ſta.re.ſupra eo.lib. & hoc duplici
ter. Primo,quia moniales non debent exire clauſuram.
Secundo,quia nullus debet illam ingredi.& tamẽ ſi ab
batiſſa pro iuramento feudi præſtando neceſſe habet
exire,ſine tranſgreſſione exibunt & ſociæ,vt ibi.in §.ve-
rum.Item,ſi viſitator habet intrare, intrabunt & ſocij:
vt in cle.eodem.ti.attendentes.ad finem.Sexto,ſic con-
ſtat , quod ex ſocietate quis pœnam incurrit , patet de
pœ.fœlicis.poſt prin.& in cle.eodem titu.ſi quis ſuaden
te.ſicut ergo pœnam ſentit,ſic ſentiat commodum.in-
fra eod.tit.qui ſentit.cum concor.ad hoc de iud. quam
ſit.ibi tibi tuiſque ſocijs.de voto.magnæ. ibi,pro te tuiſ-
que famulis.Item æquum eſt,hunc ſocium excuſari, qui
maiorum ſequebatur errorem.de trãsla. c.ij.ad finem.
18 ¶De iure † ciuili principaliter allegatur,& ſic. princeps
ſolutus eſt legibus,& licet Auguſta ſoluta non ſit,parti-
cipat tamen priuilegium principis.de leg.l. princeps. ſi-
cut ergo ſocietas coniugij,de qua.27.q. ij. cum ſocietas.
eximit Auguſtam:ſic ſocietas ludi eximit Titium .Se-
19 cũdo. Si legata † ſit liberatio duobus reis promittendi, &
alter ſit capax:& alter non.& ſint ſocij, propter capacẽ
capit non capax.ff. de li. leg. ſi is, qui duos.& conſocius
abſentis cauſa reipublicæ propter illum gaudet priuile-
gio.ff.ex quibus cauſis ma.abeſſe.ad fi. ergo ſocietas ca-
pacis trãsfertur ad non capacem. ita & hic. Tertio ſic:
ſi duo emunt illum ſimul,qui ad pretium participandu
ſe vendi permittit,& alter ſciens eſt,& alter ignorans:ꝓ-
pter ignorantem qui no deliquit,capit ſciens,qui delig-.
ff.de li.cau.l.liberos.§. ſi duo . ſecundum vnã lecturam
ad id,e.ti.l.duobus.cui concor.de clan.deſpon. cum in-
hibitio.qui fi.ſint le.ex tenore.Quarto ſic:ſi propter in-
20 ſeparabilitatem † prohibitum habetur pro permiſſo. ff.
de do.inter virum & vxo.ſi ſponſus.§.generaliter.& ſub
ueniunt propter illud,vbi non verſatur delictum,etiam
vbi verſatur.ff.de ſtatu homi. imperator.ff.de pœn.præ-
21 gnãtis.Quinto ſic:ludi idẽtitas facit,quod † legitimatio
vnius ad fratres vterinos extenditur:in Auct.vt li.ma.&
aui.§.ad hoc.colla.octaua.ſic dicam,quod identitas lu-
di vnius legitimitatem vel identitatem ad ſocios tranſ-
fert.Specialiter pro ludente cum epiſcopo inducitur.ff.
ad legem Iuliam de ambi.l. vna. vbi ſi prohibitum lege
dati.datur conditori legis.ceſſat pœna. Ad contrarium
allegatur,quod ratione impoſſibilis ſeparationis vtile vi
tiatur per inutile,vt probatur de re iudi.ad probandum
de officio delegati.cum ſuper.ff.de aqua quoti.& ęſtiua.
l.prima.§.item quæritur.& de hoc.infra eodem.vtile.e.
22 lib Item delictum † vnius ſociorum nocet alteri.vnde
ſi duo erant correi ſtipulandi, & debitor vni ſub pœna
promiſit ſiſtere,& per alterum ſociorum ſtetit,quomi-
nus ſiſteret,etiam aduerſus alterum danda eſt exceptio.
ff.ſi quis cau.ſi duo.& facit. ff.de arb. ſi duo.& ſæpe vide
mus,quod duobus coniunctis , quorum alterum pro-
deſt,alterum nocet, inſpicimus quod nocet. ff. ex qui-
bus cau.in poſ.eatur.Fulcinius.§.quid ſit.Item nil impe
dit Titium ligari, quamuis epiſcopus , vel archiepiſco-
pus non ligetur.vnde dixit lex , quod is,qui filio, ſeruo,
vel furtum facientibus opem fert,tenetur furti:quam-
uis illi actione furti non conueniantur.ff.de furtis. qui
ſeruo.§.item placuit. & l. ſi quis vxori.circa princip.Ad
23 idem † vides,quod pupillus ſine tutoris auctoritate ciui-
liter non obligatur, niſi inquantum locupletior factus
eſt.ff.de aucto.tuto.pupillus.& tamen ſi ſtipulor a Titio
& pupillo,vel a Titio & ſeruo,conſtituendo ipſos qua-
ſi duos reos promittendi , ſolus Titius obligatur. ff. de
duobus reis.ſi ex duobus. §. primo.Item conſtat , quod
vera pœna vnius non liberat alterum. ff. ne quis eum,
qui in ius vo.eſt.l.penul.in fine.& l.fina.ſicut ergo non
liberaret ſolutio, ita nec exemptio.ex quibus concludi-
tur,Titium ligari.¶Solutio,per vltimo allegata dico Ti
tium ligari,non referendo nunc quæſtionem de ipſo
Titio,an ſit ſtatuto ligabilis, quod alias tractabitur. be-
ne etenim etiam in vno actu etiam poſt factum inſe-
parabile,vnus peccat,alter non,vnus punitur : alter nõ.
xxxii.quæſtio.quinta.propoſito.alias incipit. Lucretia.
34. quæſtio. ij. in lectum. Pone exemplum. cum plu-
res eligũt indignum,quorum aliqui ſciunt, aliqui igno
rant,de electio.cum in cunctis.capit.clerici. eodem tit.
ſcriptum. ad finem. pone , cum committunt actum
plures,ex quo debetur ſuſpẽſio iuris,ſed alter eſt epiſco-
pus.de elect.ſi compromiſſarius.§.huius. de ſenten.ex-
commu. quia periculoſum. ſupra eo.lib.tamen quo ad
ludentem cum epiſcopo idem intelligo, ſi epiſcopus
conſtitutionem non tollit,vel contra illam non diſpen
ſat:ſed ſolũ ludit,alias ſecus.licet A tc. no.de ele.licet ca
non.ǯ.e.lib.epm ꝯ ſuam conſtitutionẽ diſpenſare non
poſſe , cuius ꝯrium ſeruat vniuerſum. & minime ſunt
mutanda &c.de leg.minime.¶Ad ꝯtria rñdetur primo
ad dec.licet.ꝙ ibi priuilegiũ facit celebrationem licitã,
ſed hic exceptio epi,vł archiepi a ſtatuto nõ tollit, quin
ludus ſit illicitus:vt in prox.qõne.priuilegiũ ergo actũ li
citũ cõicat familiæ.Sed imunitas agenti actũ illicitum
non debetur.in dec.ꝙ in te.vtriq; dicentiũ horas,ſimul
ꝯpetebat illas dicere: ſic rñdetur ẽt ad ſecundũ.q̃a ſocie
tas prioris licita,& ad quartũ & ad quintũ: quia in illis
nullũ delictum.Ad tertiũ illud dico ꝓcedere, q̃a illorũ
ſociorũ eſt eadẽ defenſionis cã,ꝙ non eſt hic,quia epi-
ſcopus & archiepiſcopus identitate & ſuperioritate ſe

ruentur, vt dictum eſt in prima quæſtione: quæ defen-
ſio ceſſat in Titio. ¶ Sextum facit ad hanc partem. pro-
bat enim, quod ſocius in delicto demeretur. procedit er
go argumentum, ſi concluderet, quod ſocius in meri-
to mereatur. ¶ Ad primum legale reſpondetur, quod
ibi nullum delictum. ad l. ſi is qui duos. patet ibi reſpon-
ſio. in fin. quia idem, ſi ſoli ſocio capaci fuiſſet relictum.
24 Ad tertium, de §. ſi duo reſpondetur, quod † diuerſæ
ſunt lecturæ. ibi nota. & tamen ſecundum inductam
id procedit: quia non poteſt quis partim eſſe liber, &
partim ſeruus. Ad quartum reſpondetur, quod hic
pœna ſeparabilis eſt, vt vltimo dixi. Ad quintum,
quod in fratre vterino nullum delictum, & lex præſu-
mit legitimantem id voluiſſe. ad l. vnicam. de ambitu
dic, quod l. illa punit ambitum. i. ambitionem, & cupidita-
tem quærentis adminiſtrationem & pecuniam dantis
populo, per quem eligitur exprimens id non habere lo
cum in vrbe, vbi princeps magiſtratus creat. Probat er
go hoc ſolum lex illa, quod ſi ſtatutum diceret, qui luſe
rit alibi quam in palatio noſtro, vel cum alio, quam
cum nobis, vel familia noſtra &c. quod ludens in ludo
excepto vel perſona excepta, ligatus non eſſet. Quia bre
uitatis amator, vereor quod iſta diſputatio ſit prolixa.
Circa ſecundum & vltimum breuiſſime dico, quod pla
cet opinio Innocen. & Hoſtien. quæ habet in decre. nu-
per. de ſenten. excommunica. quod per participium in
crimine habitum, etiam cum excommunicato ab ho-
mine ligatur quis ſententia iuris: vt ibi ſcripſi ſuper glo.
25 colligitur, licet ergo, vt prius † dixi, fatear epiſcopum &
archiepiſcopum non eſſe ligatos ſententia ſtatuti: ex
participio tamen, quod cum Titio faciunt in crimine
damnato, cum illud ſit participium criminis & crimi-
noſi, dico illos ligatos ſententia iur. Nec ob. quod cauſe
tur ſententia iſta a ſuo ſtatuto, quod patet etiam in ex-
communicatione maiori, & hoc etiam nullus negat.
In dubium tamen reducere ſoleo, an participans excõ-
municato in illo primo actu, per quem excommuni-
cationem incurrit, ex eo ligetur maiori. de quo ſcripſi
de ſententia excommunicatio. contingit. & hoc vide-
tur velle, quod ſic, per illud, quod poſt eum ſcripſi. de lo
ca. cap. primo. ſuper tertia glo. ſecurius tamen procedit
hæc ſolutio. ſi dicamus ludum iteratum, ita quod cum
iam excommunicato luſerint, per præallega. decreta.
nuper. & eodem titu. ſi concubinæ, ibi, poſt latam ſen-
tentiam &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis defuncti ignorantia vitium non excludit, neque vſurpat, neque præſcribit.*

2 *Hæres, qui ſtatuto tempore & præſtituto a teſtatore ſub pœna, non ſoluit promiſſum, non ideo incidit in pœnam.*

3 *Stipulatore mortuo ſine hærede, vel tali relicto, cui de iure ſolui non poteſt, pœna ipſo iure an poſtea committatur.*

4 *Maritus lenæ an poßit accuſare eum de adulterio, qui captus amore cuiuſdam puellæ cum eſſet, ſua vxor furtim in amaſiæ locum ſe demiſit. & nu. 9. 12.*

5 *Maleficia diſcernuntur voluntate & propoſito. & an conſcientia peccandi, tamen erronea, faciat quem reum.*

6 *Bigamiæ pœna an puniatur quis propter intentionis affectum, cum opere ſubſecuto.*

7 *Poſſeßio ſæpe habet proprietatis effectum.*

8 *Opinio communis an ſit fortior, quam fictio.*

10 *Opinio cedit veritati.*

11 *Adulterium an incurrat ignorans. Et an delictum requirat do-lum.*

13 *Rem illicitam facientem ſine culpa ignorantia facti excuſat.*

REGVLA XIIII.

CVm quis in ius ſuccedit alterius. Arguit Dy. per hanc regu
lam, quod hæres emphyteutæ, qui ignorãs
rem emphyteuticam, non ſoluit eccleſiæ,
vel prælato cenſum, non incidat in pœnã. Facit, quod
tempus non cedit ignoranti. ff. quando appel. ſit. l. j. §.
dies. & §. ſi aduerſus. ff. de calum. l. annus. & c. li. de appel.
concertationi. tenet contrarium, quod incidit de rigore. ff.
de verborum obligatio. ad diem. & l. Aemilius: & de
nau. fœ. l. fina. ſed propter iuſtam ignorantiam reſtitu-
tio conceditur, per has regulas. & idem no. Guil. in ſpe.
de loca. §. nunc aliqua. verſi. xviii. & idem in ſimilibus
caſibus ſecundum Dyn. per præalle. l. ¶ Prima glo. dicit
vnde ſit ſumpta: & ponit exempla. & finis dicit, quod
exemplificat præcedentem. Secundo dicit duo. ſ. regulã
loqui, quando cũ ſucceſſore agitur, & de quolibet ſuc-
ceſſore. Tertio ſoluendo vnũ contrariũ diſtinguit. ¶ In
1 j. glo. † ibi [*qui in alterius*] ſequitur, locum ſuccedunt, iu-
ſtã habent cauſam ignorantiæ, an id, quod peteretur, de
beretur: fideiuſſores quoque non minus, quã hic, iuſtã
ignorantiam poſſunt allegare. hæc ita de hærede dicta
ſunt, ſi cũ eo agatur, non ſi agat: nã plane qui agit, cer-
tus eſſe debet, cũ ſit in poteſtate eius, quando velit expe
riri. & ante debet rem diligenter explorare. & tunc ad
agendum procedere. & ibi [*cum hæres*] ignorantia hære-
dis defuncti vitium non excludit. vnde non vſucapit,
nec præſcribit: quod nec ille. Ioan. And. ¶ In glo. ibi [*ad*
2 † *pretium*] Dy. ponit exemplũ in eo, qui promiſit bouem
certa die, & ſi non daret, promiſit centũ, ante diem mor
tuus eſt. & hæres vt ignorans ſua die non dedit. non cõ
mittetur pœna contra eũ, cũ iuſtã cauſam habeat &c.
& dicit Io. mo. quod mora non tã cito conſtituitur in ſuc
ceſſore, ſicut in defuncto. alleg. ff. de re. cred. l. quod te. &
ibi [*qui in alterius*] & ideo pœna tunc cõmittitur cũ eſſe
ctu, vt ſi ſucceſſor fuerat pupillus. ff. de verbo. obli. ſi cũ
filius. §. in hac ſtipulatione. Dyn. & ibi præſcriberet in
choando præſcriptionẽ, vt ſtatim dicã, & ibi [*cum hæres*]
Dy. in regula, poſſeſſor. eo. tit. q. pen. dicit per regulã pro
bari, malam fidẽ prædeceſſoris impedire præſcriptionẽ,
dicit tamen de æquitate canonica dici poſſe, quod ſi hæ-
res a ſe vult inchoare præſcriptionem, mala fides defun
cti nõ noceat quod in ſingulari ſucceſſore inchoare volẽti
certũ eſt. ff. de acquiren. poſ. Pom. §. cũ quis. dicit tamẽ,
quod rigor iuris ciuilis hic non patitur, qui propter ma
lã fidem defuncti malæ fidei præſumptionẽ in hæredẽ
transfundit, & propter fictionẽ identitatis perſonæ. ha-
bet eum pro ſucceſſore vitiorũ & culpæ, vt in hac l. ff.
de publicia. ſi ego. §. pactus. ¶ Sed ſi hæ. l. recipiantur, vt
3 † diſtinguit hæc glo. ceſſabit hæc diuerſitas, & in fi. Dyn.
quærit, quare eſt, quod ſtipulatore mortuo ſine hærede
vel tali relicto, cui de iure ſolui non poteſt, poſtea ipſo
iure non committitur. ff. de vſuris. l. pecunia fœnebri
& l. cum quidam. §. ſi pupillo, & ecõtra permittitur mor
tuo promiſſore, licet reſtitutio concedatur, vt dictum
eſt. reſpondet, quod ratio eſt: quia caſus contingens in
perſona creditoris non debet excedere obligationem
debitoris, ar. ff. eo. ti. l. nunquam creſcit. & ad l. Aquil. qui
occidit. §. vlt. ſed contingens in perſona debitoris non
debet variare obligationis conditionem. ff. de ver. obli.
l. ij. de præto. ſtip. l. ij.

QVAESTIO.

Hæc regula trahitur ad qõnẽ, quæ congruentius lo-
cuta fuiſſet ſuper regula ignorantia. e. ti. reſpectu primi
dicti; ſed propter diſtinctionẽ Dyn. quam ibi poſui, &
propter id, quod dicit hic finis vltimæ gloſſæ, excuſabi-
liter hic locatur. Præmittam autẽ quæſtionẽ Pilei. 23.
4 qua † quærebat, ſi Titius amore virginis, vel ſolutæ a le-
na, quæ maritum habebat, deceptus fuit: quia ſe ipſam
ſubmiſit illius loco, per maritum illius lenæ de adulte-
rio accuſetur, an ſit vt adulter puniendus. iſte caſus ac-
cidit Ouidio, vt ipſe pulchre refert in libro de vetula. Pi-
leus dixit, Titiũ cũ in adulterio non peccauerit, ab accu
ſatione adulterij abſoluendũ, per l. pe. ff. de adul. dicebat
tñ eũ puniendum, vt ſi virginẽ, vel viduam cognouiſ-
ſet: per l. eũ qui. ff. de iniu. §. cũ aliquis. vide, quod no. C. de re
pu. l. vx. per quã ibi gl. arguit ad primũ dictũ. & idẽ arguit.
xv. qõ. j. illud. 34. quæſtio. ii. in lectum. ¶ Allegationes
autem Pilei, infra tangentur ſuper ſimili quæſtione fra-
tris

tris Vberti: qua quærebatur, an clericus cognoſcens
mulierem ſolutam, quæ ab ipſo & ab omnibus conue-
nienter habebatur pro maritata, vel econuerſo marita-
tam, quæ viro prædicto habebatur pro ſoluta, veritate
detecta ſit puniendus vt adulter pœna iuris commu-
nis, vel ſinodalis ſtatuti: quo cauetur, adulterantem cũ
alterius vxore beneficio fore priuatum. Primo probe-
mus vtroque caſu illum vt adulterum puniendum.
¶ Et primo de primo inducentur tres rationes, de ſecũ
do aliæ tres in contrarium inducentur. de primo duæ
rationes, de ſecundo aliæ duæ, & demum aliæ de vtro-
que, tertio dabitur ſolutio diſtinguens eorum caſus &
5 intentionem delinquentis. ¶ Ad† primum, certum eſt,
ꝙ maleficia diſcernuntur voluntate & propoſito. 16. q.
vi. c. j. in fi. 32. q. 5. propoſito. & c. ſicut. de ſen. excom. cũ
voluntate. cum concor. j. gl. hinc eſt, ꝙ deficit delictum
vbi non fuit voluntas. l. di. præſentis. xv. q. i. §. j. & §. vt ita
que. ver. cęcus. & c. merito. 32. q. v. reuera. & c. de pudici-
tia. cum ſequentibus. 34. q. 2. multum. Sic etiam in me-
ritoriis voluntas informat actum. 86. diſtinctio. non ſa
tis. & in præal. c. ſicut. 12. q. v. facit ad vtrumque. xlv. diſt.
duę ſunt. xv. qõ. i. non eſt. concluditur ergo, illum adul-
terum, qui coniugatam cognoſcere intendebat. aliàs ex
contrario ſequeretur, quod conſcientia peccandi. ta-
men erronea, non faceret quem reum: vt in illo qui ꝓ
priam vxorem cognoſceret, quam crederet alienam.
quod eſt falſum. xxviii. q. j. §. ex his, de reſti. ſpo. literas. de
præſcrip. c. fin. bene facit. 12. q. ij. homines. in fine. & c. is
qui. ver. potius. & q. v. §. ſi ergo. poſt princip. & s. de iure-
iu. quanto ad fi. & quod no. 34. q. j. in fine. ſummæ. ¶ Se
6 cundo ſic conſtat, quod propter† intentionis affectum,
cum opere ſubſecuto, non vere bigamus punitur pœ-
na bigamiæ. de bigamis. nuper. Et procedit hoc etiam
in eo, qui ſcire poteſt ſe vere non agere, quod agere vi-
detur. vt ibi, fortius ergo procedit in eo, qui vere credit
agere, quod alius agere videtur. iudicetur ergo iſte adul
ter propter affectum, & opus. licet in veritate in nume-
ro adulterorum non ſit: vt no. xxvii. quæſt. prima. quic-
quid. facit. l. eum, qui. C. de adult. cuius verba habentur
in prę. dec. nuper. facit. C. de furtis. l. ſi quis ſeruo. vel pro
pter intentionem tenetur ſerui corrupti, & furti, qui ve-
re ſeruum non corrupit, nec furtum fecit. Tertio proba
7 tur† idem ex poſſeſſione & communi opinione. De pri
mo conſtat, ꝙ poſſeſſio ſæpe habet proprietatis effectũ.
de elec. querelam. de cauſa poſſeſ. cum olim. de iure pa-
tro. conſultationibus. hic autem erat in poſſeſſione ma
trimonij. iudicabitur ergo vt talis. & ſic eam cogno-
ſcens dicetur adulter ff. de adulter. ſi vxõ. circa princip.
ibi, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, & §. diui. ibi, neque qualecun-
que inuenitur, neque ſpem matrimonij violari opor-
8 tet. ¶ De ſecundo ſcilicet de opinione† communi dici-
tur. quod eſt fortior, quam fictio. ratio: quia fictio præ-
ſupponit contrariam veritatem. 75. di. quod a patribus.
27. qõ. 7. ſunt, qui dicunt. communis opinio non: imo
creditur & habetur pro veritate. ſed fictio ſumitur pro
veritate. l diſtinctio. ferrum. de tempo. ordi. literas. for-
tius ergo communis opinio. iii. quæſtio. vii. §. verum. C.
de teſta. l. j. ponderato ergo initio, quod in delictis pon-
derandum eſt, ex quo iſte & alij putabant illam coniu-
gatam a principio, ille fuit adulter. veritas pateſacta nõ
mutabat naturam matrimonij. j. q. i. principatus. de ele.
dudum. ¶ Circa ſecũdum caſum quæſtionis probatur:
quia qui vx. alterius cognoſcit, adulter eſt. Sed ille egit,
vt in themate. ergo adulter. primum patet. 36. qõ. j. §. cũ
ergo. 32. q. 4. meretrices. & q. vii. adulterij. ff. de adult. l. ſtu
prum. nam, quod eſt plus, cognoſcens etiam ſeparatã
a viro per ſententiam propter adulterium adulter eſt. 32.
q. j. dixit. & ſi dicas, hic non intendebat. Reſpondetur,
imputari alicui etiã illud, quod euenire poterit ex actu
illicito propter intentionem agentis, etiam ſi non eue-
nerit. vnde etiam dicitur ſui homicida, qui ſe aliàs ab-
ſcidit, & homicida infantis, qui illum expoſuit, licet
homicidia ſecuta non fuerint. primum patet. lv. diſtin-
ctio. ſi quis abſciderit. ſecundum. 87. diſtinctio. c. vlt. for
tius ergo imputari debet, quod vere euenit, licet inten-
tio ad id nõ fuerit. ¶ Pileus allegabat. ff. ad legem Aqui-
liam. l. ſcientiam. §. ſi meum ſeruum, quem liberum
putabas occideris. l. Aquil. teneberis. & ff. de iniu. cum
qui. §. ſi iniuria. & ff. de verborum ſignifica. inter ſtuprũ.
& ſatis eſt, quod delinquere voluit, licet aliter. argumẽ.
ff. de m. a. vi. ſi pater. de iur. & fac. igno. l. regula, nec mi-
rum, cum quandoque ſolum factum damnatur, etiã
ſi deſit nocendi voluntas. Inſt. de l. Aqui. §. hominem. ff.
de pœni. ſi quem. §. qui abortionis. Item de ſtupro non
tenetur: quia illud non commiſit, licet committere pu-
tauerit. ff. de fal. l. impuberum. §. j. ſi ergo de adulterio nõ
puniatur, remanebit crimen impunitum. quare dicen-
dum eſt, eum de adulterio teneri. ff. ad l. Aquiliam. item
9 Mela. §. ſed & ſi. & l. ita vulneratus. §. ſi quis. ¶ †Secundo
ſic probatur, ex quo quis rem illicitã facit, omne quod
ſequitur imputatur, iſte ergo illicitam rem egit, cogno-
ſcendo fœminam, quæ vxor ſua non erat. 32. quæſtio.
quarta. nemo. ergo intentio, vel ignorantia non excu-
ſat eum a culpa, quam in veritate commiſit, & hoc in-
ducit res illicita, quam aggreſſus eſt, quæ facit etiam im
putari caſus fortuitos, qui ſunt propter propoſitum. xv.
quæſt. prima. §. vt itaque. ver. ante. de homici. continebã
tur, & c. dilectus. in fine, facit eodem titu. c. fina. libro vj.
Tertio inducitur caſus, quod in vtroque quæſtionis ca-
ſu ſit verus adulter. 32. qõ. quarta. nemo. & c. meretrices.
vbi innuitur, cum omni muliere pręter propriam vxo.
adulterium committi. Ad idem eadem. quæſt. qui vide
rit. de pœn. diſtinctio. j. ſi cui. icire enim debebat, quod
non erat ſuum, ad alium pertinere. C. vnde vi. cũ quæ-
rebatur. xiiii. quæſt. ſexta. multi. Ex quibus concluditur
vtroque caſu thematis clericum adulterum iudican-
dum. ¶ In contrarium probatur, clericum in neutro ca
ſu adulterum. De primo ſic, non eſt adulter verus, niſi
qui vxorem alterius cognoſcit, ſed iſte primam co-
gnoſcendo, vxorem alterius nõ cognouit. ergo &c. ma
ior probatur. 36. q. 1. §. cum ergo. cum iurib. alleg. s. mi-
nor præſupponitur in themate. ſcilicet quod detecta ve-
ritate patet illam eſſe ſolutam, & ſic concluditur propo
10 ſitum. tanta† enim eſt veritatis virtus, quod opinio con
traria ſibi cedit. viii. diſtinctio. veritate. & c. qui contem-
pta. & c. conſuetudo. 81. diſtinctio. quicunque. de pœn.
diſtinctio. ij. Titius. ſententia ergo ſuper adulterio ferri
non poteſt: cũ verũ detectũ reſiſtat. de frig. fraternitatis.
29. q. ii. ſi quis ingenuus. nec mirũ, cũ quandoque etiã
reuocetur propter ſententiã iam latã, de pur. vulg. ſigni
ficationibus. C. de rebus credi. l. ſi. quæ tñ pro veritate ac
cipitur. de re iudi. cum inter nos. ff. de reg. iu. res iudicata.
fortius ergo tollitur illa qualisqualis opin. bene facit de
ſenten. excõ. licet. ll. vj. ff. quando actio de pecu. eſt ann.
l. j. de condi. ſine cauſa. l. ſi fullo. C. de tranſac. ſi ex falſis.
de eo, qui du. in ma. ſignificauit. Secundo inducitur re-
gula, in pœnis. e. ti. cum concor. vrſ. in pœnali materia
non ſolũ vbi de veritate cõſtat, ſed etiam vbi dubiũ eſt,
benigna fiat ĩterpretatio. & licut potius pſumit quis nõ
deliquiſſe, q̃ diliquiſſe. j. q. vii. l. ſancimus. ſumpta. C. ad
l. Iul. repetun. extra de procu. in noſtra. Sic in dubio po-
tius præſumendus eſt quis minus deliquiſſe quam plus
vt minor pœna ſequatur. ij. q. iii. §. not. ff. de pœn. ſi præ-
ſes. facit. ix. diſtin. ſana quippe. l. diſtincti. ponderet. xxvi.
quæſtio. ſeptima. aſſignant. fortius igitur cum de verita
te conſtat, non debet propter præcedentem opinio-
nem aggrauari delictum. iudicabitur ergo fornicatio,
q̃ minor eſt adulterio. 32. quæſti. vii. adulterij. malum fa
cit etiam regula odia. hoc eodem titu. & l. vulgaris. §. ſi
quis eo caſu. de pœn. diſtin. j. & ff. de crimi. expi. hæ. l. vlt.
11 ¶ De ſecundo† caſu. ſ. ꝙ non fuerit verus adulter cum
ſecũda, ſic ꝓbatur. omnis adult. eſt doloſus, nullus igno
rans eſt doloſus, ergo nullus ignorans eſt adult. maior
patet. quod adulterium non cõmittitur ſine dolo. ff. de

adulterijs.l.penultima.C.de repu.l.vxo.in fine. ¶ Pileus allegat.C.de falſis.l prima.& l.eum,qui.C.de iniurijs.ſi non conſulti.ff.de ſeruo cor.l.doli, in princip. ponderatur enim affectus.non effectus.ff.de ſica.l.diuus. minorem probat lex.ff. loca. ſi ignorans.apertius, ff.ad Sillanianum. l. ſi quis in graui. §. ſi ignorans. vbi innuitur, quod in his, quæ dolum requirunt, ignorantia etiam iur. excuſat, fortius ergo ignorantia facti, vt in regula, igno.eodem titulo. cum concordan. Item, vt dicit Pileus,non refert,an nullo modo voluerit delinquere, an non totaliter. ff.de furtis.l.verum,& l.qui iniuriæ, Concluditur ergo, hunc ignorantem factum non fuiſſe doloſum.& ſic nec adult.argumen.vigeſimaſecunda.quæſtione quarta.§.illicitum.vbi iure communi requiritur dolus ipſo deficiente non committitur delictum. ff. de furtis.inter eos.§.recte,& l.falſus. §. qui alienum. de iniurijs. item apud. §. ſi quis virgines. per quæ allegat Pileus,quod etiam de ſtupro non teneatur.ff. de rebus dubijs.l.tertia.de qua vide in ſuffra.de officio delega. cum ſuper.ſuper vltima glo. ¶ Secundo pro caſu inducitur. xv.qõ.prima.inebriauerunt, vbi ignor, tamen in quam incidit Loth propter ſuam culpam, ſcilicet ebrietatis, excuſat ab inceſtu ex copula filiarum.facit lex.ff. de iniurijs.illud.canon.xv.qõ.prima,vbi hæc no.& 34.qõ.ſecunda.mulierem.ſupra in caſu propoſito non eſt adulterium.facit de ſenten.excommunica.ſi vero.ij.& c. in audientia.& clemen.de conſanguini. & affinita.c.vltimo.in verbo.ſcienter.& videtur caſus.C.de adulte.ſi ea, vbi ceſſat adulterij crimen in illa,quæ meretricio more ſe exhibuit. ¶ Tertio ad vtrumque caſum ſic arguitur, vbi deeſt rei eſſentia, vel aliquod eſſentiale,ibi non poteſt dici rem eſſe: ſed vtroque caſu deficit aliquid de eſſe adulterij, ergo deficit adulterium. maior probatur.prima q.prima.detrahere.& c. paulianiſtæ, de conſecra.diſtinctione ij.cum omne.de baptiſmo.debi.probo minorem. eſſentia rei conſiſtit in materia competenti, & debita forma, materia eſt mulier maritata, vt ſæpius dictum eſt, formam dicimus propoſitum & voluntatem, quæ ſunt forma virtutum & vitiorum. xlv.diſtinctio.duo ſunt.86.diſtinctio.non ſatis.de poen. diſtinctio. iij. ille rex, vt autem patet ex ſuperioribus.

12 † In primo caſu deficit materia adulterij, quia mulier erat ſoluta.in ſecundo forma, quia non adulterare ſed fornicari volebat.ergo neutro caſu iudicabitur vt adul. ¶ Hæc autem maxime procedunt, quod pœnam ſtatuti,cum ſtatuta maxime pœnalia ſint ſtricti iuris, & non late ſumenda, ergo ipſorum pœna caſum expreſſum non excedat.de hoc dixi ſuper regula,pro poſſeſſore.ſed in primo caſu non fuit adulteratus: quia non intendebat. in ſecundo illa in veritate non erat alterius vxor.& ſic quoad pœnam ſtatuti nullo modo eſt adulter.Solutio quantum ad forum pœnitentiale, vel æternum iudicem.Primo caſu iudicatur adult.quia adulterari intendebat.de poen. diſtinctio. prima. nunquid. & c.ſi propterea.verſi.de hoc.vigeſimaquarta. quæſtio.quinta.ſi quid inueniſti.& omnia quæ ſupra ponderant intentionem delinquentis. Secundo caſu ſi cum ignorantia concurrebat intentio abſtinendi, ſi ſciret illam coniugatam, tunc fornicator cenſetur. & ſic intelligitur gloſ.illius c.illud, ſi vero concurrebat intentio contraria,tunc iudicatur adulter.Facit. 34.quæſt.quarta. origo.ſi quæratur de pœna iudiciali, ſumendo ſtricte adulterium pro violatione coniugalis tori, videtur aliquibus iſtum neutro caſu eſſe adulterum, cum ſibi primo caſu ſuffragetur veritas,in ſecundo opin. quorum alterum excuſat,vel attenuat in delictis.altero reiecto delicta aggrauat quaſi requirantur ad pœnam illa duo coniunctim,vt præd.l.vulgaris.§.ſi quis ex.& facit quod no. xiiii.quæſt.quinta.ſi quid.& faciunt.l.inductæ.ſupra parte ſecunda.ver.ij.inducitur.in fine.& ver.de ſecundo.ante finem.& hæc opinio eſt benigna.Sed ipſi fratri Vberto placuit, cum canones acriter proſequatur, hoc crimen,quod primo caſu puniendus ſit pœna iuris communis vt adulter: cum fuerit ibi culpa in opere, dolus in intentione, & communis opinio in qualitate, quæ tria merito præferuntur voluntati poſtmodum detectæ: vt in c.nuper.cum ſimilibus.vbi vero pœna ſtatuti eſſet grauior, non punietur illa: ſi veritas adparet ante ſententiam: quia ex ſui natura reſtringibilis requiritur, quod ſit vxor,cuius ſtricto nomine non intelligitur putatiua: vt dixi in fine ſecundæ partis: ſi tamen poſt rem iudicatam & non prius veritas adpareret: non reuocabitur ſententia.de re iudi. inter monaſterium. vt patet ex no. de donatio. inter virum & vxorem. plerunque. non obſtat decreta.ſignificantibus. de priuilegijs. quia ibi fuit lata ſententia per probationes reprobatas a iure. C.de tranſactionibus.ſi ex falſis. In ſecundo caſu: quia ſicut ſtatutum non excedit ſuum caſum: ita nec illum præterit,& verum ſit iſtum vxorem alterius cognouiſſe:& licet non in ea ſpecie: fuit tamen doloſus in genere.videretur ipſum fore adulterum per prædicta, in prima parte, verſicu.ſecundo. ſic probatur. hoc tamen ipſe verum putat, ſi in habitu matrimoniali mulierem repertam,non aduertens nec curans qualis eſſet, cognouit libidinis explendæ cauſa, tunc enim ex hac intentione communi iudicabitur delictum, ſecundum rei veritatem & mulieris qualitatem.facit lv.diſtinctio. domínus, in hiſtor. de Iuda & Thamar. ſi autem mulierem notam habens ſciebat eam reputari ſolutam,& talem eſſe credebat, non dicetur adulter, cum ad id non ſufficiat culpa, ſed requiratur dolus: per prædicta. ſupra parte ſecunda.ver.de ſecundo.& verſi.ſequens.maxime, ſi i habitu meretricio erat, & ſic loquitur.l.ea,quæ.C.de de adulte.& decreta.ſi vero.& in audientia. de ſententia excommunica. Prædicta autem intellexit, quando clericus ad illicitum coitum intendebat.Si enim ad licitũ quia cum illa contraxerat:& id poterat, quia in minoribus tantum, neutro caſu dicetur adulterium. primo non: quia propriam vxorem cognouit: licet ex falſa credulitate peccauerit, vt no.35.q.j.in fine. ſummæ. Secundo non, cum bona fide contraxerit, & ſic non peccauit.& ſic loquitur de eo,qui dux.in matrimo.c.j. & c. veniens.34.quæſt.ſecunda.cum per bellicam.& c. ſi virgo.& hoc caſu loquatur.l.C.de repu.vxor.ff. de adulter.

13 l.penulti.excuſatur enim, qui ſine culpa facit rem illicitam propter facti ignorantiam,& ſic loquitur.l.genero. ff. de his, qui notantur infamia. Per hoc ſic ſpecifice diſtincta ſint, quæ videbantur contraria concordata.

SVMMARIVM.

1 *Prohibito aliquo, prohibentur omnia ex eo ſequentia.*
2 *Prohibitio ceſſat, finita eius cauſa.*
3 *Scholaſticis conceſſum ſtudij priuilegium, vt poſſint audire ius ciuile & in eo libere ſtudere, an ibidem eis liceat docere & doctorari. & nu.5.8.12.& 14.*
Vbi quomodo accipiendum ſit priuilegium.
4 *Priuilegio ſi mihi competat vſus rei, vel iter, num per hoc habeã vſumfructum vel actum.*
6 *Prohibitio propter pœnam odioſa, tamen propter ſui cauſam fauorabilis, an extendatur.*
7 *Audire, & docere, correlatiua. Et an diuerſa, numero nono.*
10 *Libere, verb. vir.*
11 *Studium tribus perficitur. Et quomodo illud verbum accipiatur, quidque inferat. & nu.23.*

REGVLA XXXIX.

CVm quid prohibetur.

1 Eſt regula † huic ſimilis aliquo prohibito omne id prohibetur, per quod peruenitur ad illud.& hic loquitur de conſequentia prohibitionis mediorũ p q̃ peruenit̃ ad extremũ, illa vero loqr̃ de cõſequentia prohibitionis extremorum, quæ procedunt ex prohibito

bitoprimo. Et io hac ſimiliter pone exemplum. ff. de
ſponſa. l. oratio. vbi prohibito matrimonio prohibita
ſunt etiam ſponſalia, per quæ peruenitur ad illud. & ibi
concor. de hoc. Non obſtat, de ritu nuptiarum. ſi quis
officium. quæ loquitur io prohibitione temporali.
illa vero loquitur in perpetua ſecundum Dynum. ex
illo Ioannes monachus dicebat exempla ponenda per
decreta. conſtitutus, & capitulo ex tenore. ſupra de
conc. præ. & c. cum dilecta. ſ. e. lib. eo. ti. deteſtanda. ¶ Pri
ma gl. ponit exempla. & in fi. regulam concordat huic.
¶ In glo. j. ibi] & c. j.] pignus, hypotheca & emphyteuſis,
& ibi, qui prohibitus eſt a pomerio, vel ſuburbijs ciuita-
tis, & a ciuitate. ¶ In glo. j. ibi [nulla] traditio, quæ ſequitur
ex illa, vt in prohibita venditione fundi dotal. & aſcri-
ptitij ſine gleba, in quibus traditio non transfert domi-
nium. inſti. quibus ali. non li. in prio. C. de agri. & cenſi.
l. quemadmodum. lib. xi. idem iur. & quem etiam ven-
dicare poteſt prælatus alienans & tradens. C. de ſacroſ.
2 ec. l. iubemus. ¶ † Ad primum non ob. ff. de fun. do. l. pe.
de vſuc. l. vir prædium. ibi enim traditio transfert domi
nium, quia prohibitionis cauſa finita erat, ſcilicet quia
deſierat fundus eſſe dotalis. Dy.

QVAESTIO.

3 Hæc regula per contrarium oſtendit, quod vno † con
ceſſo conceſſa intelliguntur quæ ſequuntur ex illo. &
ſic facit ad quæſtionem, quam diſputaui, quę ad literã
hic ponetur, & ſic proponebatur. Quæritur, an ex priui-
legio huius ſtudij, per quod conceſſit Papa quibuſdam
prohibitis, ꝙ poſſint hic audire ius ciuile, & in eo libere
ſtudere, liceat eis hic in eo iure docere vel doctorari.
¶ Quod ſenarius numerus eſt perfectus, vt ſupra codẽ
libro. in procemio. nouo quodam ordine diſputandi
hunc tenebo modum, ea textu enim thematis. vj. ver-
ba vel partes aſſumens quaſi per gloſſarum forum ſu-
per ipſis arguam pro & contra. & erit primum ſuper
verbo, priuilegio. ſecundum ſuper verbo, huius ſtudij.
tertium ſuper verbo, aliàs prohibito. quartum ſuper
verbo, audire. quintum ſuper verbo, libere. ſexto ſuper
verbo, ſtudere. poſt quæ determinabitur dubium, dabi-
tur conſilium & ſolutio, & contrarijs ſatisfiet. Et vt ex
periar an expediat nouellam meam, quo ad decre. alle-
gationes ſic ſcribi, vtar hic algoriſmo. Ad primum pri
uilegio. certum & vulgare, quod priuilegia maxime
principum ſunt large interpretanda, imo largiſſime. ij.
qõ. tertia. ad finem. ii. qõ. ſecunda. qui manumittitur, de
verborum ſign. in his. & c. olim. ff. de conſti. principum.
l. fina. C. de ſenten. paſ. & reſtituti. l. vltima. Cum ergo
hic loquimur de interpretatione verborum rei tam fa-
uorabilis, fiat ampla, maxime vt pœna vitetur aſtute in
terpretantium. C. de legib. l. ij. Contra, licet regulariter
prędicta ſint vera: tamen nõ habẽt locum, quando pri-
uilegium datur ſuper re ambitioſa, quod patet, de præb.
quamuis. ſ. lib. eod. de fil. presbyterorum. c. j. & veniat re
gula, quæ a iure, cum ſuis cõcordan. infra eodem. Item
licet priuilegia ſint fauorabilia, non tamen recedimus
a verbis ipſorum, de priuileg. porro. & c. recepimus. de
4 præben. cui de non. Pone † ergo quod priuilegium mi-
hi competit vſus rei, vel iter, nunquid per hoc habebo
vſumfructum vel actum. Planum eſt quod non: quia
verbum id non imponat, Inſti. de vſu & ha. in princi. ff.
eo. l. ii. Inſti. de ſerui. in princip. immo, quod plus eſt, ip-
ſa verba ſæpius reſtringuntur, quod patet, de priuile. pe
tiſtis. ſupra eo. lib. & eo. ti. abbat. & c. vt apoſtolicæ. Qua-
re cum prohibitio ſit fauorabilis, vt infra probabitur, pri-
5 uilegium aliàs permiſſum † ambitioſum. ergo non dila
tandum, ſed verbum reſtringendum, vel ſaltem in ſigni
ficatione propria retinendum: maxime quia facilius
conceditur ſubeſſe, quàm præeſſe, de fi. presbyte. c. j. cum
ſi. & quo ad prædicta, vide quod ſcripſi de verbo. ſignifi.
olim. ſuper vlti. glo. Huius ſtudij. patet per hoc verbum
themat. priuile. non venti. Sed Bononien. ciuitati & ſtu
dio fore conceſſum. Cauſa ergo conceſſionis fuit ipſius
ſtudij ampliatio, vt hic patet ex verbo, ſed & potens,
quod in tantum poteſt ampliari ſtudium per ſuum mi.
legiſtæ doctrinam, ſicut per ſcholaſticam diſciplinam,
ad quod de Titolico dicit Hieron. in procemio bibliæ:
ad eum Romam veniſſe multos nobiles de finibus Hi-
ſpaniæ & Galliæ, & quos ad ſui contemplationem Ro-
ma non traxit, illius hominis fama perduxit, vt ergo ſal
uetur cauſa conceſſionis, & de docente priuilegium de
bet intelligi, ad quod facit, quod priuilegia vniuerſitati-
bus conceſſa fauorabiliora ſunt, quam conceſſa perſo-
nis. ſ. eodem lib. de priui. ne aliqui. ex alterius ergo perſo
na conſequitur ſtudens doctorandi & docendi poteſ-
tiam, quod ex ſua non poſſet, nec eſt hoc nouum, quod
patet de conce. præben. auctoritate. ff. ad Ter. l. ij. §. obii-
citur, ver. ſi ſic. C. de natu. li. auctẽ. licet. cum ſimilibus.
¶ Contra, licet ſic ampliari poſſet, tamen hæc verba
non ſonant, vt dictum eſt. ſ. Ad id, quod de alterius per
ſona dicitur, reſpondetur per dec. cui. de præben. ſ. e. lib.
aliàs prohibitus. Aduertendum eſt, quod iſti prohibiti
ſunt conſtitutione canonica: & ſic conſequenter Papę,
fiat ergo contra ipſum Papam lata interpretatio. quod
optime probat dec. cum dilectus. de conſuetudine, & re-
gula. contra eum. e. ti. cum ſuis concor. & ff. de pac. l. ve-
teribus. & quod ibi no. Excipere enim potuit a Papa: &
nil excepit. ad hoc, de iure patrona. ex literis. & c. cum
ſeculum. omnia igitur veniant in conceſſione, maxi-
me, quia prohibitio eſt pœnalis, & ſtricte ſit ſumenda.
de pœ. diſtin. j. pœna. ſ. eo. lib. de ele. ſtatutum. ff. de pœn.
interpretationem. j. eo. ti. in pœnis. cum concor. ¶ Con
6 tra, licet † prohibitio propter pœnam odioſa ſit: tamen
propter ſui cauſam eſt fauorabilis, vt ſcilicet amplietur
theologiæ ſtudium, ne cle. vel mo. ſuper Specu. Item, vt
melius vacent ſacris. 3 r. di. c. j. cauta. & v. c. te. de of. arch.
& archipreſ. c. j. ad id, de ſin. c. vno. ff. de arbitris. non di-
ſtinguemus. §. ſacerdotio. hoc igitur odioſum, & fauo-
rabile, nec late, nec ſtricte interpretemur: ſed ſtemus
verbis. ad hoc, quod no. de electio. cum in cunctis. in v.
q. & eo. titu. c. penul. ſ. eo. lib. intelligatur omiſſum, quod
non fuit expreſſum. xcvi. diſtin. vbi nam. cum ſuis con-
cor. glo. imo ex aliquorum actuum expreſſione reliqua
videntur excepta & prohibita, ſicut cum vendo fundũ
expreſſis aliquibus inſtrumentis fundi, reliqua videor
excepiſſe. ff. de fun. inſtructo. quæſitum. §. idem reſpon-
dit. & l. cum de lanionis. §. cui fundum. maxime, quia
cum conceditur prohibito leges audire, cauſa conceſ-
ſionis videtur, vt melius intelligat canones, vt no. tertia
diſtin. c. i. ſed experientia docet, quod magiſterium ſciẽ-
tiæ nil adiicit: ergo & c. de transla. c. ii. Audire. Aduerten
7 dũ eſt, quod negari non † poſſet, quin ſub verbo, audiris,
includatur doctrina. Aut enim ex vi correlatiui: quod
ſi poſſum audire, ergo alius docere. ſi ergo per priuile-
giũ conceditur, quod in correlatiuis, & connexis alteri,
vt doceat: ergo & iſtis vt audiat. ad hoc v. diſtin. ad eius.
Video enim quod non ſolũ principale includit acceſſo
riũ, ſed etiam connexũ acceſſorio, vel ipſius acceſſoriũ.
quod probatur. de offi. dele. prudentiam. §. ſexta. & §. ſeq.
& probatur. ſupra eo. lib. de præben. cap. antepe. ff. de lib.
& poſthumis. ſi ita. §. regula. de donatio. inter virum &
vxorem. capitulo ſecundo. Caſus, quos breuitatis cauſa
per te videas. eſſet enim abſurdum, quod priuilegium
meum plus tibi, quam mihi conferret: & quod tibi
propter me competit, fortius mihi, xcv. diſtinctione. il-
lud. Item ſi mihi conceditur vſus rei, ergo & ipſius fa-
cto. quod probatur, ſupra eodem libro. de ſententia ex-
cõmunicationis. quoniam. conceſſio enim vſus chriſ-
matis, conceſſa intelligitur eius factio, vt ibi, ſic & con
ceſſo vſu iuris ciuilis, & factio doctoratus, ſcilicet do-
8 ctrina: plus † probo, doctrina expreſſe per verbum, do-
cendi, non eſt talibus prohibita: habemus enim hac
in materia verba prolata, ſcilicet, electio, auditio,
& ſtudium. ſed præter id, quod dixi ſupra. verba pœnalia
ſtricte ſumenda, quod illud verbum lectionis, po-

natur in hac materia pro electione diſcipuli, non ma-
giſtri. Probatur triplicitet. primo ſic, Concil. Turon. ne
cleri. vel mo. cum magnæ. dicit, quod illi monachi exi
bant ad legendas leges, vt poſſent melius & fidelius tra-
ctare negotia monaſterii, ad legendam phyſicam, vt
poſſent curare monacos infirmos, propter quod patet,
quod loquitur de exitu non ad lecturam doctoris, ſed
diſcipuli. Secundo ſic, cum concilium prohibendo fuiſ
ſet vſum verbo legendi. Honorius dicit interpretando
concilium, quod concilium prohibuit auditum, e. ti. ſu
per ſpecula. idem Bonifacius. eo. ti. ſ. e. lib. c. j. Tertio ſic,
quia multis iuribus probatur, verbum lectionis intelli-
gi de lectione diſcipuli. de ma. c. j. de electi. cum ex eo. ſ.
eo. lib. vtrobique legendi & proficiendi. 36. diſtin. c. fina.
ver. diſcat legendo. Scripturas aut populum doceat, de
æta. & quali. c. fina. ibi, legiſſe Donatum. de renun. poſt
tranſlationem in exercitiū lectionis, ergo cum ex men
te concilii, tum ex interpretatione Romanorum Pon
tificum, tum ex propria ſignificatione verbi, quia per
verbum legendi doctrina non prohibita eſt. Reſtat, ꝙ
aut doctrina non eſt prohibita & ſi quæſtio plena: cum
ea, de quibus q̄ritur, etiam ſine priuilegio poſſet. aut eſt
prohibita per verbū auditus, & ſtudij. & tunc quo iure
illa verba in prohibitoria & pœnali. l. includunt magi-
ſterium: eo iur. & fortiori illa verba relaxatorij & gra-
tioſi priuilegij illud includit. & ſublato expreſſo ſubla-
tum ſit tacitum, C. ſi reus vel ac. l. fi. & facit, quod no. de
reſcri. c. j. ſ. e. lib. j. gl. ij. de cle. coniu. ꝙ a re. maxime, quia
cum ſimul prohibitio manauerit, & hic ſint ſimilia &
connexa, C. de male. & ma. l. culpa, vno ſublato virtute
connexionis, & reliquum, de conſti. tranſlato. ¶ Con-
9 tra † planum eſt, ꝙ audire & docere ſunt diuerſa, & tri-
pliciter probatur. Primo ex diuerſitate nominum. C. de
codici. ſi idem, de decr. ad audientiam. Secundo, quia di-
uerſis membris actus illi conueniunt. quod per ſe patet.
ad hoc. j. ad cor. xii. & 89. di. ſingula. Tertio, quia iura po
nunt hic pro diuerſis, vt patet in prooemio dec. & ſ. eo.
l. in prooemio. de loca. c. j. de priui. ſuper ſpecula. ne cler.
vel mo. c. ij. ij. reſpon. ſupra. eo. lib. & lex prædicta. cum ſi-
mili. ponit illa pro ſimilibus. ergo non ſunt idem. Pri-
mum vero ſuperius argu. tollitur. quia per illud ſequere-
tur, quod cui conceditur audire diuina, per conſequens
concedatur alteri, quod ibi celebret. igitur & ipſe cele-
brare poſſet: ſed planum eſt hic diuerſa. de priuilegiis. c.
penul. & vltimo. ſupra eodem lib. & de ſen. excommu.
10 c. fi. Libere, non dixit ſimpliciter, ſtudere: ſed libere † ſtu
dere, verbum debet aliquid operari. 28. q. j. ſic enim.
de diuor. gaudemus. de priui. ſi Papa. ſ. e. l. de lega. iii. non
aliter. pro lata vero ſignificatione huius verbi facit, de
præben. de multa. & c. licet epiſcopus. ſ. eodem. l. de pro-
cur. qui ad agendum. in fine. ff. eo. lib. de procuratorib.
cui libera poteſt tranſigere, habens liberam. quod alias
non poſſet. Item, quod parte debiti ſoluta non eſt libera-
tum pignus. ſed tūc cum totum fuerit ſolutum. ff. de di-
ſtra. pig. quandiu. nec pro parte faciens, ad quod eſt obli-
gatus. ff. de ver. ob. in executione. gl. pe. & de hoc de pœn.
ſuam. ſed nec per conceſſionem partis ſtudij diceretur
liberum ſtudium conceſſum. Ad idem de reſtitutione
ſpoliato. Piſanis. nec dicitur liber ad ordines, in quo ſer
uitium aliquod retinetur. liiii. diſtinctione. quicunque.
¶ Contra tollitur argumentatio ex hoc verbo, per can.
ij q. j. relatio. de reb. ec. non alie. vt ſuper. in fine. de ſecun.
nup. c. fina. de officio vicarij. cum in generali. ſ. eo. lib. ff.
de don. filius. C. de inoffi. teſta. ſi quando. in princip. per
quæ iura patet, verbum libere, nil vel parum operari. Itē
11 docet † experientia, quod ſæpe ponitur in literis ad orna
tum rhetoricum. Studere ſtudium ex tribus partibus
perficitur, vide. j. ad Thy. quarto. attēde lectioni, & exhor
tationi, & doctrinæ. xvi. diſtinctio. c. primo. ſed ſicut ver
bum ſtatuto, debet deſignare rem perfectam & conſu-
matam: de pœ. di. j. hæc autem verba. de verbo. ſi. in his.
ff. quod quiſq; iur. l. j. ita verbum ſtudij, habet deſignare

ſtudium perfectum, quod perficitur in vltimo actu do-
ctrinæ, non inchoatum vel mediatum tantum, plus ca
non a vi textus probare vī, ꝙ appellatione ſtudij inclu-
datur doctrina. 16. q. 5. aliquanti. vt ibi patet ex princ. &
fine. ad idem. lib. x. de execu. ar. l. vn. in fine. ibi, ſtudium
docendi, atque diſcendi. & decr. ij. de priui. ſ. e. maxime,
cum ſtudens doceat, docens ſtudeat, & diſcat docendo:
vt ibi, l. j. vbi de hoc. Item Papa, qui eſt vicarius eius, qui
non nouit opus imperfectum, non debet intelligi fuiſſe
locutus de ſtudio imperfecto, de bap. maiores. & circa
hoc adde, quod dixi ſuper regul. cum prior. in q̄one pot
12 torum. in parte ſecunda. Item nec valet aliquid † pro
parte facere. de conſecr. diſtin. ij. comperimus. ff. de pro-
cura. in cauſæ. pro de relic. l. vlti. de tranſactio. l. cum hi.
dato etiam, quod appella. ſtudij, altera pars tantum in-
telligeretur: per partem tamen dicemus totum eſſe cō-
ceſſum. xiiii. q. v. pœnalem. 32. q. 10. meretrices. de pœn.
di. j. vulgaris. baptizatur enim quis parte corporis tacta
de conſ. di. iiii. nec quemquam. & c. proprie. vbi de hoc,
ſicut per partem totum poſſideo. ff. de acquiren. poſ. poſ
ſideri. §. j. & faciunt iura, quę probant, vno de man. man
datum eſſe connexum. ff. de procur. ad legatum. & l. ad
rem mobilem. & man. l. vlt. de elec. in cauſis. cum ſi. Ex
quo enim ſentit onus diſcendi, habet honorem docen
di. infra eo. titu. qui ſentit onus, cum concor. qui poſuit
principium, ponat finem, de conſe. di. j. nullus eps. de re
nun. c. j. cum concor. ſicut iudex de qua re cognouit, p
nunciat. ff. de iudi. de qua re de eā poſ. cum ſuper. nam ſi
cut excommunicatus appellat ita proſequitur, & finit
appellationis cauſam, de exceptio. cum inter priorem.
nam ſicut matrimonium legitimat & habilitat natu-
ralem etiam ad prælaturam, qui fi. ſint le. per venerabi-
lem. vbi de hoc, ſic priuilegium legitimat & habilitat
iſtum, ēt quo ad magiſterium, & ſic ſimile, quod dr̄ de
minore pubere quem iuramentum habilitat: per auct.
ſacramenta. C. ſi aduer. vē. ¶ Contra, ſtudere reſpicit au
13 ditum, quod probat † a vi literæ dec. ſuper ſpe. ne cle. vel
mona. vbi permittitur de audientibus, poſtea ſubmit-
tens, quod epiſcopi. in quorum diœceſi ſtudent &c. pro
batur idem de magiſ. ſuper ſpecula. vbi ſtudentes & do-
centes, ponit textus vt diuerſa. ad idem de præſump. ex
ſtudijs. coniuncto illo verbo, cum eo. quod ſequitur au-
ditionem ſapientum &c. de tali ſtudio ſcholaſtico lo-
quatur, de ele. bonæ. ii. & c. innotuit. & de proc. dilectus,
de ele. non reſi. tuæ. de of. dele. cōſultationibus. de reſcri.
c. ſi. ſ. ea. l. ff. fami. er. ea, quæ. & ſi dicas ſecundum id hic
nil operari: cum de auditu iam dictum eſſet in priuile-
gio, reſpondetur, ꝙ ex huius verbi virtute priuilegiatus
etiam principale ſtudium iuris ciuilis facere poterit, nō
audiendo. & hic addit hoc verbum ſtudere. fateor tñ. ꝙ
ſtudium interdum habet de natura alios actus præter
meditationem literalis ſcientiæ: Iudicum vlt. ingenii
ſtudio cauēdum eſt, ne aliqua domus pereat: Eccle. 10.
pulchritudini ſtudiū habentes. 86. di. fratrem. ſtudeat de
manu fructificare. de pac. c. iii. ſtudioſe agēdum eſt &c.
de præſcri. vigilanti. ſtudio cauendum eſt. &c. ff. de do. in
ter vir. & vxor. l. ij. ibi, ſtudium filios educandi. præterea
video, ꝙ interdum licet alicui ſtudere, & docere, ſed nō
docere, vt fœminæ. j. ad Thi. ij. 23. di. mulier. 33. q. 2. mu-
lierem. de con. di. iiii. mulier. ibi dr̄, quamuis docta do-
cere non præſumat, ponit ſtudium, & diſciplinam per
verbum: docta, & tñ vetat doctrinam, nec mirū in his,
cum plus habeat doctor, quam ſtudens honoris & pro-
gatiuæ, quod patet. hēt enim ordinariam, per auct. habi
ta. ſignatam. C. ne fi. pro pa. habet immunitatem mune
rum. C. de profeſ. & medic. li. x. & mercedem laboris, vt
ibi, ꝙ dic. ve 32. di. quibuſdam. de magi. c. pe. conſequitur
ex tpe comitatum. C. lib xii. de pfeſ. qui in vr. co. l. vna.
14 Eſt de † doctorum collegio, & admittitur ad magiſtra-
lia, de conſti. ex literis. adhibetur ei fides. j. ad Timo. ij. ve
ritatem dico, non mentior. doctor gentium. reuerētia,
vt xvi. q. j. ſic viue. & c. ſeq. xcvi. diſtin. quis dubitet. vj. q. j.
ſacerdotes.

ſacerdotes,& c.oues.vii.q.j.hic nequaquam.viii.q.j. qua
lis honorabilius ſedet.ii.q.vii.§.de his.C.de tiro.l.fin.lib.
xii.ipſorum ordo in eccleſia præcipuus eſt, de hære. cū
ex iniuncto.habet immunitatem canonis. quod dic vt
de ſen.excom.ca.j.& c.cū voluntate.Ex quibus patet,do
ctoratum maius eſſe . illud igitur non veniet conceſſo
minori,ſcilicet,auditu & ſtudio.facit , quod nota. in re-
gula,quilibet,eo.ti.alias ſequeretur,quia ex quo,pmiſſū
eſſet ſtudere in iur.ciuili,eſſet etiam permiſſum in eo iu
re & foro patrocinari quod eſt falſum. de poſtul. cap.j.
& vlt.in huius igitur obſcura & ambigua prolatione ſu
mamus,quod eſt minimum.j.e.ti. In obſcuris.cum ꝯ-
cor.ad hāc partē faciant.C.de ſtu.li.vr.Ro.l.j.li. xi. & vi-
deas,qñq; ſacerdotē habilem ad alia non ad altaris mi-
niſterium.de cor. viti.ſignificat.per hæc ſuperius allega
ta pro prima parte concluditur , hunc prohibitum do-
ctorari poſſe & docere Bon.per allegata vero ſcđo con-
cluditur contrarium,ſcilicet cū hic nec doctorari poſ-
ſe,nec docere.¶ Circa ſolutionem quæſtionis eſt aduer
tendum,quod de ſcholaſtica lectura,quam facit ſchola
ris ad ſtudium ſuum tantum.non puto dubitari , quin
illa poſſit vti is,de quo quæritur, conſiderata ſui cauſa,
& videmus non licentiatos ſic legere,& potius docent,
quam doceant,& eſt quædam aſſuefactio, ad hoc.j. q.j.
dedit baptiſmum.xxxvii.diſt.qui de menſa. ff. depoſ. l.j.
§.ſiquis in colluctatione.Circa doctoratus vero officiū,
honorem cathedræ & doctoralem doctrinam ante fa-
ctum per iura & rationes.ſ.pro hac parte inductas, con
ſulo ꝙ ab his abſtineat,& quia multis videt̄ ,quod mēs
concedentis priuilegium ad illa ſe non extenderet , &
quia ſecundum interpretationem Ho.ne cle.vel mona.
ſuper ſpecula.per lectionis verbum, doctrina prohibet̄.
quam glo.videre poteris in nouella.ſuper ver.ampliari.
ad fi.vnde ꝓ ſolutione dare poſſem,quod hic, cū de iu-
ribus verborum papalis priuilegii dubitetur , recurrēdū
ſit ad Papam.de iudi.cum veniſſent, vt ipſe interpretet̄,
qui dedit,vt ibi.vtilis enim & forte neceſſaria in hoc ca
ſu eſſet declaratio.Poſt factum vero ſi contigiſſet illum
iam doctoraſſe & docuiſſe , nec infra duorum menſiū
ſpacium deſtitiſſe,vt procedat dubitatio,puto cum non
incidiſſe in pœnas concilii & cōſtitutionis Hono.prin-
cipaliter propter id quod.ſ.dixi,ſuper ver.audire. vbi plꝰ
probo.& per hanc regulam a cōtrario,vt permiſſis au-
dito & ſtudio,per quæ acquiratur ſcientia , permiſſa di-
cantur,quæ ex his ſequuntur,ſcilicet doctoratus officiū
& doctrina.hoc addito,quod licet concilium , quod de
monacho loquitur,vtatur verbo lectionis. dec.verò ſup
ſpec.quæ loquitur de iſtis ſæcularibus,illud verbum nō
ponit,nec eſſet abſurdum inter eos in hoc , quod ibi
ſcripſi ſuper ver.deſtituerit. ¶ Ad hanc ſolutionem ſatis
facit ipſa forma priuilegii in cuius exordio fit mentio
de magiſtris & ſæcularibus.& ipſorum vniuerſitate, &
poſtea in narratis ſubmittit,quod vult ipſam vniuerſi-
tatem præmonire dono beneuolētiæ ſpecialis &c. hoc
modo ſoluendi quæſtio diſtinguitur ante factum , &
poſt,conuenit.de iureiuran.verum,quod ſcripſi.de iudi.
ſignificauit.ſuper.j.glo.& de re iudi.inter.ſuper fin. gl. q-
cunque. Contraria vero per prædictam ſolutionem re-
puto ſoluta,nam locum haberent , quando expreſſe ꝓ-
hibita eſſet doctrina,vt tunc ad id ambitioſum priuile-
giū non trahatur,ſed verbis ſtetur,vt pro hac parte alle-
gatū eſt.¶ Primo non obſt.quod per alium ꝯpetat,vt al
legatum eſt ſecundo,& tunc non expreſſum cenſetur
omiſſum,vel vno expreſſo,alterū exceptum , vt allega-
tum eſt tertio,cum actus eſſent diuerſi,& per ſe princi-
pales,vt allegatum eſt quarto. Nec obſtat hoc verbū,li-
bere,vt allegatū eſt quinto, quod aūt pro hac parte alle
gatū eſt ſexto.ſ.quod ſtudii verbū deſignet auditū, alteri
membro ſolutionis concordat.vt infra dicam , p illud
etiam tacite doctrinam non eſſe prohibitam. & ſic de
iure cōi etiam ſine priuilegio poſſet doctorari, & doce-
re vt prædixi.& ſic etiam ſoluitur,quod eſſet dictum de
patrocinando in foro ciuili.ſ.quod illud eſt huic diſſi-
mile,quia prohibitum expreſſe per iura ibi allegata,q̃a
prohibitum remanet, cum hic non ſit pmiſſum. ¶ Ad
decr.ſigni.dico,quod niſi expreſſiſſet, vetaretur reditus
ad ſacerdotis officium,exerceret etiam altaris miniſte-
rium,ſic nec hic docet,ſi expreſſe fuiſſet vetitum . ad id
quod dicitur,ꝙ doctoratus eſt quid maius nō negatur,
tñ dico quod ex quo venit ex vi taciti , vel connexi , de
ipſius maioritate non eſt curandum ad inſtar eius, qđ
de curata eccleſia dicitur,quæ eſt connexa præbendæ.ſ.
eo.lib.de præb.ſuper eo.de muliere vero dico , ꝙ eſt ex-
preſſe prohibita.& ſic concordat.ad regulam,in obſcu-
ris.dico,quod hic nulla eſt obſcuritas.

S V M M A R I V M.

1 *Pater prohibitus adminiſtrare bona filij vt pater,an poterit vt curator.Et excluſus vno iure,admittitur ex alio, vbi duplex competit.*
2 *Notarius procurator in iudicio produxit inſtrumentum ſua manu ſcriptum,ſuper iure meo probando,an fidem faciat . & nume. 4.& 12.*
3 *Aduocatus qui fuit in vna cauſa, an in eadem poſſit eſſe iudex .*
5 *Prælatus cum ſit procurator eccleſiæ,an in eius cauſa alio cauſā agente teſtificari poſſit.Et quid de procuratore in cauſa domini.ibid. & nu.6.*
7 *Procuratoris voci mortuæ an credatur .*
8 *Argumenta,de tanquam.*
9 *Probationum copia non eſt arctanda.*
10 *Tabellio in numero ſeptem teſtium computatur.*
11 *Legatum quis adſcribat extraneo quem poſtea etiam uiuente teſtatore per adoptionem uel alio modo habuit in poteſtate, tenet legatum .*
13 *Iudicis officium circa procuratorem notarium ſuſpectum,edentem inſtrumentum ſua manu confectum.*

R E G V L A LXXXIIII.

CVm quid vna. Prima gl. ponit
exempla.Secun
da ſex caſus,quibus fallit. Tertia dicit , quo
1 caſu procedit regula.¶ In gl.j.† ibi [*legi fiat*]
Dyn.ponit exemplum per l. ff.de tut.& cur. dat.ab his.
ſcire oportet. §. ſi iu. vbi pater prohibitus adminiſtrare
poterit vt curator,cui concor.ſupra eo.lib.de elec.auari
tiæ.Item per.l.ff.de bo.poſ.non eſt ambigendum. §. vbi-
cunque.& de contra.l.iii.§.libera.& l.ſi mortem . §.ex-
hęredati.vbi a ſucceſſione prohibitus de iure ciuili non
admittitur de iure prætorio.¶ Ad hoc vltimum contra
rium in emancipato,qui admittitur iure p̃torio & non
ciuili.ff.de bo.poſſ. l.ſed cum patrono. §. bonorum. itē,
ſi duplici iure defertur ibi hæreditas,licet vno prohibeat̄
admittat̄ ex alio.ff.eo.tit.quoties duplici & C.de iure de
lib.l.ſuum hæredem. Item filius excluſus ab vnde libe-
ri,admittitur per vnde legitimi,& excluſus ab illa , ad-
mittitur per vnde cognati.ff.de ſuc. edi.l j. §.ſed interdū.
Item repudians ex teſtamento,ſuccedere poteſt ab inte
ſtato,ſi erat de numero ſic venientium . ff.de ac. hære.
nec is.§.i.ad hoc & ſimilia ſufficit ſolutio glo. ſed Dyn.
dicit regulam locum habere , vbi ius reſiſtit in odium
prohibiti,ſed vbi aſſiſtit, propter aliquem contingentē
defectum,habent locum contraria. Credo gl.corruptā.
& ibi ſuis concor.& ſupra eo.li.de cleri.coniu.c. vno. §.
j.& ibi [*ſeruum*]& eſt lex.C.de teſti.l.ſeruos. & ibi [*minuet
quartam*]vide in Auth.de tri.& ſe.§.prohibet.& quod ibi
nota.in glo.hoc eſt.

Q V AE S T I O.

Hæc regula facit ad quæſtionem , quam Paduæ di-
ſputaui, vt patebit in ipſius principio , quæ quæſtio ta-
2 lis fuit. Notarius † procur. meus ad probandum de iu
re meo in iudicium produxit inſtrumentum ſua ma-
nuſcriptum,quæritur,an faciat fidem? Rationes ad ne-
gatiuam conſiſtunt in ſuſpicione officii,propter quam

nec teſtis, nec Iudex eſſe pōt, quæ tamen minus lędunt,
eſſe poſſet iugiter in fine. Dictum Hoſt. ſecundo in ꝯriū
inducitur glo. quæ quatuor rationibus, & opinione ſi-
mili adiuuatur. ſubdam demum quinque rationes. Ter
tio datur ſolutio diſtinguēs & inſtruens, & ꝯriis rñdēs.
¶ Primo ergo ſic probatur, quod inſtrumentum fidē
non faciat. Certum eſt, quòd procurator non poteſt eſ-
ſe teſtis in cauſa, quam procurat. extra de teſti. inſuper,
imo nec in cauſa appel. poteſt eſſe teſtis, qui ſuit procu-
rator in principali. ſupra de teſti. Romana. eo. tit. Cum
ergo in exercendis litibus parem vim obtineant teſtes
& inſtrumenta. de fid. inſtru. cum Ioannes. C. eo. tit. in
exercendis, dicemus, quo iure repellitur a teſtimonio,
eo iure ſuſpicionis eiuſdem inſtrumētum per eum con
fectum in cauſa, quam procurat, fidem nō facere. cum
etiam lex viii. ff. de teſti aperte prohibeat patronos cau-
ſarum in cauſis ipſis teſtimonium dicere, ſed conſtat,
quod poſtulare, eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in
iudicio apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, proponere,
vel alterius deſiderio contradicere. ff. de poſtul. l. i. in
princ iii. q vii. §. tria Patet ergo, quòd tales procurato.
poſtulant, & cauſis patrocinantur. ergo a teſtimonio re
pellentur, dato etiam quod ſequēs pars legis ipſius, quæ
de executoribus loquitur, ad procuratores non exten
datur, vt ibi dicitur tenere glo. quod tamen alibi dicit
contrarium, ſcilicet. ff. de iur. fiſci. l. deferre. §. item de-
creuerunt. quæ glo. videtur verior, vel dicatur, quòd gl.
l. vlt. de teſti. loquatur in procur. qui teſtificari vult in
cauſa, quam non procurat. vt ſolent dicere domini le-
gum. & probatur per ea, quæ notant Inno. & Moder. in
præ. dec. inſuper. de teſti cum igitur validor ſit vox viua,
quàm mortua, in Authen. de inſtru. cau. & fi. §. ſi vero.
& vox eius viua repelleretur. vt ſ. probatum eſt. ergo
multo magis hæc mortua, cum ſcriptura recipi non de
beat. cuius author repelleretur. de hæreti. fraternita. iii.
quæſt. iiii. nul'us. xvi diſtin. c. j. ne vna via concedatur,
quod alia via prohibetur. Contra iſtam regulam, cum
quid. maxime cum per hanc plus fidei conſequatur.
etenim vox ſua non faceret, niſi ſemiplenam & dimi-
diam probationem, & inſtrumentum ſufficientem &
plenam probationem faciat. ergo eſſet abſurdum cum
plenam probationem facere. qui non poteſt facere ſe-
miplenam. vt eſt probatum. ¶ Præterea videmus, quod
3 ſi is † qui fuit aduocatus, fiat iudex illius cauſæ, in qua
poſtulabat. recuſationis remedio impeditur in illa cau-
ſa iudicare. ff. de iur. om. iu. l. prætor. ſed ſi non iudicat,
multo minus probabit, maius enim periculum in pro
bante, quàm in iudicante. ſecundum ea, quæ notauit
Vinc. de ele. ex. ſi celebrat, nam grauamen iudicis ini-
que iudicantis releuari poteſt appellationis remedio,
quod remedium circa probationes non eſt proditum,
4 cum igitur ſit † hoc maius periculum, plenius cōſulen-
dum eſt ſ. eo. lib. de ele. vbi periculum. in prin. cum ſuis
concor. item cum reliqua genera probationum dene-
gantur, iſtud genus, vel hæc ſpecies probationis. i. per in
ſtrumentum non debet concedi. ad hoc xxv. diſt. illud
ſuperfluum, ſed ſi probare non poteſt procur. per ſuum
teſtimonium, vt probatum eſt. nec per ſuam confeſſio
nem, nec per iuſiur. niſi forte fuiſſet debito modo dela-
tum. ergo nec hanc ſpeciem probationis inducere po-
terit. maxime. quia iſtud officium videtur facere cauſā
propriam ad hoc. ff. de iur. fiſ. l. fiſcus. ij. in fin. & habent
hæc locum maxime in procur. qui conteſtatus eſſet li-
tem, qui per conteſtationem, vel ſaltem inſtantiæ fa-
ctus eſt dominus. de procur. c. j. ij reſpon. & c. ii. ſ. eo. li.
cum ſuis concor. & in procur. qui ſatiſdedit iud. ſolu.
Ad hoc quod not. ff. de procur non ſolum. in prin. ſed
multo magis in procu. qui participaret vtilitati ex victo
ria cauſæ; puta quia ſibi certū quid pro palmario debe-
retur ad ſimilitudinem eius, quod de aduocato dicitur.
ff. de va. & extraor. cogni. l. i. §. & ſi nomine. & c. ſeq. eſ-
ſent enim tunc valde ſuſpecta illa duo officia. iiii. q. iiii.
c. j. cum ſi. bene facit pro hac parte. quod not. Hoſtien.
de probatio. quoniam contra falſam. ad finem. j. co-
lumnę. vbi no. quod ſi notario actori iudex commiſe-
rit receptionem teſtium, quod de hac commiſſione
per alium notarium non per ipſum debet confici in-
ſtrumentum. ¶ Ex quibus breuiter concluditur, inſtru-
mentum fidem non facere. ¶ Quod vero fidem faciat,
ſic probatur. Primo inducitur ſupra dicta gl. ex l. vl. ff. de
teſti. quæ dicit, procu. teſtificari poſſe. pro gl. facit tex. p̄.
l. ff. de iu. fiſ. deferre. §. item decreuerunt. quę gl. in talib.
rationibus corroboratur a parte. Certum eſt, ꝙ præla
5 tus † dicitur procu. eccleſię. de do. c. ij. de electio. cum no
bis olim. in fine. cum ſi. & tamen ipſe prælatus in cauſa
eccleſiæ alio cauſam agente teſtificari poteſt, quod cla
re probatur ex prædicta dec. inſuper, de teſti. & ex ipſius
ſuperſcriptione. vt etiam ibi notatu Moder. Patet ergo
procura. in cauſa domini teſtificari poſſe, & probatur
aliter. illa dicitur alicuius propria cauſa, cuius cauſæ
damnum vel emolumētum ad eum ſuo nomine per
tinet. vi. q. vi. biduum. ver. palam. ff. quando appel. ſit. l. i.
§. in propria. Iſtius ergo cauſæ damnum & emolumē-
tum ſuo nomine ad procur. non pertinet. ergo in teſti-
monio ſuſpectus eſſe non debet. Patet hoc ex deſcri-
6 ptione procur. quæ habetur. ff. de procura. l. j. quia † pro
curator eſt, qui mandato domini aliena negotia in iu-
dicio adminiſtrat, ſi aliena, ergo non ſunt propria, & ſic
nulla in eo videtur eſſe ſuſpicio. Hinc eſt, quod libertus
non poteſt proprio nomine vocare patronum in ius,
& vocans nomine alieno non incidit in edictum. ff. de
in ius vo. queritur. Item video, quod plus participat ca-
nonicus vtilitati cauſæ, quam intentat pro eccleſia,
quam participet procur. vtilitati cauſæ, quam intentat
pro domino, ſed ille non repellitur a teſtimonio, ergo
nec iſte. primum probatur in pręc. dec. inſuper. de teſti. e.
ti. cum nuncius. & vide quod ibi dixi ſuper j. gl. de iure-
iu. & ſi Chriſtus. xiiii. q. ii. ſuper prudentia. quod dictum
eſt de canonico, in legatario reperitur, quod probatur,
Inſt. de teſta. §. legatariis. cum ſi. per quæ videtur glo. illa
defendi, vt dicamus etiam procuratorem pro domino
teſtificari poſſe, & ſic etiam inſtrumentum per eum
ratione publici officii ſui confectum fidem facere de
lite. Et pro hoc dicto bene facit, quod no. Innocen. &
Hoſt. de tranſac. ex literis. Gui. in Spec. ti. de teſte. §. i. ver.
quid ſi aduocatus. vbi notant, inſtrumētum in iudicio
fidem facere, licet aduocatus cauſæ ſit ſcriptus teſtis in
ipſo inſtrumento, qui tamen alias verbale teſtimoniū
ferre non poteſt, vt eſt ſ. probatum. ¶ Secundo poteſt di
7 ci, quod etiam conceſſo, quod non credatur viuæ voci
vel teſtimonio ipſius procura. tamen hic mortuæ quę
ſcripto deponit, credi debet ad inſtar eius, quod de epi-
ſcopo dicimus, cuius viuæ voci non creditur. vi. q. ō. ij. ſi
tanium. & c. epſ. & tamen creditur literæ ſuo ſigillo ſi-
gillatæ. vnde ſi coram ipſo opponeretur excōicatio ꝯ
actorem, quę probaretur per literam ipſius epī, ita ꝙ ip
ſe idem eſſet iudicās & probans, ſecundum ea, q̄ plene
no. de prob. poſt ceſſionē. xi. q. iii. curæ. ad idē. de fi. inſtr.
c. ij. ſ. e. lib. de ſen. ex. cum medicinalis. de of. or. ſi cano-
nici. nam & pronunciat iudex, an ſua ſit iuriſdō, & de
veritate precum. ff. de iudi. ſi quis ex aliena. & de reſcri.
ſuper literis. in fi. ¶ Tertio ad quæſtionem etiā pro hac
8 † parte faciunt argumēta de tanquam, quod qui inter-
dum aliud agit tanquam alius. de ele. cum inter. j. & ij.
de con. p̄. poſtulaſtis. pp quod admittit aliquis a ſuſpe
ctus. ſ. e. lib. de ap. c. pe. vbi idē eſt, ad quē & a quo appel-
latur, ad idē. 13. q. 4. ſi eccleſia. in fi. ff. de inof. teſt. ſi filius.
ff. d poſt. l. j. § caſu. 3. q. 7. §. tua. ver. ſi ꝯ partē. C. de admi.
tu. cū quidā. Igitur cum inſtrm̄ confecerit tanquā ſer-
uus publicus, tanquā procu. idem producere poterit ac
9 ſi per aliud illud confectū fuiſſet. ¶ Quarto † facit, ꝙ aliud
dicendo, iam ꝯ diſpoſitionē iur. probationum copiam
arctaremus. ꝯ id. xiiii. q. ij. quanquam, vt li. non conteſt.
qm̄. C. de hæ. l. pe. Etenim forte alr de veritate ꝯci⁹ fides

fieri

fieri non poſſet.nam propter id videmus illũ ad proba-
tionẽ recipi, contra quem lõge maior eſt ſuſpicio, quã
contra procu.in caſu decr. cum dilecti. de elect.ſi.n. hi
qui in ſcrutinio depoſuerunt, nomen ſuum in publica
tione ſcrutinij dicant ſe non depoſuiſſe de illo, de quo
referunt ſcrutatores,magna ex hoc contra ipſos ſcruta
tores inſurgit ſuſpicio de falſitate,& tamen dicto eorũ
ſuper hoc ſtatur, tamen propter ſecretum ſcrutiniũ ali
ter fides non poſſet haberi.vt ibi.ad idem de accu.cum
dilecti,& eſt ſimile, quod no. doctores, de teſtibus. qui
dum publicarentur atteſtationes , dicunt ſe aliter depo-
ſuiſſe,quam notarius ſcripſerit.dicunt enim Inn.& Ho
ſti.de fide inſtru.cum Io.Guil.in Spe.de fide inſtru. §.re
ſtat. ver.quid ſi dicant, ꝙ credetur ſcripturæ tabellionis,
multum tamen, vt dicunt , debet iudex conſiderare ip-
ſius tabellionis conditionem. & hoc bene facit ad quæ
ſtionẽ. Sic igitur dicemus ratione huius publici officij
quod gerebat iſte procu. præſumi pro eo, ꝙ omnia ve-
re ſcripſerit,de præſcrip. ad audientiam. Non enim ſe-
quitur,ſi procur.ergo ſuſpectus, quia de facto videmus
ſæpiſſime legaliſſimos reperiri , & dato , ꝙ ex quo pro
cur. fuit,dicatur,cum in dicta cauſa, quam procurat,in
ſtrumentũ non poſſe conficere,tamen inſtrumentum
prius confectum,propter hunc ſuperuenientem caſum,
non debet minus validum reputari.ad hoc in Auth.de
tabel. in ver. ipſius tamen documentis &c. vbi de hoc
& veniat etiam ad hoc eo.ti.factum legitime,cum ſuis
10 exemplis.¶Quinto bene† facit ad qõnẽ,quod dicimus,
tabellionem in numero vii.teſtium computari.ff.de te
ſta.Domitius Labeo.& C.qui teſ.fa. hac conſultiſſima.
¶Sexto,pro hac parte bene facit.l.ff.ad le.Cor.de fal.de
11 eo.in fi.Certum †eſt enim,neminem ſibi ſcribere poſſe,
vel ei, in cuius eſt poteſtate,vel ei, cum quo in eiuſdem
eſt poteſtate,vel ei, quẽ habet in poteſtate.ff. eo. ti.ſi qs
legatum.& l.impuberi.& quaſi per totũ.C.de his,qui ſi.
in te.adſcri per totum. tamen ſi quis adſcribat legatum
extraneo, quem poſtea etiam viuẽte teſtatore per ado
ptionem vel alio modo habuit in poteſtate, tenet lega-
tũ,& ceſſat l.Cor.de fal. & ſenatusconſultum Liboni-
num.vt in pręl.de eo.in fi.ad idem.ff.de re mi.l.milites.
per quod dixerunt domini legum,ꝙ ſi ſcripſi inſtrumẽ
tum ſuper aliquo contractu pro aliquo,cuius poſtea fa-
ctus ſum hæres,ꝙ ex illo inſtrumento licet propria ma
nu ſcripto,agere potero.multo magis igitur in procur.
qui non ſic participat vtilitati, vt eſt dictum. Ad idem
in eo quod filius adſcribere põt matri & patri, in cuius
poteſtate non eſt frater. ſi ille & frater non ſunt in eiuſ-
dem poteſtate . de matre dixi : quia filius in eius pote-
ſtate non eſt.ff.de ſuis & legi.l.nulla.inſtit. de adoptio.
§.fœminæ.extra de conuer. inſi. c.fi. probantur prædi-
cta.ff.ad l.Corn.de fal.ſi pater.& maritus vxori . eo. ti.l.
vxori.in prin.nã cuilibet pater,ꝙ longe magis participat
vtilitati ipſe filius,vel frater,vel maritus. nam in vita vti
litatem etiã plurimã conſequuntur , & habent ſpẽ ſuc-
ceſſionis.quod non eſt in procu.quo ad dominũ.quare
12 ipſius igitur procu.† notarij inſtrumentum,qui non ſic
vtilitati participat, valere non debeat,nõ apparet, cum
in prædictis perſonis ẽt ſit maior affectio, & maior vtili
tatis participatio.vt prædixi.Tollitur illa argumentatio
qua dicitur , eum ſuſpectum ratione officij, quia non
per hoc ſequitur , inſtrumentũ ab eo confectum non
valere.ad idẽ bene facit ꝑdicta l.vxori.ij.rñ.vbi ſi ſcribẽs
teſtamentũ ſcripſit ſe teſtamentariũ tutorẽ filij teſtato-
ris.ſi tñ idoneus eſt,ex decreto iudicis tutor datur, licet
ſuſpectus ex affectione officij præſumatur, ſicut igitur
illa ſuſpicio non impedit illum tutorẽ dari,ita nec talis
ſuſpicio officij impedit fidẽ inſtrumenti, niſi de falſita
te aliter doceatur.Ex quibus reſtat concluſio, quæ ſit ẽt
ſolutio quæſtionis ſaluo ſemper maiori iudicio, ꝙ tali
inſtrumẽto.niſi aliàs redarguatur de falſo, fides debeat
adhiberi , ſi ex ſui forma ante litẽ motam & ſuſceptũ
procurationis officiũ apparet fuiſſe cõfectum,& idẽ pu
to, ſi poſtq̃ idẽ procu. illud inſtrumentũ ex neceſſitate
officij confecit,vel cũ dñs non nominatim,ſed qua-
ſi quilibet alius vtilitatẽ ex inſtrumẽto cõſequitur. Exẽ
plũ de neceſſitate officij, vt quia procur. in ius vocatus
epiſcopi,vel cõis , vel ad vectigal ſcripſi me ſoluiſſe , vel
aliud ſimile. Exemplum de ſecundo, vt ſi inſtrumentũ
contineat pactũ inter duas vniuerſitates,vel ꝙ quilibet
attulerit vinum,pro corbe habeat tantũ,vel his ſimilia.
facit.iij.qõ.vij.§.tria.ver.ſi ꝯ partẽ. ff.de poſtu. l.fi. C. de
admi.tu.cum quadã.cũ ꝓcor.ff.de inof.teſt.aduerſus. §.
j.ad idẽ in inſti.de ſucceſ.liber.§ ſed quia.de præſcrip ad
13 audientiam.dico tamen,ꝙ iudex† quem oportet cũcta
rimari , ſi videat iſtum notabilẽ procur.aliàs ſuſpectũ,
vel non bonæ famæ, ſua ſublimitate veritatẽ inquiret,
vocando ad ſe teſtes inſcriptos,vel alterum ex ipſis,& ſi
expedit,faciat ſibi mõſtrari quaternum rogationũ, vel
abbreuiaturas,& videat,an ſit ibi ſcripta,& debito loco.
ad hoc xxx.q. v.iudicantẽ.de renunt.in princ.ff.de teſti.
l.iii.¶ Ad cõtraria, quę principaliter fundãtur in his, ꝙ
non poteſt eſſe teſtis, nec iudex , & quod ea ratione eſt
ſuſpectus. Rñdetur, ꝙ procu.producens inſtrumẽtum,
quod prius confecerat,nõ teſtificatur,vt nunc poſt ſu-
ſceptum officium,ſed vt tunc ante ſuſceptũ. Sicut ergo
producẽdo prioris iudicij acta , poſſet producere ſuam
propriã atteſtationẽ,cum non ſit prohibitũ. ſic & pote-
rit producere inſtrumentũ prius confectũ. Nec obſt.ꝙ
remedio recuſationis repellitur a iudicando,quia licet
maius preiudicium ſit in teſte,quam in iudice,vt eſt di
ctum ante,longe minor ſuſpicio repellit iudicantem,q̃
probantẽ,extra de of. dele.cum enim. de ap.poſtremo.
cũ ſi.huius ratio no.vt lit.non conte.c.ij.iij. q.v.accuſa-
tores.vnde & propter teſtimoniũ remouetur,iudex ve-
ro econtra.de teſti.dilecto.ad id, quod de ſuſpicione di
citur,eſt iam reſponſũ,quia ſuſpicio eſt,ſed non talis,q̃
impediat,cum nec multo maior impediat,vt probatũ
eſt.aliàs ſequeretur , ꝙ non faceret etiã fidẽ inſtrumẽtũ
a notario multum amico co[n]fectum. Et ſi qualitas per
ſonę ſuadebit,iudex inueſtigationẽ facit,de qua dixi ad
hoc.ff.de qõ. l.j.§. qõnẽ.& quod no.iii.q. v.c.ii. de accu.
cum oporteat. Pręterea ei .ꝯ quem producitur , nõ de-
eſt remedium redarguendi de falſo directe vel indire-
cte ſcḋm formã.de teſti. ex tenore.C.de contrah.& com.
ſtip.optimã. Et ſi dicas forte talis eſt caſus, in quo dire-
cte vel indirecte de falſitate docere nõ poterit. Tolle in
ſtantiã,quid faceret eo caſu, ſi tale inſtrumẽtũ ab alio
fuiſſet confectum , vel ab alio procurante producitur.
officiũ igitur publicum & pręſumptiones , quę ſũt pro
ratione officij in inſtrumento , quod non reprobatur,
fidẽ faciant adhiberi.Ore locutus ſum,& manibus per
feci.iii reg.viii. admirari non ceſſans , ꝙ omniũ anti-
quorũ ſapientia perquiſita.Eccleſiaſtici.xxxix.hanc qõ
nẽ iam vſitatã per aliquẽ iu.doctorẽ tactã inuenire nõ
potui,ſed quia vbi viget ſtudiũ,ibi lucet veritas iuxta il-
lud Exod. x. Vbicunque habitabant filii Iſrael, ibi lux
erat.Quod minus bene dixiſſem,patrum & ſociorum
eius ſtudij correctioni ſubmitto , vt iuxta quod legitur
Eccleſiaſtic.xxxiiij. qui plura dicit,intellectum eneruа-
bit.Ioan.Andr.

S V M M A R V I M.

1 *Conditio pro impleta habetur perinde ac ſi impleta foret, ſi ſteterit per eum,cuius intererat eam adimpleri.*

2 *Prælatus regularis vel ſecularis non epiſcopus ,exemptus tamen, petita ſed non obtenta licentia Papæ , vel legati de latere,an poßit ſanctioris vitæ religionem profiteri. aut ſi ſit religioſus, ſtrictiorem aſſumere. & nu.4.6.8.9.& 11.*

3 *Papę circa religiones facultas & poteſtas .*

5 *Papam ex delicto notare non licet.*

7 *Monacus abbati magis,an Papæ potius ſit adſtrictus & ſubditus, Et an ipſe poßit ſine dicti abbatis licentia in arctiorem religionem tranſire. Et quid de ſeruo.*

Quid de pubere in patris poteſtate.

10 *Religionis profeßio an poßit fieri in manibus cuiuſcunque,vel ſo-*

lum

lum illius, qui ordini poſſit incorporare. & nu. 12.
11 *Lex priuata ſpecialis ſuperat omnem. aliam legem communem & priuatam.*

REGVLA LXVI.

CVm non ſtat per eum.

Prima gl. dicit, vnde ſumpta fuit, & ponit
exẽpla. ſecũdo no. tria. Tertio obiicit & ſol-
uit ...nguendo. In gloſſa prima ibi[*in iure ciuili*]ſequi-
1 tur. receptũ eſt, quoties per eũ, cuius † intereſt conditio-
nẽ non impleri, ſtat quo minus impleatur, per inde ha
bet, ac ſi impleta conditio fuiſſet, quod & ad libertatẽ,
& legata, & hæredis inſtitutiones producuntur, quibus
exẽplis ſtipulationes quoque cõmittuntur, cum per pro
miſſorẽ, quo minus ſtipulator cõditioni pareret. & ibi
[*iure ciuili*]ibi ad literam regula ſupra poſita, & ibi[*cum
pupillus*]ſequitur. aut tutor eius ↄditionẽ in pupilli pſo-
na collatam impedit, tam legati, quã libertatis iure cõi
ↄditio eſſe impleta videbitur. & ibi[*lege tertia*]quæ ſic ia
cet. ſi ita hæres inſtitutus ſim, ſi decẽ dedero. & accipere
noluerit, cui dare iuſſus ſum, pro impleta conditio ha-
betur. & ibi[*Cum quid*]in mutuo dicitur, tacite agitur, vt
ęque bonũ reddatur. & ibi[*quibus diebus*] hi dies, quibus
me prohibuit ire via publica, cum ire vellẽ, vt conditio
ni pererẽ, non imputatur tẽpus conditionis implendę.
& ibi[*vienia*]in prin. ſi teſtator legauit tibi. x. aureos an-
nuos, ſi adminiſtraueris res hęredis, & hæres te prohi-
bet ſine tua culpa, legatum debetur. & ibi[*annua*]annuũ
legatũ liberis factũ, ſi cum matre morentur, debetur ea
mortua. & ibi [*illis libertis*] legatũ alimentorũ nomine
factũ liberis, ſi cũ filio teſtatoris morentur, illo mortuo
ab ipſius hærede debetur. niſi pro vtilitate filii teſtatorẽ
id feciſſe appareat. & idem dicit lex. i. quæ ſequitur. ¶ In
gl. 1. ibi[*Abrahę*]Gen. xxii. & ibi [*pro impleto*] vt hic. & ſic
patet, ꝙ iſta per illa non eſt ſuperflua. Dy. tamen dicit il
lã loqui, quando impeditur per caſum. illã vero, quan-
do impeditur per eũ, cuius intereſt conditionẽ non im
pleri. & in fi. idem Dy. & vide ẽt plenius. C. de inſti. &
ſub. l. j. Io. An.

QVAESTIO.

Hæc regula adduci poteſt ad qõnẽ, quã diſputaui de
prælato exempto, non epiſcopo, per quem nõ ſtat quo
minus habeat papæ vel legati licentiã de tranſeundo
ad religionem, quæ quæſtio talis eſt Quæritur an pręla
2 tus † regularis, vel ſęcularis nõ epiſcopus, tamẽ exẽptus,
petita ſed non obtenta licentia papæ, vel Legati de late
re poſſit ſanctioris vitæ profiteri religionẽ. vel tamen ſi
religioſus eſt profiteri ſtrictiorẽ? Et primo ad negatiuã
inducuntur. vj. diffinitiones & coniunctim. Secundo to
tidẽ ad affirmatiuã. in pręmiſſis quatuor euidentibus da
tur ſolutio diſtinguens, & ad cõtraria reſpondetur. Pro-
bo igitur primò, ꝙ non poſſit, per dec. licet. de regu. uet.
illa ſemper. ſicut enim epiſcopus ſine papæ licentia hoc
non poſſet, ſic nec exẽptus, ex quo pręlatus eſt. cũ ratio,
quã ibi reddit textus de præponendis labore, ſollicitudi
ne, & doctrina, quieti, cõtẽplationi, & ſilentio, cũ locũ
habeat ĩ inferiori prælato, ergo eadẽ erat prohibitio per
iura vulgaria. de tranſla. c. ij. cũ ſuis concor. pro eo maxi
me, quia iura parificant regulares eccleſias cathedrali-
bus. de elect, ne. pro defectu. eo. ti. c. cupientes. & c. ſi poſt
qũã. & extrauag. Boniſa. quę incipit, iniunctę. & exem-
ptis epiſcopis. de poe. & re. c. fi. & præ aliis honorant exẽ
ptos. ſupra eo. lib. de priuil. vt apoſtolicæ. qui ſentit ↄmo
dũ, ergo onus, eo. ti. qui ſentit. & quæ ſimilia, cum priui-
legia ſuſcipiunt, ſimile, ſentiant onus & c. de ſta. mona.
recolentes. nec valet, ſi dicat, ꝙ illud, quod de epiſcopo
dicitur, ſit ſpeciale propter epiſcopalẽ ordinẽ. tollitur. n.
per decr. j. & ij. de tranſla. ¶ Secundo ſic probo, regulari-
ter non ſufficit licentiam petere, imo neceſſe eſt illã ob
tinere. patet de pœnit. omnis. de elec. ſi abbatem. & c. ſi
religioſus. de tem. or. c. fin. de conceſ præ. c. vno. ſupra
eo. li. & bene facit dec. authoritate. de priui. ſ. e. li. ſicut
enim locus exẽptus eccleſiaſticus vel religioſus fieri nõ
põt, etiã per exẽptos ſine petita & obtenta licentia papæ,
vt ibi, ſic videtur de perſona exẽpta dicendũ, imo quod
ſ. dixi regulare, videtur eſſe infallibile. Nam cũ inuito
minori prælato, quo quis tranſit ad religionem, facit id
authoritate papæ, vt dicit textus. xix. qõ ij. duæ. ad fin. &
ſic non tranſit ſine licentia, verbũ aũt, authoritate no-
ſtra. ibi poſitum, multũ operatur. ad hoc de re. cũ aliqui
bus. ſ. eo. titu. Tertio probo ſic. lex ſpecialis dicitur priua
ra, vt in c. duo ſunt. & in dec. licet. & conſuetudo etiam
ſpecialis loci dicitur ẽt priuata, quod probatur, quia nõ
tollitur per cõem poſteriorẽ. ſ. eod. l. de conſti. c. j. ſed illa
priuata non poteſt hoc inducere, ſ. quod ex conſuetudi-
ne liceat prælatis minoribus exẽptis ſine prælatorũ licẽ
tia prælaturas dimittere. de conſue. cum ven. ergo nec
ille hic poterit. Quarto ſic, ex quo per licentiæ petitionẽ
delatũ eſt negotiũ ad papã, neceſſario eſt expectandũ
ipſius iudiciũ, maxime ne illudatur papa. ij. q. i. nomen.
de poſtul. bonæ. ij. vt lit. pe. eccleſia enim. de of. le. licet. de
elect. li eo. tẽpore. & c. prouida. Quis enim tantæ auda
ciæ, ꝙ principẽ & c. ij. q. vi. anteriorẽ. §. ad hoc. de ap. in
ſinuatione. ad hoc optime, quod de diacono ordinato
per papã dicitur. de tem. or. cũ in diſtribuendis. & not.
de ma. & obe per tuas. Quinto ſic, religio non eſt de ne-
ceſſitate ſalutis. xxij. q. iiij. § fi. ad quod facit. quod nota.
j. q. i. q̃ pio. & quod dixi de ſimonia. dilectus. ij. ſuper. j.
gl. imo videtur expediens non profiteri, dec. relatũ. ne
cleri. vel mona. ꝙ tamen intelligas, vt dixi. Itẽ, & ſi dicas
religionẽ operatiuã ſalutis, per hoc non ſequitur illam
prælaturã dimitti poſſe ſine licentia, quod probatur. de
renun. c. fi. Inſufficiens enim renuntiando prouidet ſa-
luti, quod tamen poteſt non ſine licentia. ad idem de
pœ. & re. c. fi. Ante tẽpora Gregorij non licebat mino-
ribus prælatis ſibi conſortẽ eligere, quod poſtea licuit.
3 Sexto ſic, ſolus † papa religiones approbat. de religio. do
mi. capitu. fin. de voto. capitu. primo ſupra, eod. l. appro-
batas tollit. de reli. c. vno. ſ. eo. li. circa iſtas determinatio
nes facit, & profeſſiones impedit, de reg. quia in inſul. eo.
titu. non ſolũ. li. e. nec puto aliquem dubitare, quin tene
ret papæ conſtitutio, ſi ſtatueret exẽptos ſine ſui licentia
profiteri non poſſe. nam, quod plus eſt, facit ẽt contra
matrimoniũ, conſtitutionẽ, & interdictũ dirimens ma
trimo. ſuper quo vide, quod dixi de deſpon. impub. c. ad
diſſoluendũ. ſuper gl. fi. Si ergo generalẽ conſtitutionẽ
facere poſſet, multo fortius ſpecialẽ prohibitionẽ, quæ
certum prælatũ reſpiciat. cum ergo omnes ſtatus & ap
4 probatio † religionis pẽdeat ex poteſtate papali, per quã
ẽt illas reprobare & tollere poſſet, patet hunc prælatũ ſi
ne ipſius licentia profiteri non poſſe. ¶ Vltra prædicta
ſex, quæ pro hac parte per conſtitutionem ſenarij nu-
meri ſunt inducta, inducitur regula, omnes res. de reg.
5 iur. cum ſuis cõcor. Inducitur † abſurditatis euitatio, qa
ex cõtratio ſequeretur, ꝙ notarẽ papã ex delicto, quod
non licet. xl. di. non vos. ix. q. iij. nemo. cum v. c. ſeq. ideo
enim Inuito inferiori prælato ingreditur quis religionẽ
quia peccat prælatus licentiã non dando. Inducitur ẽt
gl. Ho. quã no. de cle. ex. mi. illud. per Clemẽ. IIII. ſic fuiſ
ſe determinatũ. & ipſe prius hoc, vt dubium relinquens
Interpretationẽ papalẽ magis declinabat in hanc partẽ
gl. illa videre poteris in nouella. in decre. licet. de regul.
6 ſuper ver. prælatũ. † In ↄtriũ, ꝙ poſſit, induco tripliciter p̃
dictã decre. licet. primo. omne id, quod ibi. & 19 q. ij. duæ
de renũ. niſi. §. vera. dicitur de libertate ſpiritus, & quod
legi, vel neceſſitati non ſubit. Secundo; quia ver. ille ſu-
perius alleg. arguendo a contrario, facit pro. ſi enim eſt
in epiſcopo ſpeciale, ergo ipſius contrariũ eſt generale,
vel regulare, iuxta ea, quæ no. de præben. præſenti. §. lo-
ca. item dicit ibi textus in hoc caſu &c. in aliis ergo ſe-
cus, a cõtrario 24 q. ij. ſane. iij. q. iii. ex eo. de regul. cũ vir.
de his, quæ fi. a præ. cum apoſtolica. ĩ fi. facit ad hoc, qđ
no. Io. in c. duę, in gl. fi. & Be. in decre. licet. in gl. ab hac
nec dici poteſt, ꝙ immediata ſubiectio ſit cauſa prohi
bitionis

bitionis factæ de ipſo, ꝙ patet, quia illa locũ habet ẽt
in epiſcopis ſubiectis metropolitanis, ex quo ergo il-
lud non facit immediata ſubiectio, ſed potius epiſco-
palis dignitas. patet de illo caſu ad iſtum, quo digni-
tas deficit, argui non poſſe. fateor tamen, quod prius
dixi, hoc ab ordine non procedere, ſed a dignitate, &
ipſius vinculo, quæ ſunt diuerſa, vt dixi de exceſ.præla-
to.accedẽtibus. Tertio videtur caſus ipſius decret.licet.
nonne ibi datum erat papale priuilegium, quod vel in-
uitis &c. Ex cuius priuilegij vigore illi, quo ad id fungi
videntur vice papali.& cum petita licentia quãuis non
obtenta zelo, de quo ponit quæſtio.potuit ille tranſire.
Infertur ergo, ꝙ ſi id licet inuito ſpecialiter priuilegiato
circa hoc a papa, ergo & inuito papa. Secundo probo, ꝑ
decre. cum vene.de conſue. per quã, ſi non infertur vis
literæ, aperte probantur, ꝙ ſufficit abbati exempto pete
re licentiã .dic tamen vt ibi.lĩ per decre.ſi abbatem.in
fi.de ele.vbi patet, prælatũ minorẽ epiſcopo licet exem-
ptũ eligendũ non poſtulando, imò primæ allegationes
videntur recidere in opi.reprobatã ibi, quæ minores ꝑ-
latos exemptos æquiparabat epiſcopis. Tertio ſicut ex
7 iuribus † immediatæ ſubiectionis non videtur exẽptus,
fortius adſtrictus papæ, quam monachus abbati, ſeruus
domino, filius patri, cõiunx coniugi, iurans, cui iurauit,
vouens vel pœnitens ipſi Deo.de monacho patet.ꝙ ab
bas eius vice Dei eſt ſupra caput ſuum.xviii.q.ii.ſtatui-
mus.de elec.ſi religioſus.ã.eo.li.ſi ergo gerit vices Dei, &
ſi papa eaſdem vices gerendo, ſibi poſſit eſſe par, non ta
men maior, imo quaſi papa gerat generales, iſte ſpecia-
les quo ad monachũ ſuũ, videtur iſte maior illo de offi.
leg.ſtuduiſti, & iuxta ea quæ ſcripſi de ex.præ.dilectus.ip
ſe ẽt monachus non habet velle, vel nolle. de ſepul.c.ſi.
xij.q.i.no dicatis.ſi igitur inuito abbate monachus trã
ſit fortius exemptus inuito papa, ſeruus ẽt nõ eſt de ne-
ceſſitate, quod habeat licentiã domini.cũ ꝓfitetur, imò
ſufficit taciturnitas.liiij. diſt.ſi ſeruus ſeruo.ſufficit ergo
& huic licentiæ petitio, & papæ taciturnitas, pubes ẽt in
poteſtate patris exiſtens profitetur inuito patre.xx.q. ii.
c.fi.de reg.cum virũ. coniunx aũt copulam profitetur
inuito coniuge.de conuer.coniu.verum. & c.ex publi-
co.& poſt copulã ẽt in caſu.de conuer. coniuga.c. fi.&
in alio caſu.eo.tit.conſtitutus. & c.veniens. & ſic patet
per vinculum coniugij profeſſionẽ non impediri, ergo
nec per vinculum ſubiectionis papalis, iuramẽti etiam
vinculum, puta illius, qui iurauit regimen. ſcripturam
libri, vel aliquod ſeruitium non impedit profeſſio-
nem.ſecundum ea, quæ no. ſi.diſtinct. Præterea, & dixi,
de obl.ad ra.c.vno. vinculũ etiam voti vel pœnitentiæ
peragendæ illã nõ impedit.de voto.ſcripturæ.& de pœ.
8 di.i.§.his authoritatib⁹, ſi ergo prædicta vincula nõ ſim
pediunt, ergo nec papalis, & immediata ſubiectio, quo-
minus papa inuito, vel ſaltẽ tacente poſſit exemptus ꝓ-
fiteri. Quarto probatur ſic. Certũ eſt, ꝙ in hoc caſu nil
deperit papæ, ille enim vtroque caſu ipſius ſubditus re-
manet. Sufficiat ergo papam hoc ſcire & tacere, facit
quod no.io.vij.q.j.placuit.i.& dixi ſm Vinc. & Tan. de
renun.admonet.facit de his, quæ ſi.a præ. cum apoſtoli-
ca.& quod ibi no.maxime, quia regulare eſt, ꝙ taciturn-
nitas in meritoriis habetur pro conſenſu, vt no. e.li. &
eo.ti.qui tacet. imo ex quo de præiudicio papæ non agi
tur, videtur hic fieri poſſe ipſo ignorante. ſupra eo.li.de
præben.dudum.ad fi. Quinto ſic quod quiſque iur.&c.
patere legẽ &c. in prin. decretorũ, de conſti. cum om-
nes.ſed lex can. quæ dicit, inuitis prælatis ipſorũ ſubditos
profiteri poſſe. Aut eſt iniqua, ꝙ nefas eſt dicere.l.di.pō-
deret.xxiiii.q.v.quid ergo.de renun.niſi. §. verũ, Aut eſt
æqua.quod ergo æquum papa putauit in aliis, fortius in
ſeipſo.ix.di.iuſtum.Pal. eſt, item video, ꝙ papa maxime
pro ſui ſalute renunciare poteſt papatui.ſupra e.li.de re
nun.c.i.ſine alterius licentia, cum ſuperiorem non ha-
beat.vbi ergo papa deficit, quia licentiam denegat, cum
nõ ſit ſuperior, ad quem recurri poſſit, ſua authoritate

renunciatis exemptus. Sexto ſic, nõ debet eſſe deterior
conditio exẽptorũ, q̃ excõicatorum.de priuile.quanto.
ſed excõicatio non impedit vinculum profeſſionis. er-
go nec exemptio, de eo, qui fur.ord.re.c.fi.de ſen. ex. cũ
illorum. & ſicut quãdoque ex cauſa defertur exemptis
adminiſtratio. de elect. nihil eſt, ſic ob cauſam ſalutis
defertur adminiſtrationis dimiſſio.ad hoc xij. q.i.præ-
conſtat.in j.gl.& ibi[*Celſus*]ſi arbiter mandat dari calen-
dis,duo ſunt mandata.& ibi l.ij.in fine.domino nolen-
te recipere pretium emphyteuſis,emphyteuta illud,aſſi
gnatione præmiſſa, deponit. & ibi [*ea tamen adiectio*]
ſi dicat teſtator. Lego vxori argentum & veſtem, quæ
ipſius

pſius cauſa parata ſunt, vnum eſt legatum, non ſecus, ſi dicat, quam ipſius &c. ¶ in i. gl. ibi. [*l. commiſſoria*] alias incipit. ſi fundus lege commiſſoria, & ibi [*non debet*] Vide, quod dixi in præ. dec. quia ſuper. gl. ſic patet, & quod dicam poſt Dy. j. e. quod ob gratiam.

QVAESTIO.

Hæc regula inducitur pro & contra diaconum non promotum ad ſacerdotium intra annum, cuius caſus ſic proponebatur in ſecunda quæſtione, quam poſt doctoratū diſputaui. Diaconus promotus ad eccleſiam parrochialem, quæ vltimo Septembris, quo eſt feſtum beati Hieronimi, habuit pacificam poſſeſſionem eccleſiæ, neglexit vſq; ad quatuor tempora Septēbris ꝓmoueri ad ſacerdotium, in ſabbato quatuor temporū illius menſis nullo modo potuit promoueri. quæritur, an finito illo menſe, & conſequenter anno, ſit priuatus per conſtitutionem. licet cañ. ſ. eo. li. de elec. Eadē quæſtio formari poteſt in diſpenſato ad ſeptennium. qui infra annū debeat fieri ſubdiaconus. per dec. cum ex eo. in fi. e. ti. vbi de hoc ſcripſi poſt Archi. regula inducitur cōtra eum per contrarium, quia per ipſum ſtetit in v. ſabbatis, quibus potuit ordinari. Pro ipſo inducitur ꝙ non ſtetit per eū in vi. & vltimo ſabbato, quo ſibi id licebat Et hanc partem proſequendo inducam. vj. rationes. & vnam glo. Secundo in contrariū quatuor. Tertio, ſoluā & contrariis reſpondebo. ¶ Primo ſic. certū eſt, ꝙ iuſtū

1 impedimētū † excuſat a pœna priuationis, vt dicitur in dec. commiſſa. §. i. qui. §. in hoc gloſſat dec. licet. ad idē. eod. tit §. porro & dec. cum ex eo. titu. eo. in fin. & cle. de æta. & quali. vt ii. qui. §. illi vero, de ſta. mo. ne in agro. §. cæterum. & c. accedentes. §. ſtatuimus. & ꝙ duo iur. ſ. §. j. & §. illi vero. notant iuſtum impedimentum, alia tria. ſ. §. porro. §. ſtatuimus. & §. cæterum, notant rationabilem cauſam, & finis decr. cum ex eo, vocat iuſtam cauſam, quodcunque horum ergo includat, caſum noſtrū, ſatis eſt diacono, qui etiam potuit habere cauſam in diffcrendo. bene facit de ele cum ex eo. li. vj. vel voluit prius addiſcere ea quæ ſacerdotes ſcire oportet. xxxviii. di. nulli ſacerdotum, & c. quæ ipſis. ne indignus ordinaretur, vt ibi. & j. q. i. non eſt putanda. in fine, ne pœnā incurreret, de qua. de æta. & quali. c. pe. ¶ Secundo ſic ꝓbo. Certum eſt. ꝙ iſte non potuit dici moroſus ante ſextū ſabbatum, cum dies non interpellaſſet. ff. de rebus cre. l. qđ te. & eſt expreſſ. in præ. dec. commiſſa. in prin. & ex contrario ſequeretur. ꝙ infra annum cogeretur ad ſacerdotiū, in vltimo ſabbato non fuit moroſus ꝑ iuſtum impedimentum, quod euenit, habens enim defenſionē, vel exceptionem legitimam non poteſt dici moroſus, infra eo. non eſt in mora. vbi vide concor. Concludit ergo hunc diaconum immunem a pœna. ¶ Tertio ſic conſtat conſtitutionem, licet canon in hoc membro eſſe pœnalem, cum priuet iur. acquiſito. facit de accu.

2 ſuper his. ſed in pœnis † benigna fit interpretatio, infra eo. in pœnis. cum ſuis concor. & exēplis, propter quæ cum his quæ habentur in regula odia. eo. titu. proſecutionem partis vel argumenti huius omitto. Conſtat ergo. ꝙ etiam ſi caſus eſſet dubius & vno reſpectu dicatur incidiſſe, & alio non, eligere debemus benigniorē partē vt nō inciderit, cum melius ſit de miſericordia. quā de crudelitate reddere rationem. xxvi. q. vii. alligant. & illa ſunt imitatione digniora, quæ ſunt excellentiora pietate. ix. diſt. c. vl. ¶ Quarto. certum eſt. quod illa interpretatio dicit̄ praua, qua receditur a verbis textus, de deci. ad audientiam per quam probatur arguendo a verbis, & ibi concordantiæ in vltima glo. & verba debēt aliquid operari, ſupra eo. l. de priuil. ſi Papa. ſed, vt dixi, in princ. dec. commiſſa. § i. & tres cle. ibi allegatæ dicunt in ſingulari, iuſto impedimento & rationabili cauſa. Eſt ergo clarum arguendo a ſingulari quod vnum impedimentum & vna cauſa ſufficit, quod hic fuit, ergo &c. qui dicit contrarium vult, quod pluribus ſabbatis fuerit impeditus. & ſic mutat ſenſum, & praue interpretat̄, vt prius dixi facit ad hoc, ſupra eo li. de præben. is cui. ¶ Quinto conſtat. quod in mora modici temporis non eſt pericu

3 lum. ff. de iudi. ſi debitori. & lex ipſa dicit modicum † tēpus quatuor menſium, & alia lex. C. de fideinſ. ſancimꝰ dicit, quod ſi fideiuſſor promiſit aliquem præſentare, vel pœnam dare. euadit pœnam, ſi poſt terminum infra ſex menſes illū præſentat. Sed iſte diaconus de menſe ſeptembris ceſſante impedimento poterit ordinari, & ſi poneres caſum in ſabbato quatuor temporū quadrigeſimalium hoc liceret ī quindena, euadet ergo pœnā dato ꝙ illi alias locus eſſet. ¶ Sexto negari non poſſet, quoniam ſi tempus annuale iſti cucurriſſet, ſaltem reſtituendus eſt ad vnum ſabbatum, quo fuit impeditus, de quo vide, quod ſatis no. in cle. de reſti. in integr. ab eccleſia. in vlt. glo. Et de hoc, & ad quæſtionem multum facit quod ſcripſi. de appel. ex ratione. ſuper fi. primæ glo. ij. colum. ver. hoc ēt & ſecundum Inn. & vltra medium. ver. & hoc ſic. vſque ad fi. vbi plene tractatur de anno quanti temporis negligentia noceat appellanti. & quanti temporis impotentia ipſum excuſet. Ad hanc partem facit etiam, quod ſcripſi. de cleri. nō reſi. inter quatuor. in fi. de illo qui ex culpa abſens propter impedimentum ſuperueniens excuſatur. Contra diaconum facit negligentia prioris temporis per contrarium huius regulæ, cum in quinque præcedentibus ſabbatis potuerit & debuerit promoueri. Circa quod aduertendum, ꝙ ante dec. licet canō, rectores parochialium eccleſiarum debebant fieri ſacerdotes, de elect. cum in cunctis. §. inferiora. de æta. & qua. c. j. & debebant fieri. ī. breue tempus. e. ti. præterea. quæ expreſſe de parochiali eccleſia loquitur. Et ſi dicas, quod certa dies ſtatuta nō

4 eſt, hoc placet. nam in omnibus † obligationibus, in quibus dies ſtatuta non eſt, præſenti die debetur. ff. eo. titu. In omnibus ergo ſtatim tenebatur. vnde dec. ſi pro pauperibus. de præben. in fin. ſ. e. li. declarans mentem prædictorum iurium dicit, talem promouendum in proximis quatuor temporibus. retentis ergo terminis in primo ſabbato ordinationum de menſe Septemb. fuit in mora. & demum in ſequētibus quatuor ſabbatis aggrauata fuit mora, & dilatata culpa. Cum ergo lapſo anno non ſit presbyter, eſt locus pœnæ propter talem moram & negligentiam, quam probat lapſus anni de reſ. ſi autem. vbi de hoc in prima gloſſ. & c. plerunque. in gloſ. fina. ¶ Secundo ſic, certum eſt, inordinatum puniri, quia ordinari debebat. Iſta autem obligatio fuit ſtatim poſt adeptam poſſeſſionem quod patet, quia etiam infra annum monitus, ſi non ordinetur priuari poteſt, per præ. §. inferiora. vt nota. in decreta. licet canon. in gl. ante pe. in prin. Recipiendo ergo tale beneficium ſe ſtatim obligauit ad ſacerdotium annexum, & non leuis eſt culpa, delatum ſibi officium retractare. ff. de admi. tut. l. tutores. ſ. de oſti. Arch. ea quæ. cum concor. tenet ergo tractando eccleſiam quaſi viduam quoad illa, quæ ſunt ordinis, ſicut de epiſcopo dicitur e. diſt. c. j. de transla. e. ii. ver. neque. ad periculum parochianorum ſine ſacramentis ſacerdotalibus decedentium eius culpam denotat, & ſibi imputatur. xxvi. q. j presbyter. & c. ſe. imputetur ergo ſibi caſus, ex quo tāta culpa præceſſit. de hoc hic in glo. etiam de hoc regulare, de commo. c. vnō. de depo c. ii ¶ Tertio, certum eſt imputari debere illi. qui ſe arctauit, ſupra de elec. cum in veteri. & ff. ſi quis ca. l. ii. §. ſi qs tamen, vbi imputatur ei qui prius proficiſcendo potuit euitare tempeſtatem vel vim fluminis. & C. de admin. tut. l. ii. vbi imputatur contutoribus, qui tarde ſuſpicionis cauſam mouerunt. & cum tutor factus eſt non ſoluendo. & ff. de dam. inſe. cū poſtu

5 laſſet. vbi ei, qui de damno † infecto agere poterat, imputatur ſi tarde prætorem adiuit, & ædes corruerunt. Item

6 propter temporis † anguſtiam refutatur tardus appellationis ſeruator. C. de tem. ap. l. e, nemo in fin imputetur

ergo ſibi & non caſui ſuperuenienti damnum priuatio
nis,quod ſenſit ex ſua culpa.hoc eo.ti.damnũ quod.cũ
7 concor.¶Quarto imputatur ei qui† non præuidit quod
euenire poterat,de homi.is qui.ſ.e.lib.de ſer.non or.c.j.
& ibi concor.& ff.loc.ſi quis domũ.§.j.dici ergo poteſt
iſti diacono,qđ voluit,quod non potuit.de of.dele.cum
ſuper.C.de in.do.ſi genero.C.ſi quis alte.vel ſibi.l.multũ
intereſt.¶Sol.ſatis placet dictum Arc. notatum vbi.ſ.
in prin. ſ. iſtũ diaconũ non priuatũ,cũ in primis ſabba
tis non fuerit in mora:intellige hoc reſpectu pœnæ, de
qua loquimur. & ſic caſus quem non præceſſit mora,
vel culpa non imputetur,alle.ff.ſi cer.pe.l.lecta.ff. depo-
ſi.l.Lucius.Hoc tamen procedit, quando impedimen-
tũ proueniens in vltimo ſabbato non fuit ex culpa ip-
ſius,vt hic in gl.alias ſecus,vt de æta.& qua.c.j. procedit
autem ſolutio,& fortius quando ex iuſta cauſa a prin-
cipio diſtulit ſacerdotium,vt dixi in prin.partis j.Ad ſo-
lutionẽ bene facit.ff.quis or.in bono.poſſ.l.ij.in prin.vbi
omnes dies,qui dantur ad bonorum poſſeſſionem pe-
tendam ſunt primi,medij,vel vltimi,ſunt vtiles.Bene fa-
cit.ff.qui & a qui. ma.l.Iulianus,qui dicit, caſus aduen-
titios computandos non eſſe.& vide in ſuſtra.de homi.
c.ſi.ſuper vlti.gl.nec placet,quod quidam dicunt, tem-
pus currere,& cum pœnam incurriſſe, ſed reſtituendũ
eſſe, vt tangebam in vltimo argumento primæ partis:
quia ſi dicis eum habere iuſtam cauſam reſtitutionis,il
la eadem cauſa eſt ſufficiens ad euitandam pœnam, vt
in princ.probatum eſt per textus plurium iurium.dico
autem,quod in proximo ſabbato tenebitur promoueri
& de hoc in prin. gl. Ad primum ꝯrium & ſecundum
dico,ꝙ ſi concedatur,quod dilatio recipiendi ſacerdo-
tium poterit inducere culpam & moram & læſionem
cõſcientiæ, non tamen induceret moram vel culpam
quoad pœnam, de qua loquimur, in qua oportet inte-
grum annum cedere:etiam ſi ſit certum eum promo-
ueri non poſſe,vt in dec.commiſſa.j.tñ. Ad tertium &
8 quartum reſpondetur, ꝙ ille non dicitur ſe † arctare in
veniendo,qui iter arripuit eo tempore, quo plerique il-
lius conditionis homines ſolent peruenire. ff. de verb.
9 ob.continuus.§.ij.nec obligatus† ad operam , qui ince-
pit eo tempore,quo perfici poterat ſecundum operam
diligentis ædificatoris,vt eo.lib.§.item qui inſulam. Cũ
ergo veriſimiliter ſecundum morem aliorum ordinan
dorum iſte diaconus infra tempus ordinari poſſet, &
ſic ſe poſſe ſperaret.non debet dici ſe arctaſſe , cum con
gruum & ſibi ſufficiens tempus haberet : & licet quis
præuidere teneatur interdum,quod poteſt accidere,nõ
tamen tenetur diuinare, vti dixi poſt Hoſt.de ſer. non
ordi.c.j.ſuper glo.ſi.

S V M M A R I V M.

1 *Conditiones ſi plures coniunctim additæ ſint hæredi, diſiunctim*
omnes ſunt implendæ.
2 *Copulatiuarum,diſiunctiuarum,& ſolutarum natura quæ.*
3 *Orationis ſolutæ quæ ſit vis.*
4 *Probans obſcure,pro non probante habetur.*
5 *Alternatiue eligens pro non eligente habetur.*
6 *Appellanti,quod nulli obeſt,& ſibi prodeſt,concedendum eſt.*
7 *Appellationis extraiu.interpo.& proſequendę a iure an ſtatutus*
ſit terminus.
8 *Inutile adiectum non vitiat vtile.*

REGVLA LXX.

IN alternatiuis. Intellige de alternatiuis affir
matiuis.In negatiuis.n.requiritur,ꝙ neutrũ
fiat.ff.de ver.ob.ſi quis ita.in ſi.ſm Dy. decla-
ro:quia ſicut affirmatiua vult alterum fieri,ita negatiua
vult alterum non fieri.& ſic neutrũ fieri.& ſufficit, vt di
cebat Dy.duæ ſunt rę de alternatiua loquentes.prima
reſpicit electionẽ cuius ſit, ſecũda obligationis effectũ.
Ad primam allegat.ff. de eo quod cer.loc. non vtique.
§.qui Stichũ.Ad ſecundã,ff.de con. & de.le.cũ pupillus.
§.i.l.& de verb.ob.ſi ita qs ſtipuler.¶Prima glo.dicit vñ
ſumpta & ponit exẽpla.Scđo ſubit de alternatiuis ordi-
nis.Tertio ſignat cõtrariũ,ſoluit,& remittit.¶In gl.j ibi
1 [*ſi hæredi plures*]ſi plures† conditiones coniunctim adie
ctæ ſunt hæredi, omnes implendę ſunt, ſi diſiunctim,
ſufficit altera,vt ibi,§.ſi generali.vide ſ.e.ꝯ cũ.& ibi[*man
cipiorum*]loquitur qñ is, cui legata fuerat optio ſeruorũ,
nõ elegit. ĩ.terminũ datum a prætore.¶In j.gl.ibi [*man-
dato.*]in fi.& hoc e.ti inſpicimus.ibi dixi.& in fi.Item ꝯ.
ff.de le.ii.l.Lucio Titio.ſolutio quod ibi no.hic Dy. no.
ſ.ꝙ regula locum habet in ꝯctibus.Item in legatis, cum
verba diriguntur ad hæredem,ſi vero ad legatarium,vel
ſimpliciter proferuntur,eſt electio legatarij , vt ibi.tra-
2 ctat ẽt hic de orationibus† copulatiuis, diſiunctiuis &
ſolutis.primæ habent copulam,ſecundę diſiunctiuam
tertiæ neutrum.natura copulatiuæ requirit vtrunq;, di-
ſiunctiuæ vero alterum tantum, concordantiæ ſunt in
gl.ſoluta vero ex mente pronunciantis,ſi certa eſt, ali-
quando æquipollet copulatiuæ, aliqñ diſiunctiuæ.ff.de
ver.ſi.alienationis.§ fi.ſi de mente non apparet, accipit̃
ꝑ copulatiua.ff.de ver.ob.triplici.§.videamus.ſed textus
regulæ ciuilis,quam in prin.ponit glo.facit ꝯ: ſed Dy. di
cit,ꝙ §.videamus.conſiderauit dubium ſignificationis
ſolutæ: in regula illa conſiderauit effectum,ꝙ in obſcu
ris ſequitur minimũ.ſ.e.in obſcuris.Soluta ergo eſt per
ſe ſpecies orationis,diſtincta a cõiunctiua & diſiuncti-
ua,& tripliciter ſignificat : ſed non habet ab illis diuer-
ſum ſignificatum,vel certum effectum:ſed aut requirit
3 vtrunque,vt cõiuncta.Habet ergo† oratio ſoluta diſtin
ctam & propriam ſpeciem ſignificandi: ſed non tertiũ
diſtinctum effectum ſignificati.

QVAESTIO.

Huic regulæ coadaptatur quæſtio, quam diſputaui
poſt Io.de Deo lib.j.q.xviii.quam ſic proponebam,quę
ritur,an valeat ap.alternatiua interpoſita.ſ.ad archiepm
vel papã.Inducam aũt ad negatiuam quatuor, ad diffi-
nitiuam totidem.tertio pręmiſ. duabus opinionib. ſol-
uam diſtinguendo, & ꝯrijs rñdebo. Et vr̃ ꝙ non valeat,
quia in iudicialibus actibus paria ſunt non facere,& ob
4 ſcure † probans pro non probante habetur.ff.de proba.
in præſentia.ergo &c.facit.ff.de confeſ.certũ.& de inter.
5 act.de ęta.§.nihil.¶Secundo,alternatiua † intantũ fuit
improbata, ꝙ eligens alternatiue habetur pro non eli-
gente,de elect.c.ſi.in electionibus.Idem.ſ. cũ ſeruus duo
rum ſtipulatur illi aut illi,vel ſtipulat̃ illi.10.aut illi fun-
dum.ff.de ſti.ſer.l.item ſi ſeruus.in fi.cũ.l.ſeq. & ſniæ in-
certę non valent ij.q.vi.§.dñia.ff.de re iud.In ſumma. &
imputandũ eſt ei,qui non declarauit.e.ti.ꝯ eum.nec cũ
alterius dãno vagari licet.de reſcri.c.vlt.¶Tertio ſic pro
batur,conſtat,ꝙ delegatus debet eſſe certus. de reſcri.ad
hoc.ſic arbiter de arbi.innotuit.& tutor.ff.de teſta.tu.tu
tor incertus.ſic ergo & certus debet eſſe iudex,ad quem
appellatur.ij.qõ.vj.§.poſt datam.& c.pp.& c.ab eo.& §.
forma.vbi ſatis innuitur,ꝙ ad vnum certum & non ad
plures eſt appellandum:alias nec certi apoſtoli dari poſ.
ſunt,nec etiam ad ſe pręſentandum congrue poſſet ter
minus aſſignari.de quo.ſ.e.perſonas.& c.eũ ſit.¶Quar-
to iura probant,ꝙ vitiat incertitudo, ꝙ alias valeret.ff.
de teſta.tu.duo ſunt.de manu.teſta. cum ex pluribus.de
reb.du.ſi quis.inſt.de leg.§.legari. nam etiam decretum
papæ non adſtringit ſuper incerto.ſ.eo.li.de con.præ.c.
j.§.ſubiunctũ.in fi.& cle.e.ti.c.j.facit de cle.vt quis duas.
e.lib.& quia ĩ.decẽ dies non elegit,poſtea non audietur.
ff.rem ra.ha.l.bonorũ.¶Contra,ꝙ valeat appellatio,ar.
ff.de iud.ſi quis intentione.vnde accipietur,quod ſit vti-
lius ſibi,vt poſſet eligere,& Interpretari debemus , vt res
valeat,& non pereat.ff.de re.du.quoties.¶Secũdo indu-
citur lex.ſi ita.ff.de ꝯhen.empt. vbi patet, ꝙ admittitur
alternatiua in re vendita,cũ.ſ.vendo illã, aut illã rẽ. vide
ſ.e.ꝯ eum, poſt prin.gl.ſic ergo. & in appellatione.nam
6 † concedendum eſt appellanti,quod nulli obeſt, & ſibi
prodeſt.ff.de euic.l.in creditore.¶Tertio petitio incerta
admittit,dũ tñ certificetur.ff.de rei ven. quæ de tota. §.

incertę.

incerta.& alternatiuus libellus admittitur.de in inte.re-
ſti.conſtitutus,appellatio antem dicitur libellus.ii.q. vi.
ſi quis libellos.¶Quarto videtur,ꝙ app.teneat,& ꝙ tali-
ter appellans teneatur adire papam.de ap.ſi duos.ꝙ ta-
men debeat adire nominatim prius,eſt arg.de præben.
mandato.de elect.c. pen.ver.vel ſi.Sol.Io.de Deo dicit,
quod refert, vtrum appellet poſt ſententiam, & tunc
non tenet appellatio, ſi non eſt recepta a iudice, vel a
parte:quia ſi non probat ſententiam iniuſtam,rata ma
net.ii.q.vi.c.ei qui. extra,de ap.ſæpe.ſi autem recepta ſit
tunc non eſt quæſt.ſiue ante ſententiam,ſiue poſt: ta-
men ante ſententiam non debuiſſet recipi. extra de ap.
vt debitus.hæc ſolutio non ſubintrat dubium.G.Na.de
ap.conſuluit.ij.tenuit talem ap iudicialem non tenere:
quia apoſtoli debent eſſe certi,& determinati.ij.q. vj.§.
forma. In extraiudiciali putatur contrarium, cum illa
ſit prouocatio ad cauſam.de ap.cum ſit. mihi videtur,
ꝙ talis ap.teneat de iur.ciuili,cum non relinquat appel
latum incertum.Ratio:quia ad imperatorem non ap-
pellatur omiſſo medio.ff.de appellatio.l.imperatores. &
ita ad proximum videtur appellaſſe,argumen.ff. de ſti-
pula.ſeruo.nam cum vterque.& l.præce.ff. de ſolutio.
quę res.§.ſi ſeruus.ff.de fideiuſſo.ſi fideiuſſor.in princip.
ſed quia de iure canonico appellare poteſt ad papam
omiſſo medio, dicerem non tenere,niſi probabilis du-
bitationis cauſa ductus ſit, ſicut alternatim appellare,
ar.ſ̃.eo.lib.de poſtu.c.j.ff.quorum leg.l.j.§.qui autem.Et
pone exemplum.ſ̃.eo.lib.de offic.delega.ſi is cui.vbi de
hoc in gl.no.quia & prædicta vera, niſi alterum eorum
eligat infra illud tempus,infra quod poterat appellare,
vt ibi no.Fateor,ꝙ ſpeculator fouet cõtrarium, in Spe.
de ap.§.nunc tractemus.ver. ſed pone aliquis.& verſic.
quid.& de hoc per Arch.ij.q.vj.§. poſt datam. & §.illo
videlicet. Ad contraria reſpondet,ꝙ loquitur,cum nul-
lus terminus eſt ſtatutus:& nullum diſcrimen aduerſa
7 rii verſatur.Conſtat autem †ꝙ extraiudiciali ap.interpo
nendæ ac etiam proſequendæ ſtatutus eſt terminus a
lur.patet primum.ſ̃.eodem lib.de appellatio.concerta-
tioni.ſecundum in clemen.eodem.titu.ſicut in vtraq;.
Igitur niſi infra terminum qui debuit appellare certifi-
cet alterum eligendo,videatur non appellaſſe. Ex prædi
ctis patet,quod ſi ab archidiacono appelletur ad epiſco
pum,vel archiepiſcopum, valeat appellatio ad epiſco-
pum,cum ad archiepiſcopũ non potuerit appellari: &
8 regulariter inutile †adiectum non vitiat vtile.eodem.ti.
vtile.ſecus ſi conſuetudo haberet ad eum appellari poſ
ſe.ſupra eodem libro, de appellationibus. Romana.ſe-
cundo reſponſo. Idem dico de quatuor principalibus
patriarchis, ſi vera eſſet opinio, quod ad ipſos poſſet,
omiſſis medijs, appellari. Super quo vide,quod dixi de
priui.antiqua in fine.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſario quæ ſumpta ſunt,non debẽt in argumentum trahi, & num.11.*
2 *Miſericordię opera omnibus omnium ordinum hominibus neceſſaria.*
3 *Neceſſitas illicita,licita reddit.*
4 *Neceſſitas a periurio,& a furto excuſat,& ab homicidio.*
5 *Monacho an liceat poſtulare in iudicio. & numero 8. & numero 12.*
6 *Monacho an liceat procurare in cauſis agendis.*
7 *Monacho quę competant proprie.*
8 *Monachi & clerici pro patrocinijs ſalaria exigentes degradari debent.*
10 *Vſuras exercere non licet etiam pro redimendis captiuis.*
11 *Argumentari licet non ab ijs, quæ neceſſitate contra iuris prohibitionem ſunt conceſſa.*

REGVLA LXXVIII.

IN argumentum. Io. mon. di
cit ponen-
dum caſum per c.ſicut Deus. diſt. j.& per. c.
quanto.ſ̃.de conſuetudine.¶Prima gl. dicit
vnde ſumpta. & ponit exempla, interſerens ſolutionẽ
ſuperfluitatis.ſecundo no.ex regula generale, quod de-
1 terminatur.¶In gl.j.ibi,quæ propter neceſſitatem † re-
cepta ſunt non debent in argumentum trahi.¶In j. gl.
ibi[*alias non liceret.*]hoc ideo:quia ibi eſt prohibitio.di-
cit enim litera legis ſecundę, id licere in hoc tantum-
modo caſu, alias vbi non eſſet in contrarium prohibi-
tio expreſſa,vel quæ æquipolleat expreſſę id, qđ propter
neceſſitatem conceſſum eſt,propter eandem vel maio
rem neceſſitatem bene poſſet in argumentum trahi.
Nam quæ conueniunt in identitate rationis, per conſti
tutionem iur.ſeparari non debent,vt ff. de fonte. l. vna.
§.hoc interdictum.& de iniuſ. teſta.l. poſthumi. & per
hunc modum dicit concordari gloſ. l. ſecundæ ad
glo. l. quæ propter. ff. eodem titulo. cui videtur con-
traria.

QVAESTIO.

Hęc regula ſatis ſoluit quęſtionem,quam diſputauit
dominus meus dominus Marſilius, quia quærebat, an
bonus aduocatus in vtroque iure,& monachus mona
ſterij multum ære alieno grauati de mandato vel licen
tia abbatis poſſet poſtulare in vtroque foro, vt de lucro
eius monaſterium releuetur a debitis. Ad affirmatiuã
inducuntur v.rationes.& duæ glo.ſecundo ad negatiuã
tres rationes.Vltimo datur ſolutio contrarij:& rñdet.
¶Quod ergo poſſit,videtur:quia licet monachi prohi-
beantur poſtulare.xvi.q.j.de præſentium.ab hac tamen
prohibitione excipitur vtilitas monaſterij cum impe-
rio abbatis.xvj.q.j.monachi.ij.ſ̃.de poſt.c.ij.ſed in termi
nis quęſtionis vtrinque concurrit vtilitas monaſterij &
abbatis imperium,ergo poſtulare licebit.¶Secundo,cũ
reſeruare monaſterium ab onere debitorum ſit pium
opus & appetibile.vnde propter id, ſicut & pro redem-
ptione captiuorum, permittuntur ipſius monaſterij
mobilia & immobilia diſtrahi.x.q.ij.hoc ius porrectũ.
2 & opera† miſericordiæ communia ſunt, & neceſſaria
omni ſtatui,omnibus officijs.& omnibus ætatibus.86.
di.non ſatis.ante fi.ergo videtur non ſolum poſſe,ſed ẽt
teneri ad id.fortificatur autem hoc dec.ii.de teſt.j. rñ ſ̃.
e.lib.vbi executio vltimæ volũtatis:quia pium eſt opus
de licentia ſui prælati religioſo permittitur.¶Tertio cõ
3 ſtat,quod alias† illicitum pp neceſſitatem ſit licitum.de
con.di.j.ſicut.& di.v.diſcipulos.de conſue.quanto.de ob
ſer.ieiu.conſilium.ſ̃.e.ti.ꝙ non eſt.ff. ad l.Rhod.de iac.l.
ij.§.cum in eadem.Hinc eſt, ꝙ neceſſitas excuſat a per-
4 iurio† de iureiu.querelam.cum concor. & a furto.ſ̃. de
fur.ſi quis.& ab homicidio,vt patet in cle.de homici.ſi
5 furioſus.in fi.ergo pp neceſſitatem † monaſterij licebat
hoc monacho.¶Quarto inducitur rña hoc e.ti.qui ſen
tit.cum concor.Cum.n.monaſterium ſentiat onus ali
mentorum iſtius,& forſan iſte neſcit operari,decẽs eſt,
vt ex ipſius opera aliquod ꝯmodum perciperet.¶Quin
to inducitur,ꝙ vbi abbas mandat,monachus parere te
netur.de tem.or.ad aures.de offi.ordi.quanto. nec debet
monachus de ſul maioris ſñia iudicare,cuius officij eſt
obedire & implere,quæ iuſſa ſunt.vt dicit Hier.ad Ruſti
cũ.vide in Hier.& eius imperio ſubeſt vice Dei,nec hẽt
velle.xii.q.j.non dicatis.ſ̃.c.lib.de ele.ſi religioſus. in pri.
& de ſepul.c.fi.pareat ergo.¶ Sexto ad hanc partem in
ducũtur,quæ ſcripſi poſt Inn.& Ho.de iud.cum I. & A.
in gl.no.per hoc,ver.tu vero dicas.vſque ad fi.vbi tenet,
6 ꝙ ẽt ꝓ amico mon.põt monachus † de abbatis ſñia eſ-
ſe ꝓcu.& opi.q̃ hẽt, ꝙ ꝑ miſerabilib.poſtulare põt, quã
ſcripſi.ſ̃.de poſt.c.ij.ſup j.gl.¶In ꝯriũ inducitur.ꝑd. c.de
7 pñiũ.xvj.q.j.vbi dñr mona.ꝯpetere† quies,oratio, & la-
bor manuũ,qbus ꝯ̃tria ſunt cãrũ ſtrepitus,& publica li-
tigia,cui optime ꝯuenit, qđ no.in cle. de ſta.mo.ne in
agro.§.qa vero.in gl.q̃ inci.de of.or.¶Scdo:qa ſi ꝓhibẽ
8 tur† leges audiri, multofortius in foro ciuili poſtulare.
patet primũ,ne cler.vel mo.ne in agro.& c.ſuper ſpec.
Eſt enim eis opprobrioſum,ſi velint videri periti ſecula

rium negotiorum. C. de epi. & cle. repetita. de teſt. coſul
ta. & hac de cauſa ſuadetur eis, ꝙ pro negotijs monaſte
rij conſtituant ſindicum. de ſin. c. vno. ¶ Tertio multũ
9 facit can. xv. q. ii. c. vno. vbi non ſolum † monachi ſed &
clerici pro patrociniis ſalaria exigentes, ſicut vſurarum
exactores degradari iubentur. ſi ergo lucrum, de quo q̃-
ritur, in eis illicitum eſt, nulla dubitatio, ꝙ officium pro
tali lucro exercere non poterunt: ſicut nec licet exerce
10 re vſuras † pro redimenda vita capti. de vſur. ſuper eo. &
faciunt ibi concordantiæ. j. gl. & no. ne cle. vel mon. ne
11 in agro. ¶ So. dixit † per vlt. alle. monachũ, de quo quæ-
ritur, poſtulare non poſſe. Coadiuuando ꝯdicatur, quod
bene facit hæc regula. per quam patet, quod ſi contra
prohibitionem iur. aliquid de neceſſitate conceditur,
de illo non licet arguere ad caſus etiam vbi vigeret ſi
milis ratio, vt hic in regula, quæ a iur. illa enim argumẽ
tatio conueniret his, quæ conſonant iuri communi.
vt ibi ſcripſi. bene probatur hoc dictum, ſupra eodem.
libro. de regu. conſtitutionem. j. rñ. vt ibi no. in vlt. glo.
& de pœn. Romana. de hære. ſtatutum enim. in fi. i. rñ.
Reſtat ergo, ꝙ cum prohibitio, de qua loquimur, ſit ge
neralis, & habeat caſum exceptum, & ad alios caſus ex-
ceptio extendenda non eſt, nec eſt verum, ꝙ exceptio
includat caſum, de quo loquimur, ꝙ intelligitur de vti
12 litate † directa ex cã i qua patrocinãtur, puta pro ꝯſeruã
da libertate mon. vel aliis rebus in iudicio defendendis,
vel recuperandis. vnde. c. monachi eum. xvi. qõ. j. non
ſimpliciter dixit, monaſteri poſcat vtilitas, ſed dixit ex-
poſcat, quaſi deſiderat, ꝙ directe poſcat. Conſtat autem,
ꝙ cauſæ, cui patrocinatur pro lucro ad clientulum, nõ
ad mon. ſpectat vtilitas. & facit de priuil. auctoritate. in
fi. lib. vi. & cle. de deci. c. i. in fi. & per hoc eſt reſponſum
ad allegata primo. Ad allegata: ſecũdo & vltimo reſpõ
detur, quod opera pietatis non fiunt pro terreno lucro,
ſed pro diuina mercede. Conſtat autem, quod mona-
chus pro aliquo temporali lucro clauſtrum exire non
debet. xvi. q. i. placuit. ij. in princi. & monachus de nomi-
nis loquens dicendus eſt inſtitor ea. q. ſi cupis. quod al-
legabatur. Tertio loquitur de directa neceſſitate, qualis
iſta non eſt, cum etiam vltra id, quod facere poteſt, mo
naſterium non teneatur. de ſolu. Odoardus. de reſtitu.
ſpo. olim. ij. ff. de ſolu. nam is. regula. qui ſentit. non obſt.
quia recipiendo illum ad profeſſionem, obligauit ſe ad
alimenta & multa emolumenta licita. ſucceſſionem
legatorum & conſilium mon. ſperare & conſequi po-
teſt, quod allegatur quarto procedit, quando præce-
ptum abbatis non eſt de genere prohibitorum, ſuper
quo vide, quod nota. de tempori. ordinan. ad aures. in
glo. ij. Ioan. An.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile vnum aliud tollit.*
2 *Teſtandi ius iuri naturali & gentium incognitum, introductum eſt per ius ciuile.*
3 *Querela, per quam peruenitur ad hæreditatem peten. ſublata, & ipſa hæredi petitio ſublata videtur.*
4 *Reprobare non licet, quem approbat papa.*
5 *Papæ vni ius tollere, & alteri dare an poſſit.*
6 *Conceſſio per Papam contra ius commune an valeat.*
7 *Conceſſio per Papam contra ius particulare, quando valeat.*
8 *Mandata literarum beneficialium ambitioſa & reſtringenda.*
9 *Obligationum, ſeruitutum, & impedimentorum duorum altero ſublato, remanet alterum.*

REGVLA XVII.

INdultum. Hic tractat Dyn. & in
quæſtionem recludit
caſum decre. paſtoralis. §. de excep. an iudex
ad dilatorias proponendas poſſit ſtatuere
terminum, poſt quem reus non audiatur: quęrit idem
de peremptoriis, de quo ibi ſcripſi ſuper j. gl. ipſe vero te
net, quod cauſa cognita poteſt aſſignari, poſt quem etiã
ante ſñiam non auditur. Poſt hoc quęrit, an legitima,
quæ debetur filio in bonis patris, poſſit auferri, vel mi-
nui per l. municipalem, quod non poſſit, facit hæc regu
la. cum concor. in Auct. de nup. §. ſi non ſor. Item cum
l. municipalis ſit ius ciuile. ff. de iuſt. & iure. l. ius ciuile.
per quod iura ſanguinis diminui non poſſunt. ff. eo. tit.
l. iura. ergo & c. Item ius agnationis non poteſt tolli per
pœnam. ff. de pac. l. ius agnationis. ergo nec per ſtatutũ,
ſi vera eſt gl. C. de decu. ſuper rubrica, per eundem mo-
dum, ar. de l. ſi quando. §. illud. C. de inoffi. teſt. Item de l.
pactum. & l. fi. ff. de pac. per quarum primam probatur,
non valere pactum de pœna minuenda. per ſecundam
probatur, non valere pactum futuræ ſucceſſionis, ergo
nec ſtatutũ. Item cum ius naturale, per quod debetur
legitima, ſit immutabile. ff. de capi. dimi. l. eos. ergo &
ipſum ius conſequẽdi erat immutabile. ¶ Ad contra-
1 rium inducitur: quia conſtat, ꝙ vnum † ius ciuile tollit
aliud. Inſti. de iure na. §. pen. ff. de legi. de quibus. & l. nõ
eſt nouum. ſed quota debita filio taxata eſt iur. ciuili nõ
iur. naturali, quo nil proprium erat, cum iur. gentium
dominia fuerint diſtincta. ff. de iuſti. & iure. l. ex hoc iu-
re. ergo illa taxatio per ius ciuile, ideſt municipale, tolli
poterit. Item cum iur. naturali & gentium fuerit inco-
2 gnitum † ius teſtandi. & per ius ciuile inductum. Inſtitu.
de teſta. poſt prin. Item cum per petitionem hæredi ta-
tis inductam iur. ciuili veniatur ad bona paterna: ff. de
peti. hære. l. j. & iii. ergo iſta per ius ciuile inducta per il-
lud tolli poterunt & ſublata petitione, quæ eſt medium
perueniri non poterit ad extremum: ſicut ſublata que-
3 rela † per quam peruenitur ad hæreditatis petitionẽ, &
ipſa petitio ſublata videtur. C. de inoſ. teſt. ſancimus. §. j.
& ſublato iur. reſtitutionis per quod peruenitur ad re-
ſciſſoriam, & ipſa reſciſſoria ſublata videtur. ff. de act. &
ob. in honoratijs. §. ſi cum reſciſſo. Idem in pignoratitia
ſublato iur. offerendi, per quod peruenitur ad illam. C.
de præſcrip. 30. an. cum notiſſimi. & no. ff. de dam. inſe.
ſi finita §. præterea. & quod dicitur de debito iure natu-
ræ, exponitur ſcilicet iure ciuili, ſtatuto perſuadente na
turali coniunctione, vt allegatur & exponitur. ff. de ver.
ſig. pronuntiatio. §. familiæ. per quę tenet Dy. ꝙ de iuris
rigore legitima diminui poſſit, & auferri per l. munici-
palem. & ſi æquitas ſuadet contrarium, eſt tamen in ge
nere tradita, quare rigor præualet, remittens in hoc ad
id, quod notaui. eo. ti. poſſeſſor. pro hac ſolutione bene
facit de teſta. Ray. ad fi. ¶ Prima glo. ponit exempla, ſe-
cunda opponit de quatuor iuribus & ſoluit diſtin-
guendo & exemplificando. iii. inducit ad quæſtionem.
¶ In j. glo. ibi [*l. ij.*] dicit id quod dec. quod ad conſultatio
nem. ¶ In j. glo. ibi [*commiſſa*] hic intelligo quo ad pœnã
iur. de qua ibi loquitur, hoc dico propter id quod nota
ui eo. ti. licet canon. in glo. antepen. in princip. [*ad appel
landum*] idem hic Dy. per modum quæſtionis, & ibi. [*ho-
minem auferre*] Idem hic Dy. dicebat Io. mo. regulam ꝓ-
cedere, vbi iur. beneficium ſiſtit indulto, nec vltra pro-
cedit. Item nullo extrinſecus operante. dicebat enim ip
ſe Io. mon. hanc regulam fallere, quando duo indulta
prouident in diuerſis: quia tunc priuilegium, quod eſt
potius tenendum. ff. de minori. verum. in fine. ponit ca-
ſum, quando minor contraxit cum filiofa. maiore. præ
ualet enim beneficium ætatis ſenatusconſulto. minus
ergo cedit in his digniori. ff. de indi. l. per minorem. ff.
de albo ſcri. l. j. C. de aduo. di. iudi. reſtituendæ. in fine. §.
de offi. le volentes. de con. ecc. vel alta. quod in dubiis. ad
dec. ſuper quæſtionum. §. ſi vero duo. reſpondet, quod
ibi eſt quid imputari ei, qui recipit ſubdelegationem, ex
cuius mixtura impeditur procedere app. remota. Item
quia ibi minus dignum erat adiutum iur. communi,
quod permittit appellare, ideo vincit dignius quod nõ
adiutũ vinceretur a digniori. fallit etiã regula ſecundũ
cum in concurſu diuerſarum obligationum in eadem
perſona, vt principalis & acceſſoria. quia punitur acceſ-
ſoria. ff. de fideiu. gñaliter. Item fallit in caſibus, quibus
quis priuatur iur. ſuo ſine culpa, de quibus etiam remit
tam. j. eo. ſine culpa.

QVAESTIO

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad qõnē ſatis vtilem, diſputatam
per fratrem Iacobum, quæ ſic proponebatur. Legatus,
cui ſpecialiter papa conceſſit, vt authoritate apoſtol.
poſſet in quolibet monaſterio ſuæ legationis vnum
monachum ponere. Cuidam eadem authoritate con-
ceſſit, vt reciperetur in certo monaſterio & in mona-
chum & in fratrem, quæritur, vtrum annus probatio-
nis monaſterio reſeruetur. In ducentur primū quatuor
rationes ad negatiuam, ſecundo totidem ad contrariū.
tertio dabitur æqua ſolutio concordans contraria. Et
quod nō ſeruetur, probatur, quia legatus gerit vices pa-
pę. de offic. leg. c. j. & c. quod tranſlationem. de præſum.
mandata. maxime in ſpecialiter cōmiſſis, vt hic patet.
de præben. hi qui. ſed ſi papa pro illo ſcripſiſſet, mona-
4 ſterium non habet annum, cum non liceat† reproba-
re, quem papa approbat, imo ſacrilegium dicitur, indi-
gnum reputare, quem princeps elegit. xxvij. q. iiij. §. qui
autem. C. de cri. ſal. l. ij. ergo nec habebit ſcribente lega-
5 to. cum ergo papa † ius vnius tollere poſſit & alteri con-
cedere. xi. q. iij. cūcta. & c. per principalem. & c. nunc ve
ro. & c. conqueſtus. concedendo legato, quod ibi mona
chū ponere poſſit, omnimodam poteſtatem monaſte-
rio abſtuliſſe videtur, cum nil monaſteriis reſeruauerit,
facit de priui. cum olim eſſemus. ¶ Secundo ſic proba-
6 tur, cum papa aliquid † alicui concedit, ſi conceſſio eſt
cōtra ius cōmune, valet, quaſi illud ius tollat quod nō
7 ignorat. C. de teſta. omnium. ſed ſi ſcribit contra † ius
alicuius particulare, quod ignorare poteſt, non valet cō
ceſſio, niſi de illo fiat mentio. de reſcrip. cōſtitutus. vnde
cum exceptio probationis ſit exceptio iur. quam papa
non ignorat, concedendo quod ponat monachum,
illam tollit, etiam ſi id non exprimat. hæc probātur. ŝ.
eo. lib. de conſti. c. j. debebit ergo recipi, nec poterit pro-
uiſionis huius effectus impediri, niſi crimen cum infa-
mia opponeretur, de accuſ. accedens. ¶ Tertio ſic, con-
ſtat, quod monaſteriū ſuo motu ſtatim poſſet aliquē
ad profeſſionem recipere, de regul. ad apoſtolicam. &
ŝ. cod. li. eo. titu. conſtitutionē. fortius hic debet legato li
cere, qui ſuperior eſt. facit de off. leg. dilectus. ŝ. eo. li. de p̄
ben. ſi a ſede. obediant ergo monachi legato, niſi oſten
dāt rationabilem cauſam non parendi. de re. ſi quādo.
rationabiliter oportet, quod ſit de extanti, non de futu
ro. de excep. paſtoralis. de elec. vt circa. & c. procurator.
futura enim ſunt incerta. xxiiii. q. iii. corripiantur. de in-
certis non iu dicta eccleſia. xxii. di. erubeſcāt. ergo ſi nil
extans opponunt, recipere illū tenētur. ¶ Quarto ex cō
trario duo inconueniētia ſequerentur. primū quod ex
voluntate abbatis & monachorū penderet poteſtas le-
gati, imo & papæ conceſſa legato cōtra id, ŝ. de poſtul.
bonæ. ij. verſi. nec nocebat. per id ergo nec impediri de-
bet, nec differri gratia facta legato, ŝ. eo. li. de offic. leg. ſi
ſuper gratia. quæ ēt late interpretanda eſt, eo. li. de pręb.
ſi cui. de dou. cum dilecti. & quia res valeat. de ver. ſig. ab
bate. & verba habent effectum. de cleri. non reſi. relatū.
cum concor. Secunda inconuenientia, quia per eundē
modum in monaſteriis habentibus certum numerū
monacorum ſi negligunt numerum implere. ĵ. tēpus
cōcil. Later. inutilis eſſet ſuperioris impletio, ex quo de
arbitrio monachorum per probationis annum illa pē
deret, contra id. ix. quæſtio. iii. cum ſimus. in fin. & vide
quod in cle. ſcripſi de ſup. ne. præ. c. vno. in gl. & in tali-
bus. concluditur ergo, annum probationis monachis
non dandum. nec ob. hæc regula, cum hic fiat authori-
tate papæ per legatum, & faciunt exempla hic no. ¶ In
cōtrarium primo inducitur hæc regula cum concor.
cui ſtandum, vbi ɔ̄rium non exprimatur, vt hic no. nā
videtur, quod quandocunque papa ſcribat pro benefi-
ciando, rationabiles defenſiones admittuntur, niſi aper
te appareat ipſius contraria voluntas. de offi. dele. ex par
te. ij. de æta. & quali. accipimus. ergo & propter ſcriben-
tem reſeruaretur annus, fortius vbi ſcribit legatus, & ta-
lia quæ præiudicium alterius reſpiciunt, vel non nocēt
alij, vel illa interpretantur ſtricte, dummodo aliquid cō
ferant, & ſm ius cōe, quantum fieri poteſt, hæc patent
per ordinem. ŝ. c. lib. de re. quamuis. de ec. ędi. ad audien-
tiā. de priuil. paſtoralis. & c. in his. de reſcrip. cauſā quæ.
de conſuet. c. cum dilectus. de off. or. licet. Item talia mā
8 data † quæ habent naturam literarum beneficialiū am-
bitioſa ſunt & reſtringenda. ŝ. eo. li. de præben. quāuis.
alias dicemus, ergo per tales literas vel mandatum Ius
cōe non tollitur, de quo in reſcript. papæ mentio facta
non fuit. de reſcrip. nonnulli. de cap. mo. ex parte. & ſic
annus probationis mona. reſeruatur. ¶ Secundo pro-
9 batur ſic, Ex duabus obligationibus † ſeruitutibus, vel
impedimētis vna, vel vno ſublatis remanet reliquum.
patet primo, de do. & cō. cū dilecti. ſcd̄m ff. de ſeruit. vr.
præ. ſi domus tua. tertium de vſu pal. ex tuarum. ſed in
creatione monachi duo concurrunt, electio ſpectans
ad abbatem, & conuentum, vel ad alterum. ŝ. eo. li. de
regul. cap. vl. & ius probandi per annum, vt in c. ad apo-
ſtolicā. licet ergo mon. priuetur primo iur. non tamen
ſecundo per prædicta iura. ¶ Tertio ſic, in gratia ſpecia-
liter facta legato duo notantur, primum, quod ſub-
intelligitur, ſi is, pro quo legatus mādabit, erit idoneus.
de præſump. dudum de reſcri. cum adeo. Iſta vero ido-
neitas apparere non poteſt niſi per probationem. ergo
&c. Secundum, quia in ea non veniunt, quæ concedēs
veriſimiliter non eſſet in ſpecie conceſſurus. ĵ. eo. in c.
in generali. cum concor. ſed veriſimile nō eſt, quod pa-
pa tollere velit monaſterio probationem monachi, qui
curioſus eſt circa monaſteriorum quietem. xviij. q. iij.
quā ſit. Sed probatione denegata forte reciperetur liti-
gioſus, plenus ſcandalis & diſcordiis, qui ſeruorū Dei
contemplationem & quietem turbabit, quod certum
eſt, papam nolle, cum ex eo permittat etiam iam rece
ptos eiici, & alibi collocari. de regula. ca. fi. de ſta. mo. ea
quæ. poſt prin. Bene facit de elec. venerabilem. ver. nun
quid enim. ¶ Quarto allegatur notabiliter decre. ſuper
eo. de offi. deleg. vbi per mandatum factum legato dato
ſuper quæſtione iur. præſentandi, quod ad præſentatio-
nē vincētis ordinet eccleſiam, non præiudicatur illi, ad
quē ſpectat inſtitutio. Sic in propoſito non præiudice-
tur monaſterio, cui competit probatio. Concludatur
ex prædictis monaſterio competere annum probatio-
nis, cui rei non obſiſtit mandatum legati, qui manda-
uit illum recipi, & monachi recipiunt, prout monachi
recipi debent, ſ. cum beneficio probationis recipientis
& recepti, cuius contrarium vt reprehēſibile fieri pro-
hibetur. de regul. ad apoſtolicam. in prin. & in fin. &
xvii. q. j. Cōſaldus. vbi etiam innuitur in regula beati Be
nedicti, & conſtitutione Gregorij id eſſe prohibitum,
quod multum facit. Soluit, quod beneficium annua-
lis probationis reſeruatur monaſterio per vltimo al-
leg. non tamen reſeruatur illa voluntaria repulſio, quæ
reſeruatur, ſi legatus non ſcripſiſſet, ad mandatum er-
go legati illum recipiunt, ad quod alias non tene-
rentur. & in hoc valet gratia legati, & ſic probabit le
gitimam repulſionis cauſam, quam percipere potue-
runt in ipſo tempore probationis illum repellere po-
tuerunt. & ſic gratia ſatis confert, & ius commune non
lędit, facit de conſuetudin. cum dilectus. & per hūc
modum videtur ſatisfactum eſſe contrariis.

SVMMARIVM.

1 *Infames quacunque infamia, dignitatibus participare non debent & nume. 2.*
3 *Infamia iuris quibus caſibus irrogetur.*
4 *Infamia facti quos habeat effectus, & quibus contingat malis.*
5 *Electo opponens infamiam, ſi non probet, an ſit puniendus.*
6 *Electo qui obijcit, an debeat iurare ſe probaturum, quæ ab eo obijciuntur.*
7 *Illegitimitatis infamia an transferat onus probandi.*
8 *Electionis canonica aſſertio an includat legitimitatem & ætatem idoneam.*

9 *Electo*

9 *Electo omni confirmatori duo probanda.*
10 *Alimentorum tranſactio tribus conſtare debet, quorum vno omiſ
ſo, an valeat.*
11 *Adulterium potius præſumi de iure canonico, quam matrimoniū
in electo.*
12 *Negatio rem dubiam reddit.*

R E G V L A LXXXVII.

INfamibus. Dicit Dy. de infamia
iur. & facti, de qbus
dicam ſuper gl. hāc regulam intelligi, cum
1 in dignitatibus† participare non debeant in
fames quacunque infamia C. de decur. infamiæ. & l. ne
quis. de infami. l. infames. ff. de poſtula. l. j. §. ait prætor.
ij. & de aſſeſſ. l. j. ff. de iud. cum prætor. §. non autem. ad l.
Iul. de vi pri. l. j. & dicit non ſolum impedit præfici, ſed
etiam remoueri facit a dignitatibus habitis. C. de dig.
l. hæc infamia. lib. x. & de dig. l. iudicis. lib. xij. [*porta non
pateant*] quaſi non aperiantur, nec detur ingreſſus per
illas, ſed obſerentur eis. De ſanguine Chriſti dicitur,
quod fidelibus apparuit prius obſerata ianua paradiſi.
de bap. maiores. verſi. cautę. Porta ſm deriuatores dici-
tur a portando intus & extra. Sed olim portæ diceban-
tur proprie ciuitatū, quas olim ędificare volentes, in cir
cuitu ducebant aratrum, per illud ſic ſulco deſignātes
locum murorum, ſed vbi debebat eſſe porta, ſuſpende-
bant aratrum, ne terram tangeret, a qua portatione di-
cta fuit porta, ſed hodie latius accipitur, vt patet s̄. eo. li.
de conſe. eccle. vel alta. c. vno in fi. habemus ianuas, vt s̄.
& xxiii. q. iiii. tres perſonas, fortes. l. di. in capite, oſtia. de
pœ. di. i. importuna. valuas. de ſpo. cōſultationi. in prin.
quæ omnia propoſito conuenirent. ¶ Prima glo. ponit
exempla, remittit de infamia, & dicit hic dignitatē lar-
ge ſumi. In prima glo. ibi. [*l. vna. lib. x.*] vbi dicitur, quod
2 infames non fungantur † honoribus curialium, tamē
ciuilium munerum vacationem non habent. In glo.
3 j. ibi [*porro infamia*] Dyn. dicit hic, infamiam † iur. irroga-
ri per ſententiam his caſibus, quibus iure cauetur dam
natum eſſe infamem, vt in damnato furti, vi bo. rap.
iniuriarum, & de dolo malo, & in caſibus, qui habentur
4 ff. de his qui no. in fa. l. ii. Infamia † vero facti opinionem
lædit apud bonos & graues, quod diuerſis modis cōtin-
git, vt ſi quis damnetur actione deſcendente ex delicto,
quæ iuris infamiam non irrogat, vel in cōdictione fur-
tiua, de actionib. & obligation. l. ceſſat. interdicto vnde
vi. quod de iure non infamat. ff. de vi & vi arm. l. neque.
iſta grauant opinionem. ff. de obſequi. l. honori. & l. pa-
rens. & l. licet. idem ſi pater in teſtamento filium im-
properauit, vel iudex interloquendo dixit aliquem ma-
læ vitæ. C. de infami. interlocutio. & l. verbum. circa hoc
vide de or. cog. c. ii. in fi. & quod ibi. no. in vl. gl. & ibi [*ar
biter eſſe.*] cum arbitriū non ſit dignitas, cum nudam &
ſimplicem cognitionem habeat, & nullam iuriſdictio
nem. Idem in miniſterio procu. quod non eſt dignitas,
ſed onus viliſſimum. C. de decu. ſi quis procurationem.
ſecundum Dy.

Q V Æ S T I O.

Hac regula certum eſt, ꝙ opponi poteſt infamia ele
cto ad dignitatem, habet tamen opponens illam pro
bare. de teſt. tam literis. de accu. accedens. ſed olim diſpu
taui qōnem ſic propoſitam. Electio in prælatum oppo-
nuntur defectus natalium & ætatis, quæritur, quis pro-
bet. Quod probare teneatur opponens, probatur tribus
rationibus copioſis. Secundo totidem, & talibus quod
electus. Tertio quod vtriq; per quatuor iura & duas gl.
Quarto circa primum articulum ponam tres opinio-
nes, circa ſcdm ſex, demū ſoluam diſtinguendo pro &
contra, concordando opiniones. ¶ Primum ſic oſten-
5 ditur, certum eſt, quod opponens † aliquid in perſonā
electi, ſi non probat, punitur per decr. primam, de elec.
li. eo. cum concor. in Auth. de ſanctiſſ. epiſcopis. §. ſi qs
autem ad ordinationem. col. ix. & quomodo oportet
6 epiſcopos. §. ſi quis autem talis. col. j. Item ſi propter † il
los obiectus debet iurare ſe credere illos veros eſſe, & ſe
poſſe probare, eo. titul. vt circa. Ad quid iuret ſe crede-
re poſſe probari, ſi probādi onus ſibi non incumberet.
ſuperfluum eſſet iuramentum. contra iura eo. ti. c. ij. de
iureiur. & ſi Chriſtus. Item cle. eod. tit. conſtitutionem.
ij. & vlt. reſpon. nec ſpecificantem debito modo defe-
ctus in pœnam ab ipſorū probatione repellit, quæ autē
eſſet pœna, ſi probare non deberet? Ex quibus commu-
niter ad vtrunque defectum concluditur, ꝙ ex quo pu-
nitur opponens, ſi non probat, ſi non iurat ſe credere
poſſe probare, ſi in pœnam a probatione repellitur, er-
go probare tenetur, ſpecialiter autem de primo defectu
videtur caſus, qui fil. ſint le. lator. & c. cauſam. vt æquipa
remus petenti hæreditatem eum qui petit confirmari,
ſed ſi primo opponitur illegitimitas propria, vel paren-
tis, ex cuius perſona vult ſuccedere, opponens probat, vt
ibi, ſic & probet in caſu noſtro. ¶ De ſecundo autē defe
ctu videtur caſus de elec. dudum. j. vbi opponēs defectū
ętatis præpoſito ſancti Gregorij probare debet, ita qui
dicit profeſſionem non valere ex ætatis defectu, hoc ꝓ-
bare debet. eo. ti. in præſentia. de regularibus. ad noſtrā.
per hæc ergo cōmunia & ſpecialia concluditur ad hāc
partem. ¶ Secundo per cōia ad vtrunque probatur etiā
ſic, excipiens typum gerit actoris, & hoc quo ad onus
probandi, de excep. pia. de reſti. ſpo. frequens. li. eo. ff. e. l.
quoties. & l. in exceptionibus. C. e. l. j. ff. de excep. l. j. & ij.
fortius ergo opponens, qui videtur voluntarius, de iu-
di. exhibita. Et licet negatiue opponat, dum tamen ne-
gatiuæ ſit qualitatis, illam probare tenetur, iuxta no. vj.
q. vlt. l. actor. de elec. bonæ. j. ff. eo. l. ij. & hoc præcipue in
his terminis, in quibus negatiua reſoluitur in affirmati
uam, de renun. ſuper hoc. de ſucceſ. ab inteſt. cum dile-
ctus. C. de codicil. nec codicillos. ¶ Tertio ſpecialiter ad
primū defectum inducitur, ꝙ liberorū cohabitatio prę
ſumitur matrimoniū potius, quā concubinatus. ff. de ri
tu nup. in liberæ. ff. de concubi. in concubinatu. & in du
bio quis pręſumitur legitimus. qui fi. ſint legi. tranſmiſ-
ſæ. ff. de re. iur. ſemper in dubiis. & proli debetur fauor
per quē iudicatur legitima, quę non eſt. qui fi. ſint le. ex
tenore. & e. perlatum. dūmodo fuerit ſeruata forma de
cre. vlti. de clan. deſpon. Itē cū ponimus illum electum
ponimus eū in poſſeſſione legitimitatis, alias poſtulari
debuiſſet, de elec. innotuit. & ponimus eum in ſacris. de
ęta. & quali. pręterea. & c. a multis. Item ſicut filiatio ſic
& eius qualitas probatur ab appellante, primū patet. de
7 fi. pſ. Michael. ſcdm. e. tl. c. ij. Plus video, ꝙ infamia † ille
gitimitatis non trāſfert onus probandi, licet transferat
onus purgandi, de purg. can. accedens. multo minus ex
ceptio, quę minoris eſt efficacię, vt probatur. de accu. ac
cedens. ¶ Ad contrariū ſic arguitur. Petens cōfirmatio
nem eſt actor, & petendo aſſerit electionē canonicam,
ſi ergo non probat, non confirmabitur, qui enim petit
vt talis admitti, debet probare ſe talē. xlij. di. quieſcamus.
de cleri. peregri. c. j. ij. & iij. & in extrauagan. Boni. iniun-
ctę. ff. de libe. ag. l. ſi. qui ſatiſ. cog. ſi vero. §. j. cum ergo in
8 † aſſertione canonicę electionis includatur legitimitas
9 & ętas, de elect. cū in cunctis. & c. nihil eſt, ſi vult † con-
firmari, probet illa duo, de quibus confirmatori conſta
re debet, vt ibi, concor. ff. de tranſac. cū hi. §. ſi prętor. vbi
10 de tribus † conſtare debet in tranſactione alimentorū,
quorū vno prętermiſſo non valet tranſactio, cui con-
uenit, quod ſcripſi de teſti. fraternitatis. in tertia qōne.
Aetas enim illius, qui ſe maiorē dicit cauſa cognita eſt
probanda. ff. de mino. de ęta. & facit quod ibi no. in prin
ci. penu. gl. & in gl. vlti. circa mediū. & facit, eo. titu. l. mi
nor xxv. an. Iſte vero dicendo ſe canonice electū, dicit
11 ſe legitimū & maiorē, ergo & c. Cū eñ homines † ſolu-
ti & minores naſcantur, non præſumetur electus natus
ex coniugibus, neque maior, niſi hoc probet, maxime
cum iur. can. potius videatur pſumi adulteriū, ꝙ matri-
moniū, xxx. q. v. aliter. & c. noſtrates. ergo iſte transfert
onus probandi. de pręſcri. c. j. & no. vt ec. benef. c. vno. ff.
eo. tit.

co.ti.l.circa. ¶ Secundo arguitur ſic.Hic negatur factũ
ſcilicet matrimonium inter parentes, & ætas, & ne-
gatiua transfert onus probandi, & probatur hoc ipſo,
quod non probatur contrarium.C.de non nu.pe.l.ſi ex
cautione.& l.aſſeueratio. & maxime, quia quo ad pri-
mum poſſet eſſe probatio impoſſibilis,ſ.quando paren
tes nec contraxerunt, nec cohabitauerunt ad inuicem.
nec forte ſcit vicinia, quis fuerit alter parentum. Facit,
quod ſcripſi, qui ſi ſint le. peruenit. vide ſimile in defe-
ctu ordinis vel profeſſionis, quomodo enim probari
poſſet, electũ non eſſe ſubdiaconum, vel non expreſſe
profeſſum, & facit quod no Inn.de accu.ſuper his. nec
13 poteſt†negari quin ſaltem negatio faciat rem dubiã.C.
qui ad liber.l.iii. certificet ergo electus hoc dubium, ad
hoc enim veniunt inſtructores,de elec.cupientes.§. ad
hoc.lib.vj.& facit ſ. de poſtul. bonæ.ij. ver.ſi autem illi.
& alias non confirmabitur,de elect.innotuit.& c. cum
Vintonien.& c.nihil eſt, in auth. quo.oportet epiſcop.
§.oportet.& § ſe.colla.j.ſicut nec datur venia ætatis,ni-
ſi de ætate.xx.annorũ in mare & probitate morum, &
animi fiat fides. C.de his qui ve.æta.l.ij.ſic & cum peti-
tur Carboniana bonorum poſſeſſio, probari debet ma-
trimoniũ indubitatum.C.de car.edic.l.fin. ¶ Tertio in-
ducitur decre.ſi forte.de elec.li.co. vbi ſi opponitur eui-
dens defectus contra electũ, ſubiicitur examini.ergo ip
ſe probat opponenti,ſcilicet per examen, cui ſe ſubmit-
tit, probando ſe carere defectu, ſic ergo probet in hoc
caſu probando legitimitatem & ætatem. facit ad pri-
mum, qui ſi ſint le.per tuas.ad ſcdm, de reſt.in int.con
ſtitutus.C.eo.tit.cum te.C.de reſti.in inte. ſi cum mino
rẽ,ſic qui ſe excuſat ex defectu ætatis illũ probat.C.quã-
do prouoc.non eſt ne.ſi pater apertius.ij.quęſtio.vj.§.dif
finitiua.verſicu.ſi propter.ex his &c.¶ Quarto arguitur,
quod vterque probet, per l. cum de ætate. ff.de prob.fa-
cit,de renun.ſuper hoc. ſ.de proba. ex literis.de teſti.cũ
tu.& quod no.quod metus cau.c.j.in fin. pe gl.& de re-
ſti.in integ.cum ex literis.in gl.ſed quęritur.¶ Ad euidẽ
tiam ſolutionis de his defectibus tractando diuiſim, eſt
ſciendũ, quod primus articulus fuit hic diſputatus per
Lagonẽ canonicum Bono.& per Octauantum de Flo
rentia, & circa illum notanda eſt triplex opinio, quia
Io.vj.q.vlt.actor.Ber.in decr.bonæ. Guil.in ſpec.eo.tit.§.
j.ver.reſtat. tractando de negatiua qualitatis dicunt, ꝙ
negãs aliquẽ legitimum debet hoc probare. hoc idem
tenet Arc. de elec.ſi forte.li.eo. quo ad terminos electi,
de quo tractamus.& ibi alleg.no.per Inn.de dolo & cõ.
cum olim. & c. ſuper his. Item ſpeculator etiam in de-
cre.vt circa.de elec. tenet, quod ex quo in iudicio peti-
tur confirmatio,& fama eſt.quod electus non ſit legiti
mus, ipſe coram confirmatore, qui procedit ex officio,
probabit ſe legitimum. ad hoc facit, quod ſcripſi poſt
Ho.de presbi.non bapt. veniens.in fin.quod no.Guil.in
ſpe.de ſpon.in fi.¶ Secunda opinio fuit Io.de Aguſe.de
in leui,alius in leuiſſima,præponderat leuis circa idem,
vt dictum eſt ſupra in caſu ſimili, ſecus ſi circa diuerſa
cũ ſint inuicẽ debitores in quantitate.ff.co.cũ par deli-
ctũ.Itẽ ſi vnus in leui in faciendo alter in leui in negli-
gendo,præponderat leuis in faciendo, & ideo non cõ-
penſatur,nec eſt melior conditio poſſidentis, vt plene
not.ff.ſoluto matrimonio.l.ſi mora.Dyn.

QVAESTIO.

Huic regulæ conuenit legiſtarum quæſtio,quam do
minus meus dominus Martinus diſputans ſic ꝓpone-
bat gl.in l.vbi autem.ff.de condic.ob tur.cau. ſic quærit
3 Pone † dedi tibi rem indiuiduam ob cauſam partim
honeſtam & partim turpem,verbi gratia, dedi bouem
vt Capuam vadas, & hominem occidas, neutrum fe-
ciſti,repeto, quia Capuam non iuiſti, quod honeſte
fieri potuit, & tu vis retinere quaſi turpiter dederim,

quia dedi vt hominem occidas,quæritur de repe. quid iur.an in totum repetatur,an pro parte. Ad quamlibet harum partium vna ratio allegatur , & datur ſolutio. Sed ſecundus diſputans ad negatiuam allegat quatuor. & vi.in contrariū,& ſoluit diſtinguendo.Secūdum primū videtur dicēdum,quod totū repetatur, quaſi turpis conditio habeatur pro non adiecta. ff.de condi. inde. q̄ ſub conditione.ſupra de condi.appo.c.j.& vlt.Item quā do quis clam vel palam rogatur.præualet quod palam. ff.de iur.ſi.non intelligitur.ita & hic præualeat adiectio honeſta.Secundo videtur,quod nil repetat, quaſi hic fuerit vna cauſa tantum. ff. de condi. & demonſtra. l. hæc ſcriptura.cuius pars eſt turpis,tota debet cenſeri turpis, ar ff.de leg.j.l.etiā ſi partis. & de rebus dub. l. ſi is qui. §. vtrum.vnde repetenti obſtare dicitur turpitudo. Tertio videtur dicendum, quod pars repetatur,nam ſi tota eſſet honeſta,totum repeteretur , vt ergo idem iur. ſit de parte.ergo &c.Et ſi dicatur,res eſt indiuidua , repetatur totum conferendo partem æſtimationis.ff.de leg. ii. cū filius Soluendo dixi repetitionem locum non habere rationibus præmiſſis, maxime. quia ſicut vtrunque feciſſet accipiēs,& ſic occidendo deliquiſſet,non repeteretur,vnde ſi abſtinendo & non delinquendo reſtituere teneretur, eſſet melioris cōditionis delinquens , quam non delinquens,quod eſſe non debet,in Auth de reſti. & ea que pa.in fi.coll.iiii. ¶Dominus Petrus de Ceruotis diſputans poſtmodum eādem quæſtionem plenius proſecutus eſt,allegans ad partem quod non repetat,
4 quia in †duobus,quorum vnum nocet & aliud prodeſt. inſpicitur quod nocet.ff.ex quibus cau. in poſ. eatur.l. Fulcinius.§.quia.& ad Silla.ſi quis in graui. §.fi.& merito,ne prætextu liciti veniatur ad illicitum.ff.de offi.præ. illicitas.§.illicita.cum ſimilibus ibi not ¶Secundo propter difficilem ſeparationem liciti,ab illicito prohibetur quis a toto.ff.de aqua quo.& æſti l.j.§.item quæritur.de aqua plu.ar.l.j.§.item ſciendum.in fi.& §.ſed ſi vicinus, & l.iiii.§ fin ¶Tertio propter communionem delictū ſocii extenditur ad ſocium,ſic ergo hic delictum ī parte extendatur ad illam partem.ff.ſi quis cau.l.ſi duo. de arb.ſi duo.¶Quarto in communi debito donatio prohibita in perſonam vxoris extenditur ad correum ,vt ei non proſit,ſi vxori fiat acceptilatio. ff. de do. inter virū & vxorem.l.ſi ſponſus.§.j.hæc repetitio ,phibita in vna parte extenditur ad aliam.inducitur hæc regula.& hoc eo.titu.cum quid vna.cum ipſarum concor.In contrarium de duobus,quorum vnum nocet aliud prodeſt. inſpicitur,quod prodeſt,de iur. ſi.non intelligitur. §.ſi q̄s palam.cum ſi.ibi not.& ſ.qui ſi.ſint le. ex tenore. vnde ratione adiuncti,in quo non verſatur delictum ,ſubuenitur in eo,in quo verſatur,quandiu durat inſeparatio. ff.de ſta.ho.l.Imperator.de poe.l.regnantis.C.de app.præcipimus. in fin.ibi.eodem modo &c. ¶Secundo pro
5 pter† indiuiduitatem beneficium petendi conceſſum in vna parte vel in vna perſona extenditur ad aliā partem,vel aliam perſonam,& victoria prodeſt. ff.ſi ſerui. ven.l.loci.§.ſi fundus.& l.ſi de communi. C. ſi vnus ex pluribus.l.j.& ii.ff.de appella.ſeparatim.§.fi.& ſ.de app. vna.& cadē ratione delictum vel negligentia in parte & ab vno ſocio commiſſa releuantur propter ſocium, qui non deliquit,vel neglexit.ff.quēadmodū ſer.amit. ſi communem.& l.præce.& l.nā ſatis.§.j.ibi , ſi vero &c. & vide,quod no.ſ.eo.lib.de iur.pa.c.vno.in vltima glo. & quod ſuper ea dixi.¶Tertio,ſi liberum hominem, q vendebatur ad precium participandum ,duo emerunt quorum alter ſciebat, alter ignorabat, propter delictū patiētis ſe vendi ignorantia vnius releuat ſcientem , & quia libertas.vel ſeruitus non poteſt pro parte competere.ff.de lib.cauſa.liberis.§.ſi duo.& l. duobus . & vide, quod notatur.de clandeſti.deſpon.cum inhibitio. in gl. & ita.ita hic ratione partis,in qua non deliquit , admittatur ad perēdā partē,in qua deliquit, maxime qn̄ fuit turpitudo in poſſeſſore,ſicut in petitore. ¶Quarto ra-
6 tione† cōmunionis & ſocietatis non capax capit pp capacē.ff.de lib.lega.l.ſi is qui duos.ſortius pp indiuiduitatē partis,ad quā eſt capax,repetet vtranq;. nā cadē rōne prætextu pmiſſi pmittitur prohibitū.ff.de donatio.inter rum & vxorem.l.ſi ſponſus.§ generaliter. xiii. quæſtio.ii. non æſtimemus. Nam etiam indiuidua repetitio partis indebite ſolutæ ad aliam partem extenditur .ff. de condictio.indebi.l.ſi non ſortem. §. ſi centum, ſortius hic,vbi eſt indiuidua,quia id,de quo magis &c.C.g xta
7 te.l.fi.lib.x.ſ.de electione.cū in cunctis. ¶Quinto ſi pp partem,quam dedit ob cauſam turpem , nō poſſet etiā petere reliquam.propter iduiduum ,puniretur, in quo non deliquit,quod eſſe non debet.ff.de his quib.vt indi. reſcriptum.& l.hæres.ad le.falcidiam.l.hæreditatum. §. j.ſ.de his,q̄ fi.a ma.par.cap.c.ij in fin.¶Sexto,quoties nihil ſine captione &c.ff.eo.quoties nihil.C.de inoſ.teſta. l.omnimodo.ff.de do.excep.l.ſi procura.rei. ſed tale eſt hic,ergo &c.ad prædicta faciat ,de.ſepul.ſacris, & quod
8 ibi not.¶Soluebat† per vltimo,allegata & potiſſime p. l.quoties.alleg. in fi. quod repetitio pp indiuiduitatem detur in toto,& hoc ſi in ea parte verſetur turpitudo recipiētis.Nam iſte certat de damno vitādo , ille de lucro captando,nam & talia dicuntur lucra.ff.de calumn.in
9 hæredem,& in re† dubia melius fauetur repetitioni,quā aduentitio lucro.ff.eo.titu.non debet. §. in re dubia. & ibi etiam benignior interpretatio fieri debet. eodem titulo. ea quæ in partes. §.in re dubia. Et hoc intelligit cum ex vtraque parte fuit turpitudo in recipiente,& in altera tantum in dante , & tunc merito fauendum ei, qui minus deliquit,nec eſt ibi par delictum , & ſic non obſtant contraria,& hæc regula. vbi vero datur repetitio ex vtraque parte rei datæ fuiſſet honeſtas in recipiēte,non datur repetitio cauſa ſecuta.ff.de condi.cauſa da. per totum.vel & cauſa ſecuta ſi turpitudo fuit in ſolo dante.ff.de condic.ob tur.cau.l. iii. ſi vero honeſtas ex vtraque parte non fuit in recipiente.ſed in ea ſolū parte in qua fuit turpitudo dantis,tunc eſt dubium quid iur. ſed & tunc forte dici poſſet,cum ibi ſit par delictum, & illi recipienti abſit in eo,quod cauſam impleuit. ff.de cō dic.cauſa da. ſi pecuniam. in prin.C.de tranſ. cū mota. C.de dol.cū proponas.& no.ff.de p̄ſcri.verb.nālis.§.q̄ ſi facto tunc ſit melior conditio poſſidentis per hanc regulam cum concord.nam facilius conceditur retētio vel exceptio,quam actio.ff.de condict. indebi.l.ſi in area & hoc eodem tit.qui ad agend. cum concordan. ſi vero nihil abſit recipienti.quia non impleuit cauſam pp quam datum eſt,tunc idem , quod in primo membro ſolutionis & rationib⁹ ibi dictis,& fiet repetitio ſine aliqua æſtimatione præſtanda,quia pp turpitudinē impeditur retentio.& ſic non obſtat.ff de leg.ii.cum filius. in princip.ad legem falcidiam.l.falcidia interueniente. & quod nota.de hære.act.l.j.in quibus dicitur, q̄ æſtimatio partis offertur.io.And.

SVMMARIVM

1 *Remotus ob dolum infamis eſt.*
2 *Pęnę potius mollienda,quam laxanda.*
3 *Conſtitutiones pęnarum riſtringenda ne ſint.*
4 *Infamiam an incurrat mulier ſecundo infra tempus luctus nubēs.*

REGVLA XLIX.

IN pęnis facienda

contra. ff.de his q no.in fa.l ii.§.exercitum.ſolu.vt dixi.ſ.e. odia.Dy.nec habet locū regula,vbi certum eſt delictum,& certa ipſius qualitas,ſed animus cōmittentis incertus.C.de iniur.ſi nō conuicij.Itē cū certū delictū & certa qualitas,ſed incerta perſona ex pluribus q fuerunt in actu delinquendi.ff.ad leg.Aqui.Itē Mela.§. ſed ſi plures.C.ad l.Iul.de vi pub.l qm.ſm Dyn. qui remiſit.ſ.e.in obſcuris.& ibi dixi.¶Prima gl.dicit, vñ ſupra.& ponit exēpla.Secundo arguit. tertio ſpecificat. v. modos circa regulā.vi gl.ponit rōnē.¶In j.gl.ibi[§.in penalibus.]

nalibus]ſeqitur cauſis benignius interpr&dū eſt.& ibi[*hoc*
1 *n.§.1.*]remotus† ob dolum infamis eſt, ob culpā nō. In
dubio præſumitur remotus ob culpā.& ibi[*ſi præſes.*]ſe-
2 quitur in glo.& ibi[*l.penul*]interpretatione legū† pœnæ
molliendæ ſunt potius.quam laxandæ. ¶In 1 gloſſ.ibi,
[*eſt argumentum*]idem Io.mo.dicit tamen, q diceretur
dubium,quādo ex actis apparere poſſet caſſationis cā.
C.de ſen.quæ ſine cer.quant.l.iij. ff. de re mil.miliites.§.
miſſionem.& dixi in decr. ſup eo.& ibi[*ad ſimil a.*]quæ
non ſint de mente nec habeant eundem effectum, ſup
quo videtu,quod ſcripſi.ĩ.eo.lib. de elec.ſi poſtquam.§.
j.ſuper glo.& ita.& remiſſiones quas ibi dedi,vnde de ar
gumento à minori dici ſolet, q in delictis,quæ tendunt
ad eundem effectum,bene procedit,& eſt neceſſarium.
C.de epiſco.& cleri.ſi quis non dicam.can.xxxvj.q.ij.in
aliis licet eſſet probabile,nō eſt neceſſarium.ff.de re mi-
lit.non omnes.§.a Barbaris.ff.ad Trebellia.l.qui filium,
§.Sabinus.bene facit.ĩ.eodem libr.de electio. ſtatutum.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem ſuſpenſi per trienniū
a beneficiis,q fiat concurſus temporum, ſi infra trien-
nium nouam pœnam incurrat, quam plenè ſcripſi de
elec.cum in cunctis. ſuper ver. triennio. Item facit ad
quæſtionem,quam diſputaui.quæ talis fuit. Quæritur,
an pœnam,quæ ipſo iure delinquenti infligitur pro de
licto,incurrat is qui cogitauit & aliquid egit,ſed non p-
fecit,etiam ſi per ipſum non ſteterit. ¶Hic primo pro
allegationibus pro & contra remiſſiam,inducens vnam
legem & eius glo.Secundo ponam quatuor circa decla
rationem quæſtionis.Tertio ſoluam principaliter p iria
iura,per quam ſolutionem coadiuuando principaliter
per tres glo.& vj.rationes,demum ad contraria dupli-
ter reſpondebo.De primo ſic quia iura, quibus ad quæ-
ſtionem argui poteſt,ſatis ſunt per vtriuſque iur. docto-
res collecta,per Odoſ.& illos.ſ.qui poſt eum ſcripſerunt
ſuper l.ſi quis non dicam.C.de epiſc.& cler.per Hoſt in
ſum.de pœn.§. quibus. & plene per do.Iac.de Bayſio q
frater fuit Archi.Bonon.in quadam ſua diſtinctione,q
dicitur diſtinctio de voluntate,quam & dictus Arc.po-
ſuit.xvij.q.1.§.ſi ergo.non reputo multum vtile nec ſub-
tile.Prædicta ſic plene ſcripta repetere ſufficiat, ergo ſic
ponere q ad primam partem.ſ.q pœnam incurrat, fa-
ciunt omnes leges canonizatæ.de pœ.diſt.i. In prin.& l.
ſi quis non dicam.vſque ad §.contra. & quod in princ.
ipſius diſtinctionis legitur & no. de voluntate ad bonū,
& pro parte contraria leges ibi poſitæ,a.§.contra, vſque
ad §.cogitatio.& ex ibi notatis vſque ad c.ſicut. & vj.q.j.
ſi quis cum.& xxxvj.q.ij.ſi quis non dicam. & de eo qui
mit.in poſ.c.j.poteſt etiam ſtudioſus ſibi multa inra qre
re pro & contra ad hāc partem.bene facit,ff.ad leg.Cor.
de fal ſi falſam monetam percuſſerint,ſi totum forma
re voluerint,ſuffragio iuſtæ pœnitentiæ abſoluuntur.&
ibi concord.vide in prima glo. Eſt autem aduertendū,
q quæſtio formatur de pœna & pœnali conſtitutione,
3 non de præmio.vel fauore. Eſt autem †certum,pęnales
conſtitutiones eſſe reſtringendas. de elect.ſtatutū.ſupra
eodem libro.& hoc cum ſuis concordan. Item forma-
tur quæſtio non de pœna à iure debita infligi per iudi-
cem.ſed de pęna,quæ infligitur ipſo iure ſine aliquo iu
dice vel hominis miniſterio.Item quæritur de pęna de
linquentis, non de illa qua ius punit vnum pro deli-
cto alterius,vt patet in filiis hæreticorum & committē
tium crimen læſæ maieſtatis.vj.q.j.ſi quis eum.& de hæ
reti.c.ii.& c.ſtatutum.lib.eo.de ſciſma.c.vno. eod.lib.ad
idem de pęn.in quibuſdam.& c.ad aures.& c.fęlicis.eo.
lib.Item nec formatur quæſtio de illo, qui non perfecit
per ſe delictum,tamen perfectum fuit per ſocium, vel
mādatarium,cui aſſiſtebat,vel de illo qui perfecit quo-
ad mentem,licet nō quoad verba.hi enim bene incur-
runt.de homic.ſicut.ſupra de pę.cap.fina.de elec.ſi poſt-
quam.eod.lib.ij.reſponſo. Quibus ſic præmiſſis in præ-
dicta quæſtione puto,q is, de quo quæritur, pęnam,de
qua quæritur,non incurrat. nec diſtinguo in hoc caſu
inter leuia,atrocia & atrociſſima, hoc dico per decret.
perpetuo de elec.ſupra eo.lib. vbi pęnam a iure ſtatuā
contra eligentes ſcienter indignos epiſcopos non incur
rit is,q cogitauit & egit,ex quo non perfecit.ad idem de
homic.ſicut dignum.§.ſi ſi autē.ibi. ſi ex illa captione.ad
idem de cle.pu.in duel.c.j.ſi intelligatur,q ille pugil in-
greſſus fuerit animo occidendi.patet etiam,q homici-
dij irregularitatem,quæ pęna iur.eſt, non incurrit.licet
proceſſerit ad actum,ex quo mors,vel membri trunca-
tio ſecuta non eſt. ad idem facit vera opinio Lau. quæ
contra Io.recitatur.de pœn.diſtin.j.periculosè. & quod
no.ſoleo recitare de homicid.ſi aliquis. Ad ſolutionem
etiam facit,quod dicimus,eum qui voluit pcutere cle-
ricum & vibrauit baculum,ſed non percuſſit, excōica-
tum non eſſe,vt nota.Hugo.xvij.quæſtio.iiij.ſi quis ſua-
dente.& Ioan.de pœn.diſtinct.j.ſi quis pulſatus. & facit,
quod no.B.de ſent.excō.ſi vero.& nota. in nouella poſt
Goffre.& modernos,eodem tit. c.j. Ad ſolutionem ēt
facit,quod no.de his q vel me.ve cā fi c.vno.eo. lib.in gl.
antepe.fortiter probat hāc ſolutionem. de ele.cōmiſſa,
j.reſpon.eo.lib.vbi ad pœnam iur incurrendā. quæ infli
gitur non facienti aliqd. ſ. tempus requiritur tps perfe-
ctum.Sic & hic requiratur delictum eſſe perfectū.Item
nec a ſententia eccleſiæ dr abſolutus is,qui noluit abſol
ui,& proceſſit ad actū.& ſi iurauit ſtare mandatis eccle
ſiæ,vel contritionis ſigna prætendit, niſi ſequatur abſo-
lutio,ita nec dicatur ligatus, q voluit & aliquid egit,niſi
id perfecit,quod canon ligat.de ſentent.excō.cum deſi-
deres,& c.a nobis.cum par ſit ius ligandi & abſoluendi,
de pœn.diſtin.j. verbum. facit etiam ad ſolutionem.de
ſimonia.c.fin.de pœn.ſtam. hanc etiam ſolutionē pro
bat optimè.l.j. ff. quod quiſque iur.cano.de pœn.diſt.j.
hoc autem.quam legem licet legiſtæ ſoluendo dicāt lo
qui in minorib.delictis,verius vr, q loquatur in pœna,
quæ ipſo iure infligitur.vnde etiam, vt ipſi fatentur nō
eſt illa pœna,quæ infligatur a iudice.& per viam accuſa
tionis,imò eſt pœna iur.& per viam cōpenſationis fit
ipſius executio. ad idem de elect. licet canō.lib.eod.Sic
ergo illaratio,quare attentatū ſine effectu non punitur
bene facit & ff.de his qui no infamia l.ſolet.nam fin.l.
4 infamiam † incurrit iure ipſo mulier nubens infra tps
luctus,quam non incurrit mulier, quæ cogitauit nube
re,etiam ſi attentauit,puta contrahendo ſponſalia, vt
ibi.faciunt ad ſolutionē multa iura, quæ ipſo iure pœ-
nam infligendo vtuntur hoc verbo,ipſo facto.ĩ.eo.lib.
de elec.vbi periculum.§.nulli eod.titu.ſciant.de iud.c.ij.
de cen.quamquam.de pœ. fœlicis. §.præſenti. & de ho-
micid.pro humani.cum multis ſi. Ipſum autē verbum
deſignat actum perfectum,& faciāt circa hoc quæ ſcri-
pſi in quæſtione portorum.in parte.ij.Fateor tamen,q
is,de quo quæritur peccat, & arbitraria & eadem pœna
puniri debet maiori vel minori.habita conſideratione,
an per eum ſteterit,vel non,vt in præ.decre.perpetuo.in
fin.& ff.de extraor.cri.l.j.in fi canonizata,de pœni diſt.j.
ſolicitatores. Ad contraria omnia facilis eſt reſponſio,
q loquuntur in pœna, quam non contrahit quis ipſo
iure,ſed iure præcipiente per iudicem infligitur, ſit au-
tem diuerſitatis ratio per ſimile eius quod dicitur. aliud
eſt terminum aliquem dari a iure ſine iudicis vel homi
nis miniſterio,& illum iudex breuiare non poteſt,niſi
eodem vel alio iure permittatur. & aliud quod ius præ-
cipit dari per iudicem quod iudex abbreuiat.de hoc.c.
tit.indultum. Item non eſt mirum ſi deſideretur actus
perfectus in pœna iur.plus,quam in pœna iudicis,cum
deſit conſideratio & arbitratus legis mortuæ, quod nō
deeſt in iudice.ad hoc. C. de his qui ad ecc.confu.l.vlti.
in princi.& de pœ.fœlicis. in fi. decretum ergo liget qđ
certum & perfectum. de con.præben.c.j.lib.eod.§.ſub-
iunctum,& cle.eo.titu.c.j. Ad iura vero contraria q pro
delicto non pro facto etiam pœnā ipſo iure infligunt,
ſicut infamiæ & his ſimiles,de quibus communiter di-
cunt

cunt doctores, ꝙ loquuntur in atrociſſimis, vt in hære-
ſi, & crimine læſæ maieſtatis, reſpondeo aliter, hæreſis ꝯ-
trahitur & perficitur hoc ipſo, quod quis cogitat & cre-
dit errorem. de hæretic. ad abolendam. & c. excommu-
nicamus. j. & ij. reſponſo. Crimen vero læſæ maieſtatis
contrahitur ex acceptatione. Item attentare ibi eſt de-
lictum, quod expreſſe ius punit. Cum igitur interuenit
attentatio, eſt perfectum delictum, quod lex puniebat,
vide ſimile in illo, qui locauit operas ſuas, vt pugnaret
cum beſtia fera. nam ipſum locare eſt delictum conſu-
matum. ff. de poſtul. l. j. §. beſtias. iij. q. vij. §. verum, patet
idem in decret. pro humani. de homic. lib. eo. qui occi-
dit alium per aſſaſinos ipſo iure incurrit pœnas ibi
impoſitas. ſed nunquid incurrit illas ex mand. ſic, non
ex illa parte qua punitur occidens, ſed ex qua punitur
mandans. Ipſum enim mandare, eſt ipſum delictum
perfectum, quod ipſa conſtitutio punit ipſo iure certis
pœnis, ſic ergo cogitauit mandare, & vocauit mandata
rium, ſi non mandauit, non eſt perfectum delictum ex
eo capite, & ſic non erit locus pœnæ. Ad idem. de ele.
c. j. eo. lib. & omnium contrariorum breuis eſt ſolutio,
quod non loquuntur de pœna, quæ ipſo iure contra-
hitur. ſed quæ iudicis miniſterio infligitur. Ad illa vero,
quæ loquuntur de pęna, quæ ipſo iure contrahitur, rñ-
detur, ꝙ ibi attentatio vel conatus producens in actum,
eſt ipſum delictũ perfectum, quod ius punit, vel, vt aliis
verbis vtar, conatus vel attentatio pœnam delicti ipſo
iure inflictam incurrat ſolum in caſibus expreſſis a iu-
re, & ſi illud vltimũ ſufficere dicatur ad ſolutionem om
nium contrariorũ, quæ loquuntur in pœnis, quæ per ꝯ
non ipſo iure, ſed iudicis miniſterio debent infligi, fortè
non eſſet peccatum, quia ſic deſineret quò ad hoc con-
fuſa doctorum diſtinctio, de qua dixi in prin. quod tue-
ri poſſet per iſtam regulam cum ſuis cõcor. vnde ſcias,
ꝙ ſunt caſus, in quibus in delictis etiam cõſumatis pœ-
nitendo quis euadit pœnam, quod ſcripſi. de iur. pa. cũ
laici. ſuper. j. glo.

S V M M A R I V M.

1 *Habens maiorem partem, alteri minorem habenti æſtimationem offerre poteſt, & totum ſibi retinere.*
2 *Patronatus res indiuiſibilis eſt.*
3 *Eccleſia vna vnius debet eſſe rectoris.*
4 *Eccleſiæ ſtatus ad mobilitatem laicorum non mutandus.*

REGVLA LVI.

IN re communi potior.

Contra, quia in re communi melior eſt cõ-
ditio occupantis. ſupra de procura. ſi duo. ff.
de leg. j. ſi pluribus. dicit Dyn. hæc regula loquitur in ea
re, quæ pro parte indiuiſa pertinet ad plures, contraria
loquuntur de iure diſtincto in executionẽ vnius, qui
primo occupauerat. Nam is litem conteſtando ſibi quę
rit executionem in ſolidum, & alterum in ſolidũ exclu-
dit, niſi in caſibus per decre. ſi duo. ¶ Prima gloſſ. ponit
exempla, & remittit, & ſex caſus excipit. Secunda regu-
la ponit rationem regulæ. ¶ In. i. glo. ibi [§. *ne autem*] ſi do
nator habet rem communem cum donatario, habens
1 † maiorem partẽ offerre poteſt alteri æſtimationem re-
liquæ partis, & totũ poſſidere. In. j. gl. ibi [*ſi ades*] & ſic lo-
quitur. ff. pro ſocio. cum duob. §. item Mela. & ibi [*refice-
re*] ſemper intelligitur, ꝙ his caſibus quibus reficere vel
facere, licet velit ſocius facere iure ſeruitutis, quod non
liceret, vt in præ. l. parietem. de ſer. vrba. præ. ſed iure cõ-
munionis licet, & ſic intendit glo. & ff. pro ſocio, cum
duobus. §. idem reſpondit.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem diſputatam ꝑ Do.
Hugonem de Vercell. demum epiſcopum Nouarien.
quærebat. Si clericus & laicus patroni eccleſiæ vacan-
tis præſentant vnum, poſtmodum ipſe laicus præſentat
alium, an ambo, vel neuter, vel alter, & quis illorũ ſit in
ſtituendus, & quia, vt in fi. dicã, quæſtio nõ eſt dubia, ip-
ſam breuiabo. ¶ Et allegatur primo ꝓ ambobus. ij. pro
neutro. iij. pro ſecundo. & iiij. pro primo, quinto ſolui-
tur quæſtio. & contrariis reſpondetur. vj. oſtendetur quæ
ſtio non dubia. Iuxta, quæ primo vr̃, ꝙ ambo ſint inſti-
2 tuendi. cũ patronatus † ſit res indiuiſibilis inſolidum exi
ſtens penes ſingulos, de hoc de iure patron. c. j. in. j. gl. ſic
& iudicatus ordinarius vel delegatus, de quo de offi. del.
prudentiam. in glo. ij. Idem in plurib. reis credendi. ff. de
pact. ſi vnus. ad præſentationem ergo ipſorum admitta-
tur vterque, & diuidatur inter eos. ff. de alimen. & ciba.
leg. l. prima. de acquiren. rerum dominio. l. adeo. §. cum
quis. & de præſumptionibus, afferte. ¶ Secundo in con-
trarium, ꝙ neuter admittatur, ſed impediant ſe concur-
ſu, faciunt. ff. de vſuf. quoties. ff. de teſtamen. tutela. duo.
3 Nam † vna eccleſia vnius debet eſſe rectoris. xxj. quæſtio
ne ſecunda. ſicut. de præben. cum non ignores. de iur. pa
4 tro. c. iij. nec † ad mobilitatem laicorũ mutandus eſt ſta-
tus eccleſiæ. x. diſt. c. j. ff. arbo. fur. cæ. ſi gemina. & in dec.
afferte. non ſunt ſnĩa ſed cõminatio. & in l. ſi vnus. qui-
libet habebat ius exigendi inſolid. Inſti. de duo. reis. §. j.
at hic vn⁹ de patronis præſentare nõ poteſt. Item bene-
ficium eccleſiaſticum non recipit diuiſionem, de præ-
ben. maiorib. & c. dilecto. vñ diuiſio vel media via hic
locum non habet, & impoſſibile iur. eſt, vtrumque ius
hr̃e, de præben. in fin. vbi de hoc. in glo. li. ſ. eo. lib. de ele.
vt quis duas. ¶ Tertio, ꝙ alter ſolus admittatur. ſ. præſen
tatus ſecundo a laico ſic probatur, poſteriora prioribus
derogare. ff. de iu. co. l. diui. ff. de procur. non iniuſte. de
offi. leg. ſtuduiſti. C. de pact. l. pacta. de pœ. di. j. nouit. præ-
ferendus eſt ergo laicus, qui variat, cum leg. authorita-
te id faciat. xxiij. quæſt. iiij. qui peccat. de reſtitu. ſpolia. li-
teras. ¶ Quarto, ꝙ præferendus ſit primo p̃ſentatus pro
batur, quia ſatis eſt laicum in illo conſenſiſſe, vt pœni-
tere non poſſit. xxxij. quæſt. v. horrendus. ſufficiat regu-
la, mutare, hoc eo. tit. Item licet laicus variare poſſit in
præiudicium præſentati, de iur. pat. cum autem. nõ tñ
in iniuriam clerici & patroni. vt ibi. Item cum par eſt
numerus p̃ſentantium, recurri debet ad merita, & digni
tates, de elec. eccleſiaſ. ij. vbi de hoc. in vl. glo. ſed clericus
eſt dignior laico. iiij. diſt. deniq;. ergo ab eo præſentatus
præferendus eſt. nam magis dignum &c. de con. ec. ꝙ in
dubiis. ¶ Soluendo dixit, primo concorditer præſentatũ
præferendum, quia duplex ius habuit præſentatus. ſecũ-
do vnum tantum, quod dicitur ex variatione laici. verũ
eſt, ꝗ cũ ſunt ſoli laici, vnus vel plures. l. diui. loquitur i co
dicillis, in quib. ambulatoria eſt voluntas, procurator ẽt
conſtituitur fauore conſtituentis, vnde cõſtituens reuo
care poteſt. l. pacta. non obſt. quia ibi pactum vltimum
fuit de vtriuſque voluntate, hic non ſic. c. nouit. non ob.
mutat enim Deus iudicium ꝑꝑ pœnitentiam peccato-
ris. non ob. ꝙ habet priuilegium pœnitendi, quia nõ in
præiudicium alterius. facit. ff. ne quid in lo. pu. l. ij. §. ſi qs
a principe. ¶ Vt dixi in principio, qõ non eſt dubia, ga
ſalua pace diſputantis non eſt verũ, ꝙ laicus poſſit ſim-
pliciter variare recedendo a primo, ſuper quo fundari
vr̃ ipſius dubium. ſed variare poteſt accumulãdo, vnde
epõ licet inſtituere primum, quod non liceret, ſi poſſet
in totum diuertere. immo cæteris paribus potius ha-
bet inſtituere primum, hæc probãtur de iur. pot. cum
autem. & cap. paſtoralis. facit. de e. eo. tit. plures. in fi. quæ
permittit ſimul fieri, quod permittebatur olim ſucceſſi-
uè. Clarum eſt ergo, ſiue clericus, de quo quæritur, præ-
ſentet vt clericus, ſiue vt laicus, primum præſentatũ nõ
ſolum habuiſſe, ſed adhuc etiam habere duas voces. ſe-
cũdum vero vnam ſolam, & non liberam vel integrã,
ergo &c. Ex hoc autem ſequitur, ꝙ licet plures ſint pa-
troni laici cum clerico, locum habet, quod dictum eſt
de vno ſolo. Plus dico, ꝙ ſi plures ſint laici tantum, &
concorditer præſentant vnum, licet poſtea aliq etiam
maior pars variet cumulando, inſtitui debet primus ra
tione prędicta, ex quibus concluditur, quæſtio non
dubia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Veriſimilitudo quibus rebus tollatur.*
2 *Canonicus poſt habitam præbendam, tenetur promoueri ad ſacerdotium.*
3 *Caſus dubius in quam partem interpretandus.*
4 *Pretium rei petens an renunciet legi commiſſoriæ.*
5 *Vſuras recipiens domini, ius a principe ſibi conceſſum perdit.*
6 *Subſtitutio generalis an ad ſpecialem præcedentem trahatur.*
7 *Poſterius non tollit prius, ſi ſe compatiuntur. & nu 8.*

REGVLA XLV.

INſpicimus Veriſimilius. veriſimilitudo† colligit ex
cōparatione rerum adinuicem. vel ex cōpa
ratione rei ad pretium.ff.de re.du.l.j. l. verū
§.cum quidam.Ex vicinitate ſcripturarum.ff.de leg. j. ſi
ſeruus plurīū. in fi.ex dignitate perſonarum. ff. de aur.
& ar.le.l.Titia Seio.ex charitate,& neceſſitate perſona-
rum,vt dicta.l.ſi ſeruus. in fi. ex conſuetudine regionis
& loquentis, vt ibi. & hic Dy.vel q hic alternatiua eſt
ordinis, vt ſi veriſimilius non apparet, Inſpiciamus qđ
plerumque &c.¶Prima glo.dicit,vnde fuit ſumpta po-
nit exempla.& remittit. ¶In j.glo.ibi[*in obſcuris inſpici*]
ſequitur, ſolet quod eſt veriſimilius, aut q plerunque
fieri ſolet. ¶In j.glo. ibi [*iniuſte*]quia veriſimile eſt, q
ingratitudinem non commiſerit,& in hoc ad propoſi-
tum.& in fi. quæ eſt contra,cum dicat ſpectandum, qđ
minimum,& ibi[*ſoluitur.*]quæ ſolutio patet ex textu le-
gis.eo.tit.ſemper in ſtipulationibus.quam ibi vide dice-
bat Dy.quod iſte erat ordo. quia primo volūtatem ſe-
quimur, ſi de illa poteſt apparere.ff.de condi.& de.l.pa
ter.in princ.& §.conditionum verba.& de re.dub.l.e.in
ambiguo.C.de libe.præteri.l.iij. Secundo quod eſt veriſi
mile,vt hic,& in concor.all.ſ.Tertio,vbi nō apparet ve-
riſimilius.recurritur ad propriam ſignificationem ver-
borum.ff.de leg.iij.non alter. Quarto his deficientibus
recurritur ad minimum,vt ibi.& in concor.Quinto,ſi
non apparet,quod ſit minimum, dicitur non valere.ff.
de teſta.tu.duo ſunt.de re.dub.ſi fuerit.& l.ſi quis de plu-
ribus.de ma.te.cum ex pluribus.

QVAESTIO.

Hæc regula ſecundum prædicta facit ad quæſtiones
hic diſputatas, quas fateor congruentius fuiſſe locatas
ſub regula.In generali.eo.tit.ſed propter prolixam ma-
teriam inſcriptam poſt Io.mo.transferri ſic decuit, &
quæſtiones ſic proponuntur.Per ſtatutum eccleſiæ qui-
2 libet canonicus † poſt hābitam præben.j.annum pro-
moueri tenetur ad ſacerdotium,ſunt etiam ibi præben
dæ maiores & minores,& de conſuetudine maiores dā
tur antiquioribus.A.impetrauit ibi canonicatum, & p̄-
bendam cum clauſula,q non teneretur promoueri ad
ſacerdotium.B.impetrauit canon. & ſibi prouideri de
præbenda vna ex maioribus, vterque habet clauſulam,
q̄ tollit conſuetud.& ſtatuta,ſed vterque receptionis ſuę
tempore illa ſeruare iurauit,quæritur,an præiudicatum
ſit illis per tale iuramētum. Prima pars quæſtionis fuit
Io.de monte Murlo.ſecunda fuit Iaco.can. Bon.vterq;
prius allegabat. ad affirmatiuam.v.rationes.ſecūdo to-
tid.ad negatiuam.tertia pars facit quatuor. primo po-
nit ſolu. ſecundo ſolutiones Ioan. diſtinguendo, tertio
ſoluit contraria ſm eos,quarto circa vtrunque articulū
ſubdo veram ſolutionem. Prima igitur ipſorū ratio ta-
lis erat,certum eſt,quemlibet horum potuiſſe renuntia
re priuilegio vel gratiæ ſibi factæ, de regula.ad apoſtoli-
cam.C.de pa.ſi quis in conſcribendo. tacite aūt renun-
tiaſſe vr̄ faciendo ſponte contra illud, de offic.deleg.gra
tum.de ap.ſolicitudinem.de his q̄ fi.a ma.par.c.ex ore.j.
dicam. Secundo iurando ſimplr̄ ſeruare ſtatuta. & con-
ſuet.eccleſiæ ad omnes conſuetudines & oīa ſtatuta ſe
adſtrinxit,cum indefinita æquipolleat vniuerſali. de elec.
in geneſi.de priuil.quia circa.ergo tenetur ad ſingula,&
ſic ad illa,de quibus quæritur,ſeruanda tenetur per iura
mentum,quod cum non vergat in periculum animæ,
nec in alterius præiudicium,eſt ſeruandum.de iur.iur.ſi
vero,& iuramentum quod obligat quo ad dominum,
fortius eſt quam litera, quæ eſt factum hominis, facit
de iur.iur.& ſi Chriſtus.ibi,redde domino &c.Tertio da
3 to q caſus † eſſet dubius,in hanc partem interpretari de
bemus, quæ ſecurior pro vitando periurio, maxime ſi
geſſit in animo omnia ſtatuta ſeruare, quod præſumi-
tur,ex quo non excepit,& excipere potuit vel proteſta-
ri.de conſti.cum M.vnde ſibi imputet,de iur. pa. ex lite-
ris.de priuil.quia circa.de regular.conſulti. & c.vidua.&
iuramenta ſm intentionem recipientis interpretantur,
xxij.q.v.quacunque.& facit regula,ꝯ cum, cum concor.
hoc eod.tit. eſt ēt æquior per quam ad æqualitatem re-
ducitur cum aliis canonicis.facit.xvj.q.vij.c. j. de conſti.
cum omnes.in fi.de ſta. mon. recolentes. de deci.cū in
tua.Quarto,cum hic ſint duo contraria ſucceſſiue.ſ.pri
mo gratia,ſecundo iurm̄,per ſecundum vr̄ primo dero
gatum.de tranſac.c.j.ff.de ꝯh.emp.l.emptio.de noua.l.j.
C.de pac.pacta.ff.de leg.non eſt nouum. de cog.ſpi.ca.j.
Quinto iſti ſtatutum & conſuet. quæ quoad eos erant
inualida,per iuramentum fecerūt valida. ſic de iur.iur.
cum contingat.de pig.ſignificante.ſ.eo.li. de pac.pactū,
nec valet.ſi dicas de ill.expreſſe non iuratum,nam vt.ſ.
dixi,ſufficit generalis,vel indefinita locutio, ſufficit etiā
4 tacita renuntiatio,hinc † eſt,q petens rei pretium,renū-
tiat legi commiſſoriæ,& econtra. ff. de leg.commiſſ.l. 4.
5 § eleganter.& recipiens † vſuras perdit ius dominij ſibi
conceſſum a principe.C.de iur.do. impe.l.ij. perdit etiā
ius depoſiti, quod erat,vt prius depoſitarum rerum rō
haberetur.ff.depo.ſi hominem.§. quot. item petens le-
gatum renūtiat querelæ.ff.de inof.te.ſi pars. ¶In ꝯtrium
adducitur regula,in generali.hoc.eo.tit.per quam cum
concor.patet,q actus generalis conceſſionis,vel renun-
tiationis non includit illa,quæ pars veriſimiliter nō cō
cederet,vel renuntiaret.ad idem de iur.iur.veniens.& c.
Quintauallis.ff.de pig.l.obligatione.ſ.eo. lib. de of.vica.
6 cum in generali.hinc eſt,q † generalis ſubſtitutio,non
trahitur ad ſpecialem præcedentem.ff.de vul.& pu ſub.
cohæredi.Cum ergo de illo ſtatuto vel conſue.cogitaſ-
ſe non videatur,nec ſit veriſimile,q voluerit ſuæ gratię
renuntiare,forſan multis laboribus & vigiliis acquiſitę.
de renun.ſuper hoc.& de præſump.quia veriſimile. nec
præſumitur quem ſua iura iactare,de ſol.c.fi.ff.de prob.
cum de indebito.i.reſpon.dicemus illa ſtatutum & cō-
ſuetudinem in iuramento non includi. ¶Secundo. iu-
ramenta.intelligi debent ſm intentionem iurātis.xxij.
q.v.humanæ.de iur.iur.veniēs. & c. Quintauallis.ergo
recipiendo vt intellexit, non includentur prædicta.ma
xime quia in generali ſermone non lęditur ius perſonę
7 iurantis,de iur.iur.petitio.cum concor.,¶Tertio † poſte-
rius non tollit prius,ſi ſe compati poſſunt.ff. de mili. te.
l.ſi certarum.§.vl.& l.ſe.de iur.co.coficiuntur. §. ſi mi-
les.& l.ſi.vnde cum indulgentia, quæ prior eſt,referatur
ad vnum ſtatutum vel vnam conſuet.tantum,quæ quā
tum ad ipſos videntur exempta de numero ſtatutorū,
vel conſuetudinum,iuramētum poſterius referetur ad
alia ſtatuta & conſuet.ad quas iurantes tenebantur, &
ſic indulgentias non tollet, maxime cum conſtet ſpe-
ciem ſpecificatam ſub genere non contineri. ff. de leg.
iij.vxorem.§.Feliciſſimo.& facit,quod no.& dixi.eo.tit.
generi.¶Quarto iſte iurauit ſtatuta & conſuetu.bōā fac.
de iur.iur.clericus,quia turpis eſt pars quæ ſuo vniuerſo
non congruit.viij.di.quæ contra. de ſpon. duo.ca.fin.&
vnum collegium diuerſo iur.cenſeri non debet.xij.q.ij.
cognouimus.ſua igitur obedientia ſibi nocere non de-
bet,nec pœnam pati,vnde meretur præmium, de fide
iuſ.peruenit.& per hoc videntur canonici,ꝯtrium dicē
tes,ſuam turpitudinē allegare,& ſic repellendi, de don.
inter dilectos.¶Quinto,ad hanc partem allegabat vter
que de priuilegi.cum capella. quæ ſecundum Ia. vr̄ ter-
minare

minare quæſtionem.& ff. de mi.te.ſi miles . vbi dr̃,non
præſumi quem elegiſſe genus teſtandi ad ſua iudicia im
pugnanda,ſic nec præſumamus iuraſſe iſtos ad ſuas gra
tias perimendas , maxime quia hoc non eſt veriſimile,
nec fieri conſueuit per hanc regulam, cum concor. &
faciat ordo quem ſupra ſcripſi poſt Dy. primo, ſecũdo,
& quarto gradu.Hanc partem dabat Iaco. pro ſolutio-
ne.ſed Io.dicebat,ꝙ ſi tempore,quo iurauit,fuerunt le-
cta & ſpecificata ſtatuta,vel conſuetudines , de quib.ſu-
pra,& non exceperit,vr̃ iurans renuntiaſſe gratiæ per iu
ra primo alleg.ſi vero lecta vel ſpecificata non fuerunt,
non renuntiauit gratiæ per vltima iura,allegat.ff.ſi quis
caut.ſed & ſi.§.quæſitum . & quæ recitantur de cõmo-
do.cap.vno.de depo.bona fides. & facit.ſ.eo.lib.de proc.
qui ad agendum . ¶Non obſt. iura loquentia de tacita
renuntiatione,quæ loquũtur , cum quis directe venit ꝯ
factum ſuum, vel alias apparet de voluntate mutata,
ſed hic ſecus ſm̃ Io.ſed Ia.dicebat illa loqui,cum vtrũq;
ſit ab vno tanquam ab eodem. Iſte vero gerit vices duo
8 rum.ſ.priuilegiati,& non priuilegiati, & ſm̃ † cum po-
ſteriora non derogant prioribus, niſi cum illis cõtraria
ſunt,nec venit ꝯ iuramentum,cum in hoc non inclu-
deretur.Scias,ꝙ ſecundus articulus huius quęſtionis mi
nus habet dubiationis,q̃ primus . quia,ſi in eccleſia di-
uiſæ ſunt præbendæ maiores à minorib. quæ in certis
eccleſiis diuiduntur vt integræ & dimidiæ impetrauit
maiorem vel integram minor vel dimidia etiam ſi illã
vellet conferri non poſſet.ſ.eo.lib. de præben.cui de nõ
§.j.quare ſi diceremus ſibi præiudicare iuramẽtum,mi-
norẽ vel dimidiã ꝯſequi nõ poſſet,quia de illa non ſcri-
bitur, & ſic eſſet perempta gratia ꝙ neuter intendebat.
De iurante patet,de recipientib.idem,nam recipiebant
illum ad præbendam,& ad illam quæ debebatur pro li-
teris,ergo vt.ſ.In primo ẽt articulo vr̃ indiſtincte dicen-
dum,ꝙ ex quo ille A.recipitur ex uirib. literarum habẽ
tium clauſulam de non recipiendo ſacerdotium , & tol
lentem ſtatuta ꝯtria ipſi,vñr receptionem facere,& iura-
mentum recipere ſm̃ formam literarum, & ipſe etiam
ſic iurare vt receptio & iuramentum ſequentia & cau-
ſata a literis gratiæ & mandato executorum illis conue-
niant,non.n.recipitur ſimpliciter vt A. ſed vt talis A.fa
cit.de fi.iuſtru.inter dilectos.§.cæterum. & de bap. ma-
iores.ver.ſimpliciter.ſic & generalis tranſactio reſtringi
tur ad id , de quo agitur.ff.de tranſac. qui cum tutorib.
§.j.C.eod.tit.l.ſi de certa.& no.ſ.de tranſac.cap.j.

SVMMARIVM.

1 *Iter dupliciter ſumitur.*
2 *Duo ſi habeant ſoli eligere prælatum,& alter alterum conſentien-
tem eligit,an valeat electio.*
3 *Eccleſiarum fauor an idem,qui & pupillorum.*
4 *Sententia vnius ex duobus ordinarijs etiam altero reſiſtente , an
teneat fauore perſonæ,vel cauſæ.*
5 *Electio alicuius ſeipſum eligentis in prælatum an valeat .*
6 *Electio facta de collegio eligentium an dicatur vnanimis .*
7 *Cardinales ſi duo tantum ſuperſint,an alter alterum eligere poſſit
in Papam,& nu.8.*

REGVLA LXXX.

IN toto. Prima gl. remittit pro exem
plis & pro materia,& dat cõ
cordantias.¶In gl.j.ibi [*in toto eſt*] non ob.e.
ti.l.ſi mr̃.§.ſi quis iter. vbi abſolutus ab actu
non abſoluitur ab itinere,nec econtra , cum tñ in actu
contineatur iter.ff.de ſerui.vrb.præ.l.j. §.j. & inſti.de ſer-
uitu.§.actus.& per eundem modum inducitur.l.j.ff.de
adimen.le.dic vt no.in ꝑ.l.ſi mr̃.& hoc no. Dyn.ſ.ꝙ iter
1 †dupliciter ſumitur,vno modo pro diſtincta ſpecie ſer-
uitutis,& eo mõ ſumptũ nec eſt pars actus , ſed ſpecies
ſeruitutis actui oppoſita & coæquata.ff.ſi ſer.ven.l.loci
corpus.§.j.& dicta l.j.de adimen.l. alio mõ ſumitur pro
commoditate eundi,& tunc habet ſe ad actũ ſicut pars
ad totum,eſt.n.pars ſubiecta ad actum,& actus eſt totũ
poteſtate ad iter,qa poteſtate ſui comprehendit iter , &
in hac ſignificatione ſumitur.ff.de ſer.vr. pręd. l.j.§.j.&
dę noua.ſi pupillus.§.vlti.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem,quã diſputaui , qua
2 quærebam,ſi duo † ſoli habent eligere ꝑlatum iure pro-
prio vel compromiſſario,& vnus elegit reliquum,q cõ
ſenſit,an valeat electio.Ad affirmatiuam primo & in ꝯ
rium,ſecundo inducuntur.v.rõnes,& quædam glo. ter
tio primum dubium ſoluitur,circa ſecundum recitan-
tur opiniones,excluduntur caſus non dubij, ſoluitur,&
ꝯriis rñdetur . Quod valeat ſic probatur; de collegio ec-
cleſiæ vacantis debet fieri electio ꝑlati,hoc patet.lxj.diſt.
nullus.& c.ſtudij.& c.obitum.xviij.q.ij. quam ſit.& ca.
abbas.ij.ſ.de elec.cũ inter can.& c.ne pro defectu,facit.
C.de epiſ.& cleri.in eccleſiis.ſed mortuo ꝑlato põt col-
legium ꝯſiſtere ex duob.de ele.c.j. ergo vnus põt eligere
reliquum,alias eſſet lex impoſſibilis.ꝯ id de conſe.di.iiij.
erit autem . Et ſi dicas,nullus ſe poteſt in ſcrutinio no-
minare.de elect.Cumana.& eligẽdus debet habere ma
iorem partem in ſcrutinio,vt ibi,e.ti.quia propter . & c.
eccleſia.reſpondeo,ꝙ quando non ſunt niſi duo,non ar
ctantur ad formas,vt ſcripſi in c.quia propter. ſuper gl.
dic,vt ĩ.& eo.ti.c.j.ſuper j.glo.facit de elect. cum in vete
ri.& quod ibi not. in j.& ij.gl.ſufficiunt ergo conſenſus
qui hic aſſunt,bene facit,quod ſcripſi poſt Hoſt.de iur.
pa.per noſtras.in glo.patet.& qđ ipſe no.in ſum.ipſius ti.
in ti.de epõ,qui vnicum patronum ꝑficere põt eccleſiæ
vacanti.¶Secundo videmus fauore minorum & pupil
lorum vnum ex duob.tutorib.adminiſtrare poſſe.ff.de
admi.tu.l.ſi plures.§.pen.in fin.& l.decreto.§.j. C.ſi vnus
ex plurib.tuto.l.j.& de autho.præſ.l.ſi. Idem in executo-
rib.vltimarum voluntatum ipſarum fauore ,quod dic,
vt.ſ.eo.li.de teſta.c.ij.§.j. Idem in procura. ſpiritualium
cauſarum,quod dic vt.ſ.eod.lib.de procur.ſi duo. §.vlti.
3 Cũ igitur † eccleſiarũ maior, vel ſaltẽ æqualis ſit fauor,
xxiij.q.iiij.quid ergo.de reſti.in integ.auditis . in auth.de
non ali.§.ſi minus.C.de ſacroſanct.eccle.l.fin.& qđ no.
de pec.cleri.inquirendum.ergo & ipſarũ fauore ex duo
bus eligentib.quocunque iur.alterius ſolius valebit ele-
ctio, ſaltem ex quo non habet alterius reſiſtentiam ſed
4 conſenſum.¶Tertio cõſtat,ꝙ fauore † perſonæ, vel cau
ſæ tenet ſñia vnius ex duob.ordinariis ẽt altero reſiſten-
te.ff.de re iu.c.fin.fortius ergo fauore expediendæ proui
ſionis eccleſiæ,ex quo nõ diſcordant,teneat electio vni⁹
ex duob.eligentib.Sic videmus,ꝙ fauore ſñię in cã de-
nuntiationis principalis hr̃ pro teſte.de teſti. in omni.&
vbi non vertitur præiudicium,creditur vni,de procu.ex
inſinuatione . fortius ergo vbi vertitur commodum in
re appetibili & meritoria,vt prædixi,facit ergo acceſſus,
quod principaliter fieri nõ poſſet,de iur.pa. ex literis.&
c.cum ſeculũ.ſ.eo.lib de præben.quia ſæpe. ff. de fu.fundo
do.l.j.ſic mixtura facit,quod ſine illo fieri non poſſet.de
arbi.contingit.& c.per tuas.¶Quartò,bene facit ad quę
ſtionem.C.de cõtrah.emp.cum ipſe tutor. & qđ ibi no.
& ff.eo.tit.l.ſi in emptione.in fine,de vno ex duob.tuto-
rib.q alteri palam ementi rẽ pupilli authorizat.ad idẽ,
ff.man.l.ſi mandauero.§.Iuliano.vbi vnus ex plurib.vẽ-
dentib.mandato meo rem emit a ſe & aliis . ¶Quintò
ſpecialiter in compromiſſariis vr̃ caſus in decre.cum in
iur.de elect.nam ſi vox electi ꝯpromiſſarij auget nume
rum,qũ nominatus eſt a parte minori,vt ibi, fortius qũ
ab æquali,vt hic.Item ſi ibi auget,cum eſt diſcors,& vbi
eſt repugnãtia,fortius hic, vbi eſt concors & cõſonãtia.
Hoc.n.appetunt iura.ſ.electiones fieri cõcordes , & hic
eſt talis.bene facit.ff.de op.no.nũ.l.j.§. & poſt operis.ibi,
quid.n.agebat ꝑtor,niſi vt cõtrouerſias dirimeret , quas
cum ſpõte receperint,debet ratas hr̃e.fateamur ergo, ꝙ
valeat electio,pendet tñ ex cõſenſu electi , ſicut & ſñia
delegatorum pari numero diſcordantium,de re iudi.c.

ſi.ſi.

ſi.ff.eo.ti.duo iudices. ¶ Sexto inducitur ſolutio quã ad
brocardum de vno gerente vices duorum dant glo.89.
diſt.ſingula.in prima gl.de proba.ex literis. in gl.ii.& de
p̄ſump.mandata.in gl.ii.dicentes id licere cauſa neceſſi-
tatis,vel vtilitatis,ſed hic vtrumque cõcurrit neceſſitas
expediendæ prouiſionis,& vtilitas ꝯ damna vacationis,
& quia forſan extranei ſunt ignoti,qui non ſunt eligen
di.de poſtul.præ.bonæ.ii.ad fi.de præben. in Lateran.in
fin.& pararetur laqueus, ſi de neceſſitate eo caſu habe-
retur extraneum eligere,ꝯ id.xxvii.q.i.de viduis. de reſti.
ſpo.literas.¶ In contrarium.ſ.ꝙ non valeat electio,oſtẽ-
ditur ſic.De neceſſitate eſt, ꝙ per capitu. vel maiorem
ipſius partem fiat electio. nec vox electi computãda eſt
in illa parte maiori.de elect.quia propter.& c.Cumana.
& c.in geneſi.& c.eccleſia.i.& ii. Et ſi dicatur vt ſupra,ꝙ
quando ſunt duæ iſtæ formæ cõcil.genera.ſeruandæ nõ
ſint,nulli tamen dubium,quod concil. Lateran. de his
quæ fi.a ma.per.cap locum habet,quod vult,in ordina-
tionib.quæ fiunt per capitula,concordare debere maio
rem partem.cui concor.lxv.diſt.c.i.ii.& in.lxxxix.diſt.ſi
tranſitus.de tempo.ordi.necepi.nec poteſt negari,quin
concilium Lateran. locum habeat etiam in actib.ele-
ctionum,per decre.pręc.eccleſia.ii.ver.nos igitur, quam
conſtat ſecuram eſſe cõcilium gñale. ¶ Secundo indu-
cuntur iura probantia,ꝙ quis oriri non poteſt a ſeipſo,
xxiii.q.i.didicimus.debet ergo alius eſſe eligens ab ele-
cto,ſicut inſtitutus ab inſtituente.p̄ſentatus a præſentã-
te,baptizatus a baptizante.de inſti.c.ſi.de iur.pa.per no-
ſtras.de bapti.ſ.debitum,alius iudex a quo ab illo,ad quẽ
appellat.de conſue.c.ii.ꝯ.eo.lib.alius emptor,quam ven
ditor.ff.de rerum permu.l.i.in prin.alius dans,q̃ recipiẽs
ff.mand.ſi mandauero.§.ſi tibi centum.vnde p̄ior,vel p̄
ſes non dat ſe tutorem,vel iudicem.ff.de offic.præ.l.fi.de
offi.præ.l.v.de tut.& cu.datis ab his.l.prætor. Hic autem
vnus & idem eſt eligens & electus,ergo &c. ¶ Tertio in
dubitatum eſt.ꝙ ſi duo ſunt iudices,vel arbitri dati ſim
pliciter,ſnĩa vnius non tenet.de offi.deleg.cauſam.& c.
cum cã.ff.de re iudi duo iudices.& l.duo ex trib. & de ar
bi.item ſi vnus.§.item ſi plures.Item nullus iudex in fa-
cto proprio.iiii.q.iiii.c.i.ff.de iudi.Iulianus.ii. C.ne qs in
ſua cã.in rubro & in nigro.nec arbi.ff.de arbit.l.pe. Aeq
parando igitur eligentes iure proprio iudicibus & iure
5 compromiſſario arbitris concluditur, ꝙ alter † ſe non
poteſt eligere,nec per alterum ſolum eligi, ſicut nec ex
duob.procuratorib.omnium rerum alter ab altero exi-
git.ff.de procurato.l.qui duos.¶ Quarto efficax vr̃ obie-
ctio Innocent.ſic dicentis,ad vtrunque caſum, aut ele-
ctus conſenſit electioni factæ,& illa non valuit,quia nõ
a maiori parte,vt ſupra probatum eſt. Item ſm id cum
poſt tres vel ſex menſes datur menſis ad conſentiendũ
electo,eſſet dare,ꝙ poſt tp̄s iur.infra terminum conſen
tire debentis,fieret electio effectiue.quod eſſet abſurdũ,
ſed ad hoc reſpondi in decre.cum in iur.ſuper ver.con-
ſentiat,aut cõſenſit faciendæ, & ſic ambitioſus eſt repel
lendus.hæc ſolutio.viii.q.i.in ſcripturis, i.q.vi. ſicut. de
elec.cum poſt.C.de epiſ.& cler.ſi quenquam.cuius tex-
tum vide.ꝯ.eo.lib.de elect.cupientes,i. reſpon.in glo.ſub
audi.concor.C.lib.xii.de re mili.contra publicam.& vi-
de de electio.officii.in fi.primæ glo. ¶ Quinto oſtendi-
tur,ꝙ ex contrario ſequeretur iniquitas,abſurditas,& p
plexitas.quorum quodlibet ſingulariter eſt vitandum,
multo fortius ipſa coniuncta. facit. de pur.ca.inter.&
clemen.de re iudi.paſtoral.ad fin. Iniquitas, quia datur
materia ambitioni & ſimoniæ,facile enim ſocius pote
rit corrumpere ſocium,facilius enim corrũpitur vnus,
quam plures,vt ſcripſi de cleri.peregri.c.i.ſuper gl.ii.nec
aperienda eſt via talib.facit de iur.iur.l.ſi vero.de diuor.
quanto.in fi.cle.de elec.c.fin.ff.nau.cau.ſtab.l.i.§.i.ff. de
pac.do.l.conuenire.C.de iudi.l.ii.in fi. Abſurditas ĩ hoc,
quia eadem ratione ex tribus vnus ſolus eliget ſocium,
& valebit electio ſecundum id quaſi facta a maiori.qđ
videtur abſurdum,& eſt bonus modus arguẽdi, ſic ele.

in gene.& ca.cum inter.ꝯ.eo.lib. de elect. dudum.& re-
fert Abbas de do.Iacobo Narbõ.ſic electo ab vno ex tri
bus,de quorum numero ipſe erat,& obtinuit,quod ſa-
tis eſt durum.Perplexitas autem, ꝙ ſic inuicem ſe elige-
re poſſent,& tales perplexitates vitandæ ſunt, de reſtitu.
ſpo.literas.circa fin.de app. interpoſita.in fi. Ad hæc er-
go vitanda cõcludamus cum.l.quod difficile eſt, quem
vices duorum gerere.ff.de pact.l.ſi plures.non poterit er
go alter eſſe eligens & electus, ſed ambos oportebit eli-
gere,ſicut de duobus opponentibus dicitur,quando nõ
ſunt plures,ꝙ ambos oportet ad curiam ire.de elect.cu
pientes.§.ſi vero.& facit,quod no.in clemen. de appel.
c.i.in glo.quando ſunt.Sexto inducitur opinio B. & ſe-
quacium no.in decre.cum in iure.de elect.in glo.i.tenẽ
tium,ꝙ compromiſſarii niſi habeant ſpeciale non p̄nt
de ſe eligere.Item opinio Boat. & quo ad caſum eligen-
tium iur. proprio quam ſcripſi, de inſtitutio.ca.fi.ſuper
vlti.glo.Item opinio.G.mã.in compromiſſo,quam po-
nit ſuper ſuo tra.xlviii.¶ Solutio facilis in eligentibus iu
re proprio,& dico electio.valere factam per vnum ipſo
rum de reliquo, tamen ſolet ad omnem dubitationẽ
tollẽdam fieri compromiſſum per ambos in tertium,
qui poſtmodum eligit alterum, vt etiam ſcripſi in præ.
decre.vlti.de inſtit.in fi.tamen & ſi non fiat,ꝙ valeat ele
ctio,probat hæc regula,innuens partem cõtineri in to-
to.tu qui reſiſtis dicis,ꝙ iſte debet habere maiorem par
tem,ego reſpondeo,ꝙ habet totum, & ſi non vis fateri,
ꝙ vox electi computetur in parte,probo tamen,ꝙ com
putatur in toto.cap.quam ſit.xviii.q.ii.dicit, ꝙ de cõgre
gatione fiat concors abbatis electio. ergo electus cõpu-
tatur in electione concordi. alias ibi eſſet ꝯtradictoriũ.
Per eundem modũ inducitur.l.xiii.diſt.quanto.de elect.
cum poſt petitam.de tempo.ordi.dilectus. in princi.de
6 æta.& quali.intelleximus.poſt princ.per quæ patet † ele-
ctionem factam de collegio eligentium dici vnanimẽ
& concordem.Item probatur in electione compromiſ
ſariorum.ſ.ꝙ compromiſſum dicitur concors & vnani
me,licet factum ſit in vnum, vel plures de collegio eli-
gentium. hoc patet.de elect.cum dilecti.in prin.eo.ti.in
cauſis.in prin.& ver.quia vero.de renun. poſt tranſlatio
nem.in prin.& vide,quod dixi ſupra parte i. in princi.&
ver.quinto facit, quod poſt Ho.ſcripſi.ꝯ.eod.licet.ſuper
7 ver.cardinales.vbi dicit,ꝙ ſi duo ſoli cardinales † ſupereſ
ſent,vnus poſſet alterum eligere, q̃n per compromiſſũ
eligunt illi duo.Hoc eſt maius dubiũ ꝑꝑ varietates opi-
nionum circa caſum decre.cum in iure. tamẽ illas hic
non deſcribam,ſed ibi videantur.Duas tamen nõ omit
tam,quæ reſpiciunt caſum noſtrum.Prima gloſſatoris,
& trium ſequacium habet,ꝙ compromiſſarii dati ſim
pliciter de ſe non poſſunt eligere,opinio Ioan. & xii.ſe-
quacium habet ꝯrium,& hos ſequor. Si prima opinio
eſſet vera,quæſtio de duobus compromiſſariis datis ſim
pliciter non eſſet dubia,ſed quia hanc non ſequimur a-
lios caſus non dubios excludamus.Planum eſt,ꝙ ſi vtri
que inſolidum data eſſet expreſſe poteſtas.ſ.quod ipſi
duo & ipſorum quilibet poſſet eligere, quæſtio non eſt
dubia.Idem ſi non eſt data expreſſè ſed tacitè, & quia
dictum eſt,quod de ſe poſſint eligere,& hic optimè pro
cedit opinio Compo.quam ſcripſi in dec. cum in iure.
vbi vide in glo.opponitur. & ſuper.i. glo. Idem quando
non eſt dubia,quando fuit expreſsè denegatum, ne de
ſe eligerẽt.ſupra eo.lib.de teſta.c.ii.de reli.do.c.vno.§.per
ſonis.de exceſ.prę.c.i.ſupra de fideiuſ.quod quibuſdam,
de priuile.quod nonnullis. Idem ſecundum Inn. Com-
po.& G.mã.Idem ſi dictum eſt in compromiſſo, quod
omnes ſint concordes,quia tunc videtur tacitè denega-
tum,ne de ſe eligant,quod non placet,& vide in gl.pro-
xi.alleg.ante fin,ver. quid ergo. & faciant, quæ dixi in
prin.ſolutionis.ſit ergo quæſtio dubia, cum ſimpliciter
8 compromiſſum eſt.& hoc caſu tenuit Ho. & hoc † pla-
cet,ꝙ vnus poteſt alterum eligere, nec oritur a ſeipſo,
ſed vocatus eſt à Deo,& à ſocio,vt ſcripſi in decre. cum
in

In iure.ſuper prima glo. & ſic licet ſe non poſſit eligere, ex perſonis compromittentium petitur ſe coeligere, per prædicta ſit reſponſum ad allegata in contrarium primo & ſecundo & tertio. ad id quod quarto inducebatur, vide, quod ſcripſi in decre. cum in iure. in glo. opponitur. ¶ Ad quintum, in quātum primo timetur corruptio, reſponde per l. ad eos. ff. commoda. enim cura prouidere poſſemus, ne iniuria fieret, ita dico de eorum corrupione. Nam licet facilius vnus quàm etiam plures poſſent corrumpi, fateri oportet, ꝙ etiā puberes poſſent. ¶ Ad ſecundum reſpondeo, ꝙ illud in diſcordi electione, ſed quæſtio loquitur de concordi, vt dixi in prin. ſolutionis. ¶ Ad tertium dico, id euenire poſſe, etiā in forma ſcrutinij, vt no. de elect. eccleſia. ij. in fi. vlti. gl. remediet ergo vt ibi. ad fi. Rn̄det p̄ argumētū, de tāquā.

S V M M A R I V M.

1 *Succeſſores iuris qui dicantur. Et in quotuplici illi ſint differentia.*
2 *Ius agendi mere perſonale non tranſit ad ſingularem ſucceſſorem ſine ceſſione, nec contra ſingularem ſucceſſorem. Et quid de iure perſonali in rem ſcripto. & nu. 4. & 5. 10.*
3 *Hæres vel ſucceſſor actoris vel rei, an conuenire, vel conueniri poſſit per reſcriptum delegationis, re integra, vel non integra. & nume. 6. 7.*
8 *Reſcriptum odioſum reſtringitur.*
9 *Perſonæ identitas iuris fictione, an faciat reſcriptum extendi ad non expreſſum.*

REGVLA XLVI.

quæſtio regulæ,quia impoſſibile videtur ſecundum na-
turalē curſum rerum,vt loquar cū decre. bonæ,de elec.
§.porro.& cum decre. quoniā contra.de proba.in prin.
7 conſtitutiones† nō ſcriptas menti teneri & ſciri per eos,
quos ligare debet,maxime cum in ſe ſint perpetuæ, & p
petuo ligent.xxv.q.j.ad perpetuā.j.q. ij.c.j.& ij.de conſti-
tutio.c.ij.& vlti. & ignoran. illarum non excuſat,vt ibi.
& ſic eſſet iniicere laqueū ſubditis ſtatuentis,contra id.
xxvij.q.j.de uiduis,conſtat enim,ꝙ per curſum longi tē
poris veritas obſcuratur. xlj.q.ij.lōginquitate. & ob hoc p
petuo ſeruanda rediguntur in ſcriptis. s.eo.li.de re iudi.
abbate. concordan. de teſtibus. Albericus, & c.ſignifi-
cauit.Secundo impoſſibilitas oſtenditur,quia hi,qui de
bent conſtitutioni conſentire debent ſubſcribere, vel
ſubſcribi.lxxxvj.diſt.c j. verſic. iſta ſcriptura.cū ſequen.
s de his,quæ fiunt a præl.c.j.& c.quanto.Impoſſibile au
tem eſt eos ſubſcribere,vel ſubſcribi,ſi ex conſtitutione
ſcriptura nō fiat,facit de deſpon.impu.ad diſſoluendū.
8 cum concordan. Tertio,illa ēt† impoſſibilitas oſtendit
per nominis etymologiam,a qua licet arguere.xvj.quę
ſtio.j.ſi cupis.xlij.q.j.clericus.de præben.cum ſm. qui fi-
lij ſunt legitimi.per venerabilem. verſicul.ſane. Sed, vt
dixit Iſidorus quinto Ethim.lex dicitur a legendo. Legi
autem non poteſt,niſi ſcribatur. ergo nec lex nomina-
ri poteſt,cum nomina debeant eſſe cōſequentia rebus.
inſtitu.de dona.§.eſt & aliud. Quid vltra? nonne textus
dicit, quod lex eſt conſtitutio ſcripta. prima diſtinctio.
l.eſt.Cum ergo diffinitio det eſſe rei.&c. multi etiā tex-
tus probant.idem ſupra de præſumpti.ſcribā.iiii.diſtin-
ctio.erit. in fi.ibi,pro cōi vtilitate ſcripta. xxx. q. ii. duæ
ſunt in prin in Auth.vt fac. no.con poſt princ.colla.v.
ibi.ſi ſcripta ſint,faciant,de ſenten.excom. nouerint. &
c.graue.vbi de libris deleri iubentur ſtatuta. Concludit
9 ergo † ex impoſſibilitate vel difficultate, ex legis diffi-
nitione. & per diuerſos textus in conſtitutione requiri
ſcripturam. Secundo,quod ſcriptura ſit de eſſe legis,vel
conſtitutionis,ordiamur ab origine omnis iuris. & pri
mo de veteri & nouo teſtamento cōſtat,quod primus
legiſlator volens populo leges dare, illas proprio digito
ſcripſit in lapideis tabulis. Exo.xxxj. in fine. & demum
in ligneis.Deutero.x. in prin. & canon. dicit ꝙ Moyſes
primus gentis hebrææ legem populo ſacris literis expli
cauit.vij.diſtinct. Moyſes.& Exodi. xxiiii.in principio,
ſcripſit Moyſes omnes ſermones dñi. ſi ergo primus le
giſlator,cuius actio noſtra eſt inſtructio.ij.quęſt.j.Deus
legem dedit ſcriptam. omnis ergo legē condens idem
facere debet.Probatur idem in nouo teſtamēto,in quo
Chriſtus digito ſcripſit in terram. Ioan.viii. & habetur
tertia quæſtione ſeptima.poſtulatus. id, per quod legē
dedit criminoſos ab accuſatione,& in iudicio repellē-
dos, vt ibi patet. idem per iuris ciuilis originem, quod
ius fuit ſcriptū in xij. tabu. vt habetur. ff.de origine iur.
l.ij.poſt princip.quarum qui fuerint authores, habetur
vii.diſtin.fuerunt. Item,vt non per ſolam ſcripturā ha-
beatur iurium certitudo, cum ſubſcriptione & ſub bul
la mittuntur.C. de iuſti.co.com. l. j.ad fin. & in procæ-
miis.vj.& clementi. ad fin.& in Auth. vt diui.ius.colla.
viii. in princip. Concluditur ergo ex origine iuris diui-
ni & poſitiui in conſtitutionibus ſcripturam neceſſa-
riam. Tertio,idem arguitur ex mandatis principum, re
ſcriptis,& priuilegiis.Nam vt notat Accur.C.de man-
da.prin.ſuper rubrica, mandata principum ſunt cōſti-
tutiones ſpeciales.& in illis requiritur ſcriptura.eodem
titu.l.vna.de hoc. xxvii.diſtinct.nobiliſſimus.nec poſſet
probari per teſtes. de hoc.de priuileg. cū olim. & vt ibi
10 patet.Idem † in reſcriptis,quę etiam habent vim conſti
tutionū inter eos,Inter quos conceduntur,vt dixi ſupra
rubrica de reſcriptis. Item in priuilegiis, quæ ſunt leges
priuatæ.iii.diſtin.priuilegia. & de eis iudicare non pōt,
niſi per inſpectionem ipſorum.de priui.porro. eodem
titu. cum perſonæ. ſupra eo. libro, de hoc tamen vide,
quod dixi. s. in procæmio huius libri, ſuper verſi.tranſ-
mittimus. Concluditur ergo etiā in conſtitutionibus
ſcripturam neceſſario requiri.Quarto patet,quod ſentē
11 tię diffinitiuæ † cauſarum ius faciunt inter partes, de re
iudica.cum inter.debent autem fieri in ſcriptis.alias nō
valent.ſupra eodē libro.de re iudica.c.vltimo,cum con
cordan. Certe graue eſt dicere, quia cū diffinitio vnius
cauſæ neceſſario requirat ſcripturā,conſtitutio,per quā
innumerabiles diffiniuntur,& ſubditi puniuntur,ſcrip
turam non requirat? Per eundē modū inducitur decreta.
ſupra eodē libro.de cenſi.Roma.§. poſtquā. cū caſibus
ibi notatis. longe enim maior æquitas hoc caſu requi-
rit ſcripturam,quàm in illis. & ibi ponit textus cauſam
ſcripturæ. ſ. vt nota ſit omnibus illa ſpecialis diffinitio,
quæ ratio fortius vrget in conſtitutione generali, maxi
12 me pęnali. ¶ Quinto,cōſtat,qđ dña rei† apparet ex eius
forma,ſed forma diſtinctiua legis a ꝯſuetudine eſt ſcri p
ta. Vtrūq; enim ius canonicum & ciuile diſtinguit ius
ſcriptū a non ſcripto. Primū vocat legem, ſecundum
conſuetudinē, prima diſtinctione,capitulo ſecūdo, cū
tribus ſequentibus.inſtitu.de iure naturali. §.ex nō ſcri-
pto.& lex de cōſuetudine loquens,dicit eā tantæ autho
ritatis,quod non eſt neceſſe illā ſcripto cōprehendi. ff.
de leg.diuturna.& Limo.per id aūr directe deſignat, il-
lam aduertari in hoc legi. Cōcluditur ergo ſcripturam
eſſe de eſſe,& forma legis & conſtitutionis.Sexto & vl-
timo,ſingulariter inducitur.l.humana.C.de legib.vt pa
tet aperte legē primo modo dictandam per eos,quibus
cōmiſſum fuerit,poſtquā dictata eſt, iterū recenſendā,
& ſi approbata fuerit, demū per principē promulgādā,
Si hoc in principe,fortius in aliis, facit de conſecratio-
ne.diſtin.j.baſilicas.s.de pœni.& remiſ. cum ex eo.in fi.
s.eo.lib.de reſcrip.c.vlti.C.de legi.digna vox. Concludi-
tur ergo conſtitutionē non valuiſſe. & per conſequens
facientē contra non exōicatum. ¶ In contrariū,quod
13 † ſcriptura non ſit de eſſe legis,vel cōſtōnis,vel dei plius
ſubſtantiali forma,inducit. s.e.li.de iureiu.c.j. in fi.xxv.
14 q.c.j.in fi.j.rñ.ad idē.25.q.ii.Inſtitutionis vbi dicitur† de
creta ſedis apoſtolicæ ſcripta vel non ſcripta fore ſeruā
da.& ad hoc quod ibi no. ad idem.j. quæſtio.vii.ſi quis
omnem eccleſiaſticā traditionē ſcriptā.vel non ſcriptā
violauerit.fac.decre.dudū.de ſepul.in cle. ad fin.verſic.

nos

nos etenim. vltra hoc videtur caſus, ſupra eo.lib. de renun.c.j. dicimus, quod ſi conſtitutio Cæleſtini, de qua ibi Bonifacius loquitur, fuiſſet ſcripta, æſtimandum eſt, quod ipſius tenorem poſuiſſet, ne teſtis eſſet in facto ꝓprio. Secundo ſic, multi caſus ſunt, in quibus ſcriptura
15 requiritur, de expedienti, non tamen † de neceſſario. vnde valet actus ſine ſcriptura. hoc patet in licentia clerici, quod poſſit alibi celebrare. xxj. quæſti.ij. lxx.diſt.extraneo. ſufficit tamen, ſi per alias probationes cõſtat. de cleri.peregr.tuę. Idem in licẽtia, quod poſſit clericus ab alio epiſcopo ordina. 30.q.ij.duæ ſunt.de oſ.arch.ſig.ſufficit tamen, quod aliter de licentia conſtet, licet in caſu. ȝ.eo.lib.de temp.ordi.c.j. Idem in profeſſione monialis. xxvii.q. j.omnes fere, quæ tamen tenet ſine ſcriptura .e. q ſciendum ȝ.de regula.vidua. Idem in ſententia ex. de qua hic loquitur, ꝙ quælibet ferri debeat in ſcriptis, ſupra eo.lib.de ſenten.excõm. c.j.aliter tamen lata ligat.licet proferens pœnã incurrat, vt ibi no.in gl.vt quia. Speciales ergo ſunt caſus a iure expreſſi, in quibus omiſſio ſcripturæ vitiat, inter quos iſte deſcriptus nõ inuenitur, per quod concluditur, quod licet vtile & expediens ſit, conſtitutionem ſcribi, non ſcripta tamen valet, & con
16 ſtitutionis ſubditos ligat. Tertio inducitur † legis & canonis diffinitio, quæ talis eſt, lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogãte, veluti cõſule, cõſtituebat. Inſtitu.de iu.na.§.lex eſt.vel, vt dicitur.ff.de le. l.j.lex eſt cõe præceptũ virorũ prudentum conſulto delictorum, quæ ſponte vel ignoranter contrahũtur coerctio, reipublicæ cõis ſponſio. Canon vero eſt idẽ, quod regula. ſed regula eſt, quę recte dicit, nec aliquãdo alior ſum trahit. Cum ergo diffinitio det eſſe rei, & in his nil exprimatur de ſcripto. ergo ſcriptum non eſt de ſuo eſſe, alias eſſet inſufficiens diffinitio. in qua ſubſtantia-
17 le fuiſſet omiſſum. Quarto adducitur † lex prima. ff. de conſtitu. princip. vbi patet id, quod principi placuit, legis habere vigorem. & ibi ſubmittitur, legem eſſe, quod princeps per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cogoſcens decreuit, vel de plano interlocutus eſt, vel edicto præcepit. Et canõ dicit, quod lex eſt omne id, quod ratione conſiſtit. j.diſt in ctio.conſuetudo, ſatis eſt ergo, quod ſubſit præceptum, vel ratio, licet ſcriptura deſit. ff. de legibus.de quibus, verſicu.nã quod ipſe. ¶ So. omnes prædicti Ioan.de Deo, Stephanus Polonus, & Guido tenuerunt cõſtitutionem non ſcriptam tenere, & per cõſequens contra facientẽ, ad cuius notitiam peruenerat, excõmunicatũ eſſe, licet Stephanus fateatur ſententiã iniuſtam, & proferentem incurriſſe pœnam decre. primæ, ſupra eodem.lib.de ſenten.excõmu.vide, quod dicam in fin. & dictum Io. poſuit Guil. in Specu.de legato.§. finitus.verſicu.ſed pone legatus. Item tenuit Ia.de Ra.vt recitat Cyn.in præ.l.j.C.de legi. ſm quẽ non obſtat illa diuiſio, quæ quito dabatur, quod ius aut ex ſcripto, aut ex non ſcripto. illa enim diuiſio eſt ſubiecti ad accidens. ſicut ibi, hominũ alius albus, alius niger. Nec enim obſtat, quod ibi ſequitur de authoritate cõſuetudinis. Illud enim intendit lex, quod conſuetudo. & per frequentem vſum ab omnibus facta non eſt neceſſe
18 quod ſcribatur. ſed legẽ † ſcribi oponet, vt verificetur per omnes populos, non quod ſcriptura ſit de ſuo eſſe, ſed eſt neceſſaria ad ſcientiam inducendã, quia ſcientiam, non ignorantiam volumuſ obligari. C.de tab.l.generali.libro.x. & ſic fit in conſtitutionibus authenticorum in fin. titulorũ. & propter hanc cauſam in ſcriptis reducitur. vt ius humanum, ad quam etiam alij reſpondẽt, quod licet ibi dicatur, quod dictari debeat, & recenſeri, id poteſt eẽ verbote us, & ſine ſcripto. Dicebat ergo Iacobus, quod dato, quod de conſtitutione canonica vel ciuili non eſſet ſcriptura, ligaret nihilominus ſcientes, quia qui certus eſt &c. hoc eod.titu.eum qui certus. cũ concor. Non ob. quod de diffinitiua allegatũ eſt quarto, quia illa minoris authoritatis eſt, quã lex. Pet. de Bel. dicit, quod non eſſet peccatum dicere, quod ſcriptura ſit de eſſe legis. per præ. l.humanum. facit, quod not. in præ.l.j.C.de legi. & ſ.de poſtu.præ.c.j.de interpretatione principis, quæ eſt generalis & neceſſaria & in ſcriptis redigenda. Multum æquitatis habet vltimũ dictum. & licet non reſiſtam ſolutioni prædictæ, cui nec aperte reſiſtit Guliel. vt ȝ. nec Petrus, tamẽ hoc aſſero, quod ſi princeps omnem neceſſitatẽ ſcripturæ imponeret conſtitutionibus inferiorũ. ita quod aliter non valerent, niſi de ſcripto promulgarentur, falſum dixi, quia ſucceſſores ligare non poſſent. ȝ.eo.li.de reſcrip. c.ſi. cum concor. & ſic reſpondetur ad decre.primã, de renun. & ad alia plura iura. hac etiam ratione ad prima tria, quæ pro parte ſuperius priori allegauerã, non reſpondeo. nec me etiã vrget reſponſio, quæ datur ad id, quod de diffinitiua dicitur, niſi cum proferetur a principe. Ad declarationẽ
19 tamen eius, quod in principio ſolutionis † dixi, ſciendũ, quod ſi verum eſt cõſtitutionẽ tenere, ſcienter contra faciens excõicatus eſt, & excõicatio eſt iuſta, nec aliquã pœnã incurrit ſtatuẽs. & in hoc improbo, quod dixerat Stephanus, decr.n.cum medicina. in ſententiis locũ habet. quæ ligant præteritas culpas. & vide quod ibi dixi, ſuper gl. vt quia. & gl.per hoc. non in conſtitutionibus. quarũ propriũ eſt ligare culpas futuras. de conſti. c.ij. & vlt. & differentias inter iſta collige ex no. de ſentẽ.excõ. a nobis.j. & eo.l.e.ti. Romana.§.ſ. & §.caueant. & ȝ. e. li. de conſti. c.ij. ij. reſpon. in ſecũda gl. Si vero diceremus conſtitutionem non tenere, tunc nec ille contra faciẽs ligatus eſſet, nec ſtatuens pœnã incurreret, cum ex conſtitutione, quæ nulla eſt, ligari nõ poſſit. & conſtat acceſſorium ſequi naturam principalis, vt ẽ.tit. acceſſorium.

SVMMARIVM.

1 *Ius amplius in alium quis transferre non poteſt, quam ipſe habeat.*
2 *Cenſitores qui.*
3 *Conſuetudo Mutinen. eccleſię permittens canonicos teſtari de fructibus prabendarum ſuarum percipiendis poſt mortem vſque ad annum, an valeat. & nu. 5. 7. 10.*
4 *Conſuetudinis facultas, & vis, & autoritas. & nu. 6.*
8 *Conſuetudo iuri contraria non valet.*
9 *Conſuetudo an inducatur ex ſola tolerantia.*
11 *Conſuetudo, verbum ſimpliciter prolatum, de qua in dubio accipiatur.*

REGVLA LXXIX.

NEmo poteſt plus iuris.

1 Si ergo † venditor habebat directum dominium, tranſit in emptorem, ſi vtile, illud vtile tranſit. ff. de ac. empti. ex empto. in princip. Idem ſi libera erat, libera tranſit, ſi cum ſeruitute, & ſic trãſit. Idẽ de hypothecaria. C. rem ali. ge. l.j. C. ſine cen. vel reli. l.ii. Item Dyn. dicit, vt ſi ius quod erat penes trãsferentem, erat perſonale. nec ideo tranſit, ſed deſiit quo ad rẽ. vnde licet res pupilli vendentis eſſet in præſcriptione. ff. de acquiren. re. do. ſi bona fide. legitime tamen vendita & tradita vſucapitur. ff. pro em. l.ij. §. ſi a pupillo. Ioã. And.
¶ Prima gl. dicit vnde ſumpta, ponit exẽpla. & concor. Secundo miſcet tria contraria, & ſoluit, inducendo ẽt alios caſus, ĩ qb. fallit. ¶ In j. gl. ibi [*nemo plus*] ſequit̃, iur. ad alium tansferre poteſt, quàm ille habebat. & ibi [*traditio*] ſequitur, non plus transfert in eũ, qui accipit, quã eſt apud eum, qui tradit, & ibi [.§. *nihil*] alias eſt verſicu. ſub. §. ſed is, nihil intereſt, an dominus rẽ tradat, an voluntate ipſius alius tradat. & ibi [§. *finali.*] condemnatur de contumacia, qui iudice iubente nõ eſt paſſus metiri agros, & ibi [*ſi pignora*] ſi per executores ſẽtentiæ prætoris venduntur pignora, eis euictis contra eos de euictione nõ agitur. & ibi [*formali*] quem dominus nõ habet. & tamen illum in alium trãsfert. ¶ In j. gl. ibi [*in vſufructu*] formali. ibi tamen non plus transfertur. Sed per conſtitutionem variatur ſpecies vſufructus, & qui primo erat cauſalis, qui nõ eſt ſeruitus, fit formalis, qui eſt ſpecies ſeruitutis. Dyn. & ibi [*vſucapit*] vel pręſcribit, hoc ſecundum iura vetera. Sed immutatũ eſt per ius Auth.

vt ſpon.

vt ſpon.lar.§ rurſus.& ibi[*in cenſitoribus*]vt no.in §. ſtati
2 allegato.Cenſitores†ſunt,qui ſignant prædia militanti-
bus aſſignanda , vel qoia auferunt illa non ſoluentibus
tributa.& aliis dant, vel iudices.qui vni auferunt,& alij
dant dominium[*& in fine*]de his caſibus no.in prę.l.ne
mo plus.& præ.l.traditio.& inſtitu.quibus aliena.non li
cet.poſt principium.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionē, quam poſt domin.
Archi.diſputaui,q̄ ſic proponebatur.Conſuetudo Muti
3 nē.eccleſiæ† p̄mitit canonicis teſtari de fructibus p̄bē-
darum ſuarū percipiēdis poſt mortem vſque ad annū,
quæritur,an valeat. Primo ad affirmatiuā allegat Gui-
do duas deci.antiquas,& opinio.vii.doctorum.quæ qui
buſdā iuribus & tribus rationibus adiuuatur,addo duos
doctores.vj.iura & quatuor rationes.Secundo in contra
riū inducit v.rationes,ad quas addo duas.Tertio, poni-
tur ipſius ſolutio,& reſponſio ad contraria. Vltimo po-
nitur contraria ſolutio,& efficax contrariorum reſpō-
ſio, & meæ ſolutionis per ius nouū approbatio. Quod
valeat conſuetudo,patet ex antiqua decre.ad hæc.ij.po-
ſita in prima compil.de teſtamentis.& ex decre.j.eo.tit.
in compil.ij.in quibus hæc conſuetudo videtur appro-
bari.per quas hic tenebant Hugo & Lau. xlj.quæſtio.ij.
alienationes.& facit quod nota. aij. quæſtio.v. in ſum-
ma.Inn.& Hoſt.de teſta.cum in officiis.in princip.ma-
gnæ gl.hic etiam tenebat Tan. in præ.decre.ad hæc.per
id,quod dicitur de vaſallo decedente poſt cal.Maij,ante
cal.Octob.in lib.feu.tit.lex regni.c.ſi vaſallus.& ff.de vſu
fruc.l.defuncta. & ibi no.Item Ala.dicens in pręc.decre.
j.de teſta.quod cum clerici perſonis priuilegiatis cōpa-
rentur,tolerabitur conſuetudo ad inſtar aduocati fiſci,
qui reſiduū ſalarij transmittit ad hæredes.C.de aduo. di
uer.iu. poſt duos.Tantorū ergo doctorum opinionibus
fulcita conſuetudo videtur toleranda. Ad quod facit,
4 quod de authoritate & potentia†conſuetudinis dici ſo-
let.de conſue.c.fin.& bene facit.de do.cæterū.de teſta.re
latum.ij Item cōſuetudine percipere poteſt canonicus
abſens fructus præbendæ ſuæ,vt no.de conſti.cum om-
nes.de ele.dudum.ij.gl.pen. quod tamen eſt contra ius,
vt patet de cleri.non reſi.conquerente.& c. inter. de ap-
pellatio.peruenit.ſic & hic,maxime cū mortuus etiam
dicatur abeſſe.de offic. deleg.ſi dele.ſ.eod.li.ff.de verbo.
ſig.mulieris. §. fin. Nam conſuetudo dat iuriſdictionē,
& liberiorem tribuit adminiſtrationē . de foro compe-
tenti.cum contingit.cum concor.ff. quod vi aut clam.
prohibere.§.non tantum. vnde per eam ſolus prælatus
præſentat & inſtituit . quod alias deberet de iure cū ſuo
capi.facere.de his,quæ fi.a præl.ea noſcitur. in fin.de re
5 gula.c.finali.ne ſe.va.c.vno.lib. eodem. Et quod† eccle-
ſiarum conſuetudo ſit ſeruanda, probatur. xij. diſt. illa.
de conceſ.præb.ex parte.in fine.& vide, quod ibi ſcripſi
poſt Hoſt.per quæ concluditur,conſtitutionem valere,
ſm Gul. paucis interiectis oppoſitionibus prius dictis,
iunge Phip.& Goff.qui no.idem de præben. ſignificatū.
vt ibi ſcripſi.facit pro hac parte de cōſue. cum dilectus.
de ver. ſig.abbati.vbi cum longe maiori onere eccleſia
rum procedit conſuetudo.ad idem.ſ.eodē lib.de cōſue.
c. iij. plus ad propoſitum.eod.titu.c.fina. vbi conſuetu-
do impedit plus, quam in caſu noſtro perfectum can.
ſucceſſoris.nec mirū quia impedit effectum nouæ con
ſtitutionis,de conſu.c.j.eo. lib.& effectum reuocationis
papalis.de præbend.ſi is,cui.eodē lib. Item vides, quod
6 †nedum vnius, ſed etiam omnium canon. ſeruitium
impedit conſuetudo per ceſſationem diuinorū. de of.
or.irrefragabili.§.cęterum.& c.ſi canonici.eodē lib.op-
time facit de reſcrip.ſi propter.eod. lib.per quam patet,
quod de conſuetudine fructus primi anni poſſunt de-
beri,etiā ſingulari perſonæ.& ſic mortuo vel ipſius hæ-
rede vel legatario. Ad idem de reſcri. eam te.ſ.eod.lib.
de conſue.c.j.de præb. quia ſæpe.eod.lib.'per quæ patet,
quod conſuetudo vnius miniſtri ſeruitium magis ſub-
trahit eccleſiæ faciendo quem duplicem ſeruiendo. ſci
licet,vt habeat dignitatē & canoniam. ad idem de prę
ben.cum eccleſia.eo.lib.per quam patet, quod etiā per-
petuo nedum ad tempus præbenda & fructus ipſius de
beri poſſunt non canonico.de of.ord.præſenti. de elec.
generali.eo.li. per quæ concluditur pro hac parte. ¶ In
7 contrarium † inducitur quod quæ fiunt contra ius ha
bens perpetuam prohibitionis cauſam, non tenent. x.
diſt.vides.xxv.diſt.imperiali.de fo.compe.ſi diligenti. C.
de leg.non dubium.Sed conſtat iure prohibitum cleri
cos teſtari de bonis eccleſiæ. xij.q. v.§.j.& c.j.ij.& iii.de
teſta.c.cum in officiis.& c.ad hęc.& c.quia.ergo prætex
tu conſuetudinis teſtamentum valere nō poteſt , cum
talis conſuetudo grauamen inducat eccleſiis,de cōſue.
c.j.& ſic nō poteſt iuri ſcripto derogari,cum ſit irratio-
nabilis. & ſic imprææſcriptibilis. eo. ti.c.fi. & facit quod
8 no.xj.di.in ſumma.cap.j. Secundo, hæc eſt†cōſuetudo
omni iuri contraria,& ſic non valet. de iudi. clerici.de
probat.ad noſtram.de iura.cal.cæterum. de elec.cū cau
ſam.de re iudi.cum cū. de conſue.ad noſtrā. & c.cū in-
ter.& c. cum venerabilis. Tertio, ad quæſtionem facit,
quod ſcripſi poſt Vinc.de teſta.ad hęc.vbi not.quod cō
ſuetudo generalis non excuſat clericos dantes in mor-
te omnia mobilia parentibus.facit etiam, xii.q.i.epiſco
pi de rebus. & quod ibi no.& quod dicitur, clericos cō-
parari vſuariis. de hoc de pecu.cle.c.fi.Quarto,decreta-
les antiquę cōpil. ſuperius allegatę inquātum ,remotę
ſunt, adiuuant hanc partem,cum videlicet iniquę per
Greg.& Raymund. fuerunt reſecatę, & ipſa eadem de-
cret. ad hoc fatebatur conſuetudinē non eſſe conſonā
rationi,& ſic fuit extirpanda.lxviii.di.corepiſcopi.Quin
9 to,ad†roborationem cōſuet.inter alia requiritur,quod
de ſcientia principis inducta ſit, non ex ſola tolerantia,
ad hoc de pręben.cum iandudum. & nota. viii. diſtin-
ctio.fruſtra.hoc autem allegans illud probat.& niſi pro
bet &c.per quæ concluditur conſuetudinem non vale
re,ſm Guido. multum facit pro hac parte de cler.non
reſi.c.vno.li.vj.& de teſta.c.ij. & quod no.ſ.eodem li.de
10 offi.ordi.pręſenti.ſi enim vix†conſuetudo tribuit teſta-
ri de perceptis,multo minus de percipiēdis.cum enim
ius canonici & eius titulus extinguatur per mortē.ergo
quod non habet, in aliū transferre non poterit per hāc
regulam. Item ſtatutum , per quod minuitur cultus
diuinus,non valet.de conſt.c.pe.ergo nec conſuetudo,
cum hæc æquiparentur.eod.lib.de conſti.c.j.de iureiur.
c.j.lib.eo.cum ſimili.per quæ concluditur,vt.ſ.¶ Dicit
Guido vltimis allegationibus ſtatutum,ad quod etiam
inducitur de his,quæ fi.a præ. paſto.alle. in prin. vbi di-
cit, prouentus eccleſiarum debere conuerti in ſtipen-
dia miniſtrorū, ſed miniſtri non ſunt,qui non ſeruiūt.
ad hoc de fil.presb.propoſuit.j.quæſtio.ij.c.fina.xii.q.ij.
conceſſo.xvj.q.j. generaliter.Si ergo ipſi non ſeruientes
nō poſſent illos percipere, multominus ad alios tranſ-
mittere,vt in iſta regula inducit etiam præ.decr.cęterū.
de don.inquantum dicit conſuetudo,quæ ſacris cano-
nibus non obuiet . per quod reſpondet ad alia contra-
ria. ſ. quod loquuntur de conſuetudine non im proba-
ta.Item dec.cæterum.loquitur in vno donante,non in
teſtante.& vt dicit ad conſuetu. quæ fit contra eccleſia-
ſticam vtilitatem , non obligaret etiam iuramentum.
de his,quæ fi.a ma.par.cap.c.j.Ad opiniones contrarias
reſpondet,quod a iur.non probātur.& leges inductæ lo
quuntur in laicis,quorum eſt proprietas, quod non eſt
in clericis.xii.qō.j.res eccleſię. de præbē.ratio. hoc ēt,vt
in ſuis reportationibus patet, tenebat.de teſta.relatum.
ij.verſi.licet autem.in fi.huius ſolutionis contrarium te
neo primorū opinionem ſequendo per præ.dec.ſi pro-
pter.de reſcript.& iura poſt eam allegata in fine primæ
partis,cum huic conſuetudini ius nedum antiquū,ſed
etiā nouū adſiſtat, vt ibi, nec mirū. quia per hanc con
ſuetudinē principaliter non præiudicatur eccleſię , ſed
ſucceſſori.& ſibi imputet,quod talem canoniam aſſū-
pſit.quod

pſit, quo reſpectu facilius videtur cõſuetudinem hoc pmittere poſſe de pcipiẽdis, q̃ de pceptis. de illis dico, in qbus alias ſuccederet eccleſia. & per hoc fere ad oĩa cõtraria ſit reſpõſum. Nego etiam id, quod dicitur, decretales antiquas remotas, vti iniquas. ſed dicit, quod remotionis vel non inſertionis cauſa fuit illa, quę ſumitur ex dec. ſupra eo. de cogna. ſpi. in fi. ne ſcilicet, ab illis eccleſiis, quæ talẽ non habent conſuetudinem, id traheretur facile in exemplũ. & ſi dicis, quod decr. primæ compil. fatebatur conſuetudinẽ irritabilem, licet diceret illã tolerandam, confiteor. ſed dico, quod decr. poſterior ſecundæ compil. & eiuſdem authoris approbat illam, ſuper ea dando legatariis iudicem. Ad decr. vni. de cler. non reſiden. & ad id, quod dicit non ſeruiẽtẽ, quod nõ perciperet, ad alios non poſſe trãſmittere. ratio illa procederet in quotidianis diſtributionib. ſed quæſtio formatur de fructibus præbendarum, de illis ergo diſtributionib. viuit ſucceſſor canonicus, nec credo dec. pñti. de of. or. §. porro. hñe locũ in pb. ne i illis de facto ſeruatur, dec. in ſuſcepti. quæ in fi. allegabatur, bene habet locum in ill. dec. ij. de teſta. loquitur in monacho, contra cuius ſubſtantialia non valet conſuetudo. Hãc autem ſolutionem intelligo de conſuetu. præſcripta. eod. tit. c.
11 iii. & de of. or. præſenti. lib. eo. Nam † & verbum conſuetudinis ſimpliciter prolatum, ĩtelligitur de pſcripta, vt probatur, de elec. Cumana. & multo fortius, ſi tanto tẽpore ſeruata eſſet, quod ipſius contrarij nõ eſſet memoria. de ver. ſig. ſuper quibuſdam. de præſcrip. c. j. li. eo. cũ ſuis concor. Adiuuat hãc ſolutionẽ, & impugnat contrariam, quia in multis eccleſiis viget & viguit hęc cõſuetudo, in quibus minime mutandum eſt &c. ff. de le. minime. maxime, cũ in illis canonicus ſuccedẽs mortuo, ſi vixit quinquẽnio, dato quod fructus anni poſt mortem recipiat, ſolum quinquennij fructus reperiatur habere. Solutio mea eſt hodie approbata per extraua. Ioã. quæ incipit, ſuſcepti. & vide, quod ſcripſi. §. de of. or. præſenti. eodẽ lib. ſuper ver. reſeruati. Ad hanc regulam reſpon. quod transfert canonicus ius, quod habet virtute conſuetudinis. Regula, prout allegatur, procederet, vbi non eſſet conſuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio filij an noceat nepoti, ſi quo caſu contingat querelam inofficioſi ad eum deuolui. Et an filius priuetur feudo ob patris delictum, diſting.*

2 *Interdicto lato in conſiliarios, vel vniuerſitatem, an contradicentes vel abſentes ſint interdicti, Vbi & de repreſalijs ſubiecta quæſtio.*

3 *Culpam alienam faciens propriam punitur aliquando, negligẽtia aut diſſimulatione.*

4 *Ciuitas, villa ſiue caſtrum tenetur præſtare damnum, ſeu prædam factam in ſuis diſtrictu & finibus, vbi & negligentia rectorum nocet ciuibus.*

5 *Sententia lata contra ciuitatem vel populum ligat ſingulos, propter iuris impoſſibilitatem.*

6 *Ius ſibi dicere an & quo caſu quis ſibi poſſit.*

7 *Iudex eccleſiaſticus quando poſſit adiri in defectum ſecularis.*

8 *Repreſaliarum viam quando vtendum. Et quando in res, quando item in perſonas.*

REGVLA XXII.

NOn debet aliquis. Dyn. ponit [exẽplum. ff. de bo. poſ. contra ta. l. iii. §. ſi eman
1 cipatus, † vbi exhæredatio filij nõ nocet nepoti, ſi quo caſu contingat inofficioſi querelam ad nepotem deuolui, quod quomodo intelligatur, hic videas per eum. Item exemplum. ff. de pœn. crimen vel pœna. & de decurio. l. ij. §. in filiis. vbi propter delictum patris filius pœnam, vel maculam non contrahit, licet fallat in exceptis, vt in gl. ſed contra. ff. de bon. li. quæritur, vbi exhæredatio filij nocet nepotibus ex eo natis, & in eius poteſtate cõſtitutis, diſtinguit Dy. aut agitur de his, quæ mediãte miniſterio filij patri quæri poſſunt, aut de his quæ quæri non poſſunt. Primo caſu locum habet lex contraria. ſecundo caſu diſtinguit. Aut obueniebat ab ipſo patre, & hoc caſu delictum patris nocet filio. aut obueniebat a genere vlteriori, aut a ciuitate, aut a rerũ natura. & his caſibus non nocet. ff. de inter. & rel. l. iii. de iur. pa. diui fratres. & per hoc dicit ſoluitur quæſtionẽ de filio, an propter delictũ patris priuetur feudo, & dicit quod ſic, ſi erat paternum. ſi vero a rerũ natura vel genere vlteriori, non, per prædictã l. iii. de inter. & rel. & de hoc. ff. de in jus vo. adoptiuũ. in fi. & s. de feu. c. ij. in gl. fi. ¶ Prima gl. ponit exempla. Secundo obiicit de tribus iuribus, reſpondet, remittit, & dat ſimilia. Iterum ſucceſſiue format v. obiectiones, quas ſoluit. Tertio dat ſimile ad regulam, & continuat l. proximã. ¶ In j. gl. ibi [*ſortiſmus*] propinqui, noti & familiares non puniuntur, ſi ſocij non fuerant. & ibi [*procuratoris*] ſequitur, ſcientiam & dolum domino nocere debere, nec Pomponius dubitat, nec nos dubitamus. & ibi [. §. *cæterum*] in fi. ſi proſcripſi, ne cum inſtitore ↄhatur. ſed illud a pluuia, vel aliter deletũ eſt, & inſtitor tecum contraxit, ad te decipiendũ teneor, niſi fraudis particeps fueris. & ibi [*obſeruare*. §. j.] ſi vxores, pconſulũ in prouincia delinquunt, a procõſulibus ratio & vindicta exigitur. ¶ In. j. gl. ibi [*per totum*] dicebat Io. mo. vnius delictum quandoque cauſat defectum in alio. vnde eſſe non legitime natũ, non eſt nota delicti, ſed defectus. de pur. ca. accedens. & ſic tu cum intelligitur regula, quod non impingitur in toto, licet in tanto, illegitimi tamen alieno vitio laborãt, & ideo digni ſunt venia. C. de natura. li. l. legem.

QVAESTIO.

2 Hæc regula facit ad quæſtionẽ, quam † plene ſcripſi. s. eo. li. de ſen. e. excõ. ſi ſen. in gl. quo caſu. ſ. an interdicto lato in conſiliarios, vel vniuerſitatẽ, contradicẽtes aliis, vel abſentes ſint interdicti. & ideo illa prætermiſſa proſequar quæſtionẽ repreſaliarũ diſputatã hic per Guid. epm tunc Mutin. & nunc Concordien. qua quærebat, ſi Bonon. ſpoliatus in diœceſi Florent. qui poſt requiſitionem pluries per cõe Bon. ad cõe Florent. & eius rectores, vt iuſtitiã de prædonibus faciant ciui ſuo ſpoliato, quod neglexerunt, obtinuit a cõi Bon. repreſalias cõtra ciues Floren. & demum cœpit vnũ ex illis ciuibus Floren. a quo exegit æſtimationẽ integram ſuæ prædæ, an ſaltẽ in foro conſcientiæ reſtituere teneatur? Primo
3 ad † negatiuã inducentur quatuor copioſæ rationes. Secundo totidem in contrario. Tertio ponetur triplex ſolutio. Et quod non teneatur ſic oſtenditur. cõſtat, quod pœna & corporali, & temporali ac ẽt ſpirituali præter excõicationem certis caſibus punitur vnus pro alio, & l. diuina. ſufficiat remittere ad exempla, q̃ habentur. j. q. iiii. §. item peccato, & q. xiiii. q. iii. § j. & materia vtrobique no. in ſummis ipſarum quęſtionum. & vide quod hoc in gl. no. per quod videbis, ꝙ hęc regula propter id non vitiatur, quia puniunt aliquando, qui alienã culpam facit propriam, nam quãdo ciuitas, dominus, vel populus negligit de ſubdito iuſtitiam facere, in caſu noſtro delicto conſentire videtur. ij. q. vij. negligere. lxxxv. di. facientis. xlv. di. illud. de ſen. ex. quãto. & c. dilecto. lib. vj. per quæ iura patet. quod ẽt non improbans approbare videtur. ad idem. ff. furti aduer. nau. l. j. §. vlti. & de noxa. l. ii. & iii. & ideo canon permittit bellum contra tales moueri, quod iſto caſu iuſtum dicitur. xxiii. q. ij. dñs. & facit, quod ibi no. de Pileo contra nuntios regis Angliæ. cum iuſtitiæ neceſſitas ad id compellat. ea. cauſa. q. j. noli. & quod in iuſto bello quis acquirit, ſuũ eſt. 33. q. v. dicat. ff. de acqui. rer. do. l. naturalem. in fi. ergo talis reſtituere non tenetur. & de materia vide, quod plene ſcripſi poſt Inno. & Hoſt. de re. ſpo. olim. j. ſuper ver. duxeritis. & maxime poſt pri. ver. authoritate. & i fi. ver. ſi non ſit. & quod ſcripſi poſt eoſdem de ap. dilectis. in gl. no. appellationem ver. hoc autem dubium. & per has remiſſiones plura de quæſtione decidam. Secundo ſic,
4 vt dicit can. quod iu. † poſſidetur, non eſt alienum. illud autem

autem iure poſſidetur, quod iuſto.xxiiii. q.iiii.qđ dicā.
& ſupra de verb. ſign. Ius dictum. Iuſte autem poſſidet,
qui authore prętore poſſidet.ff.de acqui.poſ.l.iuſte.talis
eſt iſte poſſidens authoritate cōis Bon. ergo &c. xiiii. q.
v.dixit. quod autē cōe Bon. iſto caſu ſit prætor & cōpe
tens iudex, probatur. ff.de incen. rui. nau.l.ne quid. vbi
naufragio damnū paſſus Inſerentē vel poſſeſſionis do-
minū, qua nauis declinauit, perit per loci præfectū ad
præſidē mitti, per quam l.dixit Dy. iuſtificari ſtatuta &
conſuetudines Italiæ, qualia ēt Gui. ſe feciſſe dicit in pa
trimonio.vide in ſpe.de rap.poſt prin.per quæ illi de vil
la vel caſtro tenetur emendare prædā factā in ſuo ter
ritorio. ſic ergo teneatur & ciuitas ad prædā factam in
ſuo diſtrictu.ad idem.C.li.xj.de naufra.per totum.gl. ta
men in præ.l.ne quid. ſub dubio forte, dicit, ignorantē
non teneri, quando extraneus derobauit. non mirum
ergo, ſi Bon.eſt congruus iudex, cum propter negligen-
tiam Florē. mereatur iuriſdictione priuari. ſupra de of.
or.ſignificauit.xj.q.iii.ipſe ligandi. & auferri debet regi-
men, vel regnū, & dari genti facienti iuſtitiam.eccl.x.
in princip.& Matthæi.xxj.in fi.& xxiii.q.vij.c.ij.Itē non
mirū, ſi negligentia rectorū nocet ciuibus, cum etiam
negligentia procur.noceat domino, ſupra eo.li. de elec.
ſi compromiſſarius.& imputet ſibi, qui tales elegerunt.
ff.de minor.cum mandato.Item, propter delictum ſin
gularium ciuium reliqui & ciuitas priuantur dignita-
te epiſcopi.xxv.q. vj.ita nos.& fortius propter delictū re
ctorum.ſupra.eo.lib.de elec.vbi periculum.§.ciuitas.&
de pœn.fœlicis.in fin.ergo &c. Tertio adducitur, quod
5 †ſententia lata contra ciuitatem, vel populum ligat ſin
gulos, propter iur.impoſſibilitatem.ſupra eo.lib.de ſen.
excom .ſi ſententia. erit ergo idem propter impotentiā
facti, cum iſta duo æquiparentur.ſupra de reſcrip.ſciſci-
tatus.nec mirū, quia ex delicto ſingularium dicitur vni
uerſitas delinquere.ſ.cum id agunt minores, vel maior
pars vniuerſitatis. ff.ad municp. quod maior.& ff.eo.ti.
aliud.§ refert.i Aut.vt iu.ſine quo.ſuf §.cos. & vide qđ
no.de ſimo.dilectus. j.& caput & mēbra.eo.iur.cēſent.
xii.diſt.c.j.q.iii.ſi quis epiſcopus.de præſcrip.cum non li
ceat. Et prædicta maxime vera in corpore, quod habet
partes diſtantes.de hoc de exceſſ præ. dilecto. ſingularis
ergo Florentinus detineri potuit. & ad ſatisfactionem
cogi ex culpa regētium .ſicut alias liber inuitus de-
tinetur pro debito pecuniario. de iureiur. ex reſcripto.
xxiii.qō.viii. vt pridem. Quarto inducitur.ff.de his quę
6 in frau.cre.ait†prætor.§.ſi debitorē.vbi propria authori
tate quis capit debitorem fugientem, ſi iudicis copiam
habere non poteſt. fortius ergo per ar.a minori hæc ca
ptio, de qua loquitur quæſtio, fieri potuit authoritate
iud.nō pertimeſcat ergo crimen, qui ſcit vltionis arbi
trium ſibi fuiſſe conceſſum.C.de meta.deuotum.li. xli.
vbi nota.& C.de iudę.l.nullus.aliqui caſus, quibus quis
ſibi ius dicit, ſed vide xxx.caſus plen⁹ collectos i Spe.de
actore.§.j.ver.item quod vult, ex quibus etiam vel quo
rū aliquibus poſſet materia dilatari. Item patet idem a
contrario prædictę.l.nullus.C.de iude.nam ſi vbi vigor
iudiciarius & tutela publici iudicij ceſſat vltio. ergo vbi
prædicta non habentur, non ceſſat vltio, cum ceſſante
ratione, & cauſa ceſſet cōſtitutio prohibens, vel permit
tens.xxj q.ii.§.vlt.xvj.q.j.generaliter.quæ eſt.l. C.de epiſ.
& cler.de ver.ſignî.abbate.in fi. ff.de offic.eius cui mād.
eſt iur.l j.de his, q̄ fiunt a præla.cum apoſtolica. in fine.
7 ¶In contrarium† inducitur regula pactum.hoc eo.tit.
cum ꝯcor.ſuis.& quod extortum per repreſalias ſit ma
le ablatū, probatur.l.diuina. ſecundum quā & filius nō
portabit iniquitatem patris. Ezechiel.xviii.j.q.iiii.Iudęi.
xxiiii. q.iii.§.j.eſt etiam id contra naturalem æquitatē,
ſm quam cum aliena iactura quis locupletari non de
bet.hoc eo.ti.locupletari. cum concor.Item nota ratio
nem legis, quæ potius vult nocentem abſolui, quā inno
centem damnari.ff.de pœni abſentem.in prin Item cō
tra hanc regulam cum ſuis exemplis: conſtat autē iſtū
Floren.ex facto proprio non teneri, quia nec ſpoliauit,
nec mandauit, nec ſuo nomine factā ratā habuit.ergo
nō tenetur.de reſti.ſpo.cū ad ſedē.In denegatione iuſti
tiæ non peccauit, quia iudex non erat, ſi fuit de iudices
vel conſules eligentibus, ēt non tenetur, quia non vide
tur mandaſſe, quod iniuſtū faciant.ff.de procu.qui pro-
prio.§.itē ꝯ. Nec dici pōt. quod tacendo conſenſerit.cū
ille Florentinus per ſuā ꝯdictionē iniuſtitiam remoue-
re non pōt.ſuper quo vide, quod no.de præſump.nōne.
& hoc eo. ti.is, qui tacet. Et ſi dicatur, licet ſinguli non
poſſent, vniuerſitas tñ poterat, rñdetur, quod vniuerſi-
tas quæ dicitur in culpa fuiſſe, ipſa puniatur, cū ſit obli
gata ex quaſi maleficio, per præalleg.c. dominus. xxiii.
q.ij.ſed obligatio vniuerſitatis non afficit ſingulos, quia
ſicut debitū vniuerſitati nō debetˉ ſingulis, ita qđ dēt vni
uerſitas nō debētˉ ſinguli.ff.qđ cuiuſ.vni.l.ſicut.ſ e. li.de
ſen.ex.Ro.in fi.xii.q ij.q manumittit.& facit, qđ no.c.q.
ep̄s, qui mancipiū. de ſi. dilectus. & optime facit. quod
poſt Inn.ſcripſi, de ſen.excō.grauē.in gl. ciues.Itē cōſtat
quod in his, in quibus detrahitur iuri ſingulorū requi-
ritur diuiſim conſenſus. iuxta no.de conſti. cū omnes.
Secūdo oſtenditur repreſalias eſſe ꝫ omnia iura.& pri-
mo ꝫ iura, quæ tuitionē dant peregrinis, negotiatori-
bus & viatoribus.xxiiii.q.iii.ſi quis romipetas.de tre. &
pa.c.ij.& dixit lex.quod vti via publica nemo recte pro
hibetur. C.de ſerui. per agrū.& viæ publicæ deſeruiunt
vſibus priuatorū.ff.nę quid in lo.pu.l. ij.§.j.Itē ſunt ꝯtriæ
legi, quę liberū hominē prohibet pro debito retineri.
ſ.de pign.c.ij.C.quæ res pigno.ob.poſſent. qui filios. C.
de act.& obli.l.ob æs.& auth.Imo.Itē iuribus, quæ præ-
cipiunt iudicij ordinē obſeruari.ij.q.j.per totū. vt lii.nō
conte. per totū. C.de ſen.& inter.l. prolatā.in Auth.de
hære.& fal.§.inordinatū.Itē, cū ius prohibeat ſequeſtra
tionē bonorū fieri ꝯ verū debitorē. C. de prohi. ſeque-
ſtra.l.j.multo minus licebat ꝯ non debitorē fieri appre-
henſionē.Itē iuri prohibenti, quē ligari ſnīa, vel ſnīa
nō ſui iudicis.vide de iu.at ſi clerici.de cōſu. ad noſtrā.
C.ſi a non cōpe. iudi. per totū. Itē iuri prohibenti item
ēt ſua authoritate propria auferri, vel quē ſibi ius dice-
re.C. ne quis in cā ſua.l.i.ff.quod metus cā. extat. C. vn
de vi.ſi quis in tantā.nā ēt iudex propriā iniuriā punire
non debet.23.q.iiii.inter querelas. & q.v.de occidendis.
multo minus priuatus. Et ſi dicatur, quod iſte nō fecit
authoritate ꝓpria, ſed cōis Bono.rñdetur, quod cōe nō
erat iudex cōpetens, vt dicetur infra. Itē ēt imperator
nō poſſet hoc facere, quod alter alterius debitū ſoluat.
C.de preci.impe.offe.l.quoties.& l.nec damnoſa.& l.re
ſcripta.can.xxv.q.ij.multo minus hoc poterit iudex in
ferior.Itē, vt no.33.q.ij. inter hoc.ciuilis lex non poſſet
per ſe ſine permiſſione canonis dare immunitatē a cul
pa, cū dare non poſſet immunitatē a pœna.multo mi-
nus hæc poterit municipalis. Peccauit ergo iſte, & ſic
in foro conſcientiæ ad reſtitutionē tenetur. Tertio eſt
ꝯ ſpoliatū, quia nō fecit, quod debuit.debebat.n.ſpoliā-
tē conuenire corā iudice Florentino, quod ſi neglexiſ-
ſet facere iuſtitiā, facit litē ſuā.Inſti.de obli.quæ ex quaſi
delic. in prin. quare iudicē & vniuerſitatē tūc corā cō-
petenti iudice poterat cōuenire. Sed quod cōe Bon.nō
ſit tunc cōpetens iudex, patet, quia ꝯ ſpoliantē non, qa
in cā ſpoliationis nō deuoluitur iuriſdictio propter iu-
dicis negligentiā ad aliū minorē, vel parem, niſi vbi ius
exprimit.de iudi.qualiter.ſ eo. li.de ſup.ne præla.c.j.nō
ob.de off.ord.ſignificauit.vbi ſpeciale propter periculū
animæ.Itē, ꝯ iudicē denegantem non, quia ſpectat ad
eius ſuperiorem punire illius negligentiam. & non ad
parem.xxiii.q.v. adminiſtratores.de ele. innotuit. non
ob.ff de incē.rui.na.l.ne qd.quia ſpeciale illud, vt ibi no.
cōpetens ergo iudex illius eſſet præſes vel princeps. Nec
ob.ſi dicatur, Florentinos nō recognoſcere principem,
nec ei parere, quia tamen per ipſum militari manu de-
buit conſequi rem ſuam. xi.q. i.petimus.vbi de hoc. &
ff.de rei ven. qui reſtituere.& ſic debet intelligi. cap.do-
minus.

minus.xxiii.q.ij.& ꝙ iſte ſit verus intellectus, collige ex
no.per Inn.& Hoſt.de iur.iur. ſicut.j. deficiente princi-
pe adiri poteſt papa.de for.com.licet ex ſuſpecto.& dio
ceſanus ẽt ex negligentia ſæcularis.eo.tit. ex tenore.Ad
præmiſſa facit,quod no.Hoſt.in ſum. de treu.& pace.§.
quod ſit iuſtũ bellũ.concluditur ergo,cõe Bon. non ha
buiſſe iuſtũ bellũ, quod ad ſpolia lucranda oportet ex
edicto ſuperioris geri.xxiii.q.j.qd culpatur.ibi, legitimo
imperio iubente.j.q.ij.c.j.Vltimo videtur quæſtio non
dubia cum expreſſe & cũ pœnæ adiectione prohibitæ
ſint repreſaliç a lege.In Auth.vt non fi.pign.§.j.colla.v.
vnde ſumpta eſt auth.omnino.C.ne vxor pro ma.& ſu
pra eo.li.de iniur.& dam.da.c.j.¶ Soluẽdo recitat Gui-
do opi.Arch.in præ.decre.j.de iniu. quod pignoratio-
nes,per quas innocens puniatur pro nocente, dari non
poſſunt, per ſupra proxime allega. putat tñ, quod ↄ do-
minũ & ciuitatẽ negligentẽ dari poſſunt,præmiſſa mo
nitione,& præcedẽte ſnĩa iudicis ipſius, & ſpoliati ſup
negligentia & defectu iudi.ipſius ſpoliantis.& ſic intel-
ligit.c.dominus. & hoc habuit a Gui.Speculatore,qui
ſic notauit in præ.c.j.de iniur.ſed ipſe Guid. non putat,
quod iudex ſpolians pignorationes poſſit cõcedere cõ-
tra illos,qui ſuæ iuriſdictionis non ſunt, cum non ſit iu
dex ipſorum,imo nec ſpoliatoris,nec iudicis negligen-
tis,vt dixi ſupra parte.ij.in tertia ratione.& hoc verum,
vbi ſpoliatus nullũ omnino ſuperiorẽ inuenire poteſt,
coram quo iudicẽ ſpoliantis conueniat.de raro poterit
euenire,cum in tali defectu ſecularis iudicis eccleſiaſti-
cus iudex poſſit adiri,vt ſ. dixi.vbi omnino nullum in-
ueniret iudicẽ,locus ſit opinioni Archidiaconi.c. ergo
dominus,quod dicit,gentem vel ciuitatẽ plectendã,in-
telligatur authoritate ſui iudic. vt intellexit Ioã.Fab. &
tunc ſi rebellis fuerit ſuo iudici, bellũ & repreſalias in-
dicere poterit ↄ illos,ſed alius hoc nõ poterit,niſi in de-
fectum,vt ſupra.& ſic intelligit no.per In. in c. dilectis.
8 de appel.Eſt ſciendũ,quod † Iac.de Beluiſo hanc quæſtio
nem,quam poſuit Pe.in Ant. vt nõ pig.fi.tenuit, quod
vbi pro Iuſtitia poteſt ad ſuperiorẽ haberi recurſus,non
eſt locus repreſaliis.In Auth.vt di.iudi.§.j.& ij.& §. ſi ta
men contigerit.& in Authen.de quæſto.§.ſi vero. alias
concedi poſſunt.& reipublicæ ꝓpter iniuriã vel iniuſti
tiã ſibi factã,& propter eandẽ cãm & priuatæ perſonę,
allegat.c.dominus,nã ſi, vt dicitur,licet eo caſu pugna-
re inſidiis.fortius ergo per viam repreſaliarũ concedere
tur,tñ ſolũ ↄ delinquentes,l.ↄ magiſtratus,officiales, &
conſiliarios iuſtitiã denegantes,allegat.ſ.eo lib.de ſent.
excõ. Romana. in fi. ff.quod quiſque. iur.l.j. ff.de dol.l.
ſed ſi ex dolo.§.j.vbi de hoc.Item contra vniuerſitatem
iuſtitiam denegantem.ff.quod metus cauſa.metum. §.
animaduertendũ, & quod cuiuſque vniuer.ſicut, §.j.&
ff.eo.ti.aliud.§.refertur.& ↄ dominũ, & eius ſubditos ſi
bi auxiliũ præbentes ad iniuſtitiam. ſ.eo.li.de ſen.excõ.
ſi ſnĩa.§.j. C.de hæreti.auth. ſi vero dominus.& ↄ prin-
cipalem debitorẽ,& eum, qui res detinet.ff.de his, quæ
in frau.cre.ait prætor.§. ſi debitorẽ. cum concor.& vbi
decu. vel coar.con. l.j.de decur.l.generaliter.lib.x.& his
caſibus non ſolũ in res,vt in §.ſi. debitorẽ. ſed & in per-
ſonas cõcedi poſſunt. Cum enim iuſtitiã denegãtes ha
beantur pro condẽnatis, quod patet quia poteſt eis in-
dici bellũ,& ipſorũ res apprehendi, vt præ.c. dominus.
& ff.de rei vẽ.qui reſtituere.ne vis fiat ei.l. ſi quis miſſus,
in prin.C.de epi.& clericis.l.raptores.& condẽnatus ca-
pi,& in carcerẽ detrudi poſſit . C. qui bon. ce.pol. l.j.&
idem in debitore,qui patrimoniũ diſpergit, vt creditor
ad ſibi debitũ peruenire nõ poſſit.ff.de his, quæ in frau.
credi.l.fina.§.vlt.ergo hoc caſu ẽt perſonę capi poterũt
dixit aũt nullo modo repreſalias poſſe concedi ↄ perſo
nas ſingulares, quæ non deliquerunt , cum pro delicto
vniuerſitatis vel domini non teneantur ſingulares per-
ſonæ,allegant decre.Romana,& ibi ſequẽtia,quæ poſt
ipſum ſuperius allegaui. & no.per Inn. de ſent.excom.
graue,de reſtitu. ſpo.olim. de iureiuran.ſicut,de for.cõ-
pe.poſtulaſti.de appel.dilectis. ſubdit autem, quod licet
repreſaliæ priuatæ perſonę certis caſibus cõcedi poſſint
vt eſt dictum , non tñ illi concedendũ eſt. quod perſo-
nas detinere,vel in vinculis ponere poſſit, & de rebus ſi
bi ſatisfacere, ſed vt perſonas & res iudici præſentare,vt
in publico carcere cuſtodiantur , & vt ſibi de rebus au-
thoritate iudi.ſatisfaciant, quia non eſt ſingulis conce-
dendũ,quod magiſtratibus competit. ff.eod.tit.non eſt
ſingulis. & hoc propter vitandos tumultus,vt ibi. & ne
fiant exactiones illicitæ , ff. de officio præſidis . illicitas.
in princ.& §.j.& §.ne potentiores.cum ſequentibus.&
ne detur occaſio iniuriarum , vnde iura naſcuntur. ſu-
pra de accuſat.qualiter.j.C.vnde vi.meminerint.& hoc
caſu poſſunt intelligi gl.C.com.epiſ.l. iudex.ff.de acqui
renda poſſeſſione.iuſte.& facit.l.ob æs.& auth. imo.C.
de actio.& oblig.& ipſa auth. vt nõ fi.pign.in prin.& §.j.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum nudum,non parit actionem,nec obligationem.Et qualiter agatur ante moram.*
2 *Quæſtio facti.*
3 *Fructus tranſeunt cum onere ſuo.*
4 *Prælatus an æquiparetur vſufructuario.*
5 *Plus petit,qui alio tempore petit.*
6 *Decimæ reales poſſeſſorem ſequuntur.Et an illæ reſpiciant ſucceſſorem.*
7 *Pro rata quibus caſibus quis teneatur.*

R E G V L A L X.

NOn eſt in mora. Ioan. Mona. dicit ponen-
1 dum † caſum per.l.ff.de cõpen.cum alter.&
l.ſe.ff.de iud.non videtur.ff.de re ind.contu-
macia.§.vlti.ff.de vſur.cum quidam.§.ſi pupillo.¶ Pri-
ma gl.exẽpla ponit,dicit,vnde ſumpta. ſecundo reddit
rõnẽ,& ponderat,quod dicit.¶ In j.gl.ibi[*nulla intelligi-
tur*]ſequitẽ mora,vbi nulla eſt petitio.& ibi [*nihil intereſ-
ſe*]ſequitur, ipſo iure quis actionẽ nõ habeat,an per ex-
ceptionẽ infirmet.¶ In i.gl.ibi,[*non eſt in mora*]ita quod,
prout dicit Dy. ab oĩbus effectibus morę quos poſt eũ
ſcripſi in regula,mora.ſup.j.gl.exẽptus erit,& indẽnis.&
ibi[*naturali tantũ*]vt ꝑ nudũ pactũ, quod ſm leges actio
nẽ vel obligationẽ nõ parit.ff.de pac.iuregẽ.§.ſi igitur.
Quod verũ dr,ſed caſualiter fallit,vt ibi no. ſed ſequen
do ius ciuile opponit Dyn. ad regulã de l.ſi pacto. C.de
pact.vbi promiſi pœnam per ſtipu.ſi non facerem.& tñ
ibi agitur ex ſtipulatu, nec ꝓcedit mora,ipſe dicit quod
ibi non agitur ad id quod debetur ex pacto nudo . ſed
ad id, quod debetur ex ſtipulatu , cuius occaſione forte
ſequeretur,quod dentur pacto , & eſt ſpeciale,quod agi
tur ex ſtipulatu pœnali ante moram, ne cõtractus om
nino ſit inutilis,fatetur, quod hoc non procedit de iur.
can.de pac.c.j.& in fi.idem Dy.ad hoc.ff.eo.l.nihil.& ff.
de exc.l.ij.de replicatione plene ſcripſi.ſ.de exc.a nobis.

Q V AE S T I O.

Hæc regula inducitur ad quæſtionem facti diſputa-
tam per dominum Ioan.de monte Mur.quæ talis fuit.
2 Impoſita fuit per papã Calen.Iunij decima † triennalis
ſoluẽda per prælatos & clericos eccleſiarum de annuis
ipſarum prouentibus de menſe Martij ſingulis annis
ſub certis pœnis , & datis collectoribus, vt eſt moris, &
tunc domi.Ioan.præerat eccleſiæ Paduanæ,& illius an-
ni prouentus percepit,qui demum trãſlatus fuit ad ec-
cleſiam Bon.Cal. Ianua.& do. O.tunc fuit prælatus ec-
cleſiæ Paduæ, & vterq; ſuam eccleſiam ſtatim poſſidet,
neuter ipſorum de menſe Martij primi ſequentis de-
cimam ſoluit , quærebatur , quis ipſorum incideret in
pœnam,& quis ex illis ſoluere tenebatur. Pro vtroque
inducuntur quatuor rationes. Secundo ponitur quędã
opinio,ſolutio, & ad contraria reſponſio.Pro vtroque
inducebatur hæc regula. Primo, quod ipſe Do.O. non
3 fuiſſet moroſus,cum defenſionem legitimam † habe-
ret,

ret.ſquia illa decima debebatur a fructib. & ſcdm quā-
titatem ipſorum in illis partib. vbi non eſt taxatio, ſed
dñs lo.fuerat collector fructuū, & ſciebat quantitatem
ipſorum.ipſe igitur ſoluere debebat decimam, cum ad
illam teneatur perceptor fructuum.de decimis.tua no-
bis & c.a nobis,cum fructus ipſi tranſeant cum onere
ſuo.eo tit.paſtoralis.& c.cum non ſit.cum ꝯcor.& huic
conuenit regula hoc.eo.ti.qui ſentit.& lex dicit illū nō
ferendum,qui lucrum complectitur, & non vult onus
ſubire.C.de cad tol.l.vna §.pro ſecundo. in fi. Secundo,
ſi perceptio fructuū eſt cā ſolutionis,vt ponit thema.&
dictum eſt.ſ.ceſſante cauſa ceſſare debet exactio ab ip-
ſo Do.O.& fieri debet ab il o,in quo cauſa perdurat, de
4 app.c.cū ceſſante.cum ꝯcor. Tertio,cum † prælati æqui-
parentur vſufructuatis,vt no.ſ.de pecu.cleri.c.vlti.& ſ.
eo.lib.de offi.ord.præſenti.& vſufructuarius tenetur ad
onera & tributa ff.de vſufruct.hactenus.& l. ſi penden-
tes.ergo Bon.qui de facto & de iur. vſufructuarius fuit,
illorum fructuum decimā ſoluat. Quarto,ipſe Bonon.
maiori parte anni poſſedit & adminiſtrauit eccleſiam
Paduanam.& ſic toto anno adminiſtraſſe vr.ſ.eo.lib.de
reſti.ſpol.frequens.ff.de execu.tut.propter lit, ar.C.vbi ſe-
na.vel cla.l.ſenator.ff.ad municip.l.aſſumptio.ipſe ergo
illius primi anni ex tribus decimam ſoluat.¶E contra
5 †do.lo.allegat pro ſe,ꝙ non moroſus, nec tenebatur ad
decimam,cum de mente Marii non eſſet eps Paduan⁹,
prælatis autem impoſita erat ſolutio, vt in themate.D.
O.igitur,qui prælatus erat, ſoluere tenebatur. tempore
vero ſuæ adminiſtrationis ipſe domi.Ioan.ſoluere non
tenebatur,cum dies ſolutionis non veniſſet,imo petitū
fuiſſet plus tempore,ſi dum adminiſtrabat, petitū fuiſ-
ſet.de plus peti.capitulo,vno.ff.de condictio. indebi.l.in
diem.D.O.igitur,qui fuit ſucceſſor & hæres illius,cōue-
niatur,& ſoluat.de ſolu.c.j.ff.de diuer. & tēp.præſ.l.cū
hæres.& facit.de immu.ecc.aduerſus.¶Secundo.do.lo.
quoad Paduanam eccleſiam per tranſlationem cenſe-
tur mortuus,quinta quæſt.j.§. ecce in quibus debitum,
ergo quod neceſſario pro eccleſia eſt ſoluendum,ſoluat
ſucceſſor,ſicut ſi mortuo ſucceſſiſſet,vt in præ.decre.j.de
6 ſol.& de for.compe.dilecti.Tertio.tales † decimæ reales
ſunt,non perſonales.vnde rem ſequuntur, & poſſeſſor
ad illas tenetur.ff.de public.& vec.l. Imparores.de mu.
& ho.l.vlti.Quarto conſtat,ꝙ decima illa nō fuerit im-
poſita.d.lo.epiſcopo Padua.ſed dignitati & eccleſię ſine
nominis expreſſione,& ſic reſpicit ſucceſſorem.de offi.
dele.qm̄ abbas.¶Solu.vt dicit, quibuſdam videbatur,ꝙ
deberet fieri pro rata temporis diuiſio inter eos,argu.de
loca.propter ſterilitatem.de teſta.relatum.ij.in fin.ff.ſo.
matri.l.de diuiſione.& l.diuortio.ſ.de decimis. à nobis.
& c.tua nobis.& quod not.eod.titu.apoſtolicæ.& xvj.q.j.
ſi quis laicus.bene facit.ſ.eo.ti.de ſepul.cum quis.ij.re-
ſpon.ipſe autem ſoluit,ꝙ D.O.epiſcopo Paduano incū
bat onus ſoluendæ decimæ. & ſic non ſoluendo incidit
in proceſſus,allegatur.c.ſi quis iam tranſlatus. xxj.qō.ij.
præ.decr.j.de ſolu.& de reli.do cōſtitutus. rationem red
dit,ꝙ debitum eſt reale.dicit autem,ꝙ iura contraria lo
quuntur in cenſib.perſonalibus,vel in diuerſis poſſeſſo-
ribus,qui faciant fructus ſuos, epiſcopi autem non fa-
ciunt fructus ſuos,qui non ſunt domini,ſed procurato
res.de dona.c.ij.& vſuariis,non vſufructuariis comparā
tur in morte.i cum dimittunt eccleſias,vt no.in præd.
decre.præſenti.Fatetur tamen, quod ſi ipſe domi.Ioan.
exportaſſet fructus,vel male eos conſumpſiſſet,conueni
ri poſſet per ſuum ſucceſſorem, decimam autem non
habet ſoluere pro eccleſia Paduana,ſatis enim eſt ſibi,ꝙ
illam habet ſoluere pro eccleſia Bonon. Ad contraria
7 etiam reſpondetur,quod † procedunt,quando quis facit
fructus ſuos & ſuo nomine ex illis tenetur ad decimā,
& quando vnus non ſuccedit in locum alterius,nec cē-
ſetur eadem perſona primus & ſecundus, ſicut eſt vide-
re in marito & vxore,domino & colono, proprietario
& vſufructuario, & pluribus ſociis, quibus caſibus quis
tenetur pro rata,vt in iurib.alleg. I principio ſolutionis.

S V M M A R I V M.

te,illum ꝑ hoc non approbat in illa.nec ſibi ius tribuit,
conſtat autem,ꝙ clericatus eſt dignitas.4.diſtinctio.de-
nique.in prin.& j.quæſtione.j.reperiuntur.Item,ſi quis
nominatur fornicator , vel ebrioſus , non per hoc talis
fore conuincitur.ii.q.j.multi.Sic nec ſtatim dicimus ac
cuſatum eſſe reum,niſi conuincatur.xv.q.vlti.ca.vlti. in
fine.nec debemus eſſe nimis creduli. lxxxvi.diſt.ſi quid,
xi.quæſtione.iii.In cunctis,de accu.qualiter.in fi.quia ꝑ
ſurreptionem multa proueniunt.iii.quæſtione.iii.indu-
ciæ.de do.& contu.cum olim.& potuiſſet ad hunc finē
talis litera impetrari,quæ de facili haberi potuit. & tali-
bus fraudibus , & contra ſurreptiones prouidendum eſt,
de diuor.quarto.in fine.de electio. cum dilecti.verſicu.
nos vero,& ideo de his inquiri iubetur.xxiii.diſtinctio.
quando epiſcopus.de cler.pereg.c.j.xcviii. diſtin. per to-
tum.Item videtur expreſſum.xlii.diſtin. quieſcamus.in
prin. ibi,ſi in clero electum ſe dicat, ſi ſacerdotem ſe no
minet,ſcrutare , oſtendat ergo literas ordinationis ſuæ ,
quas ſecum habere debet.ii.q j.legatum . & clare patet
in extrauag. Boniſa iniunctæ.ver.ſimiliter.& ver.ſequē-
tibus,imputet igitur ſibi, ſi tales literas non habuit , vel
habitas non ſeruauit, cum ex culpa ſua procedat.eo.tit.
damnum.cum concor.Item iſte , qui de clericatu exci-
pit,in hoc fingitur actor.ff.de probatio.l.ii. Sed actor id,
quod aſſeuerat,clare probare debet. vi. quæſtione vlti.a-
ctor,iſte autem non probat ſe clericum , vt excepit , ſed
probat ſe nominatum clericum,ſuccumbit ergo, quia
non probat,ad quod ſe adſtringit . de probationi.licet,
nec probat hoc eſſe & c.de offic.delega.cum contingat.
3 facit.de teſti.cum cauſam. ¶ In † cōtrarium inducitur.j.
quæſtio.j.ſancimus.vbi dicitur,ꝙ non præſumitur quis
immemor ſuæ ſalutis,& ſic non præſumitur mētiri,cū
quilibet præſumatur bonus,de ſcr.c.vno . de pſumptio-
ni.c.fi.& præſumitur etiam pro literis apoſtolicis , ꝙ ca-
reant falſitate,cum per multas manus tranſeant , de re-
ſcript.cum adeo.& c.ad audientiam.j. vbi de hoc. xxxii.
diſtinctio.communis filius. xxxv. quæſt. ix.apoſtolicæ .
Cum ergo credatur literis inferiorum.xi. q.iii. curæ . de
proba.poſt ceſſionē.de fide inſtru.cum dilectus.de fide-
iuſ.peruenit.fortius debet credi literis papalibus.ad hoc
de teſti.in nr̃a.& c.cū a nobis.xcv. di. cum illud.habeat
ergo pleniſſimam authoritatem,ꝙ ſcientiam papæ ↄti
net.C.de teſti.l.omnium. Itē dicebat,ꝙ videbatur caſus

pro accuſato.xj.q.j.Chriſtianis.& c.Silueſter. Item,reos,
4 †ſanguinis defendit eccleſia.xxiij.q.v.reos.& valens hominem liberare a morte.& id non faciens, illum occidat.de homici.ſicut dignum.ver.illi etiam, in hoc ſaltē dubio,in quo via tutior eligenda eſt.de ſpon.iuuenis.defendendus eſt iſte,& ſibi vita ſeruanda, & pro iure eccleſiæ præſumendum,potiſſime,quia in talibus,quibus alterum,vel modicum præiudicium obuenit, ſufficiunt,ar.de cler.pe.ca.ij.& facit ſupra de probatio.cum causā, & quod ibi no. in j.glo. & iij.q.vij.poſtulaſtis.xxiiij.q.ij.ſane.ij.in.j.glo.nec de modico præiudicio eſt curandū, de verbo.ſign.quid per nouale. Item,cum præſumptio, quæ oritur ex dicto vnius teſtis, impediat matrimoniū
5 contrahendum.de ſpon.præterea.ij. †fortius p̄ſumptio, quæ oritur ex tali litera,impedire debet iuriſdictionem iudicis ſecularis.facit.de cleri.excommu.mi.iſtud. de reſcript.cum contingat.inducitur etiam glo.pen.in decr. nonnulli.de reſcript.ver.ad hoc dicit. ¶Io.Soluebat diſtinguendo inter agentem & excipientem inducens ſimile.de except.cum inter. quia ſi iſte agit vendicando beneficium,vel aliud quod clerico cōpetit, vel petit admitti ad celebrandū populo, vel ſimilia,talis litera non ſufficiet,per præd.c.quieſcamus.xlij.diſt. & ij.q.j.legum, & per extrauagan.iniunctæ.ſuperius alleg. xcviij.diſ.per totum.& de cleri.pere.c.j.& ſequen.Si autem excipit ad defenſionem ſui,vt in caſu iſto,vel ſimilibus,ſufficiat talis litera,vel ſimilis,alias ſuſpicione carēs.ad quod inducit tria præſumptionis argum. literæ authenticæ fauorē.& clericalis ordinis, & nullum vel modicum præiudicium alterius.ad primū repetit,quod prædixi in prin.
6 ſecundæ partis.ſ.literas papales†per multas manus tranſire,& ideo pro illis præſumi.dicit ēt q̄ præſumitur, q̄ papa illum examinauerit,vel examinari fecerit,ſibi beneficium conferendo,cum aliis hoc fiēdum præcipiat, xxiiij.di.quando ep̄s.de elec.nihil eſt.Si ergo pro inferioribus iudicibus præſumitur,de renun. in præſentia.fortius pro papa.xl.diſt.non nos hoc iuſto.& videtur per p̄dicta verba,diſputans quæſtionem intellexiſſe, q̄ litera, de qua q̄ritur,fuerit collatrix beneficij,& hoc caſu minꝰ dubium,q̄ ſi eſſet alia litera, puta delegationis ad eum, vel per eum impetrata. Ad ſecundum inducebat, quod
7 Pharao clericos honorauit,& libertate, †ditauit. xxiij.q.vj.quamuis.de immu.ecc.non minus.& Conſtantinus ipſorum accuſationes recipere recuſauit.xj.q.j.ſacerdotibus.xij.q.j.quicunque.de iudi.nouit. Item,omnes cauſæ,etiam laicorum,olim tractabantur in ſynodo clericorum.xj.q.j.relatum.non mirum ergo, ſi facile res ad ſuam naturā reuertatur.qua de cauſa eccleſiaſticus iudex ſupplet negligentiam ſecularis, non econuerſo.de iud. qualiter.de fo.compe.licet. Ad tertium inducit, q̄
8 †ſufficiunt argumenta,vbi non fit præiudicium, de cle.pe.c.ij.& pp hoc ſemiplenè diſcutitur negotium, vt lit. non conte.qm̄.§.q̄ ſi super.facit de procur. ex inſinuatione.& xxv.q.ij.reſcripta.& facit,quod no.de dn̄a teſtis ad iudicē.iij.q.v.c.j.de offi.delega.inſinuatione.in j.gl.igitur & pœna delicti non tollitur per id,ſed eius ſpecies,& quod differtur nō aufertur.xxxij.q.ij.ancillam.ſ.de voto necne.Puto,q̄ ſi Gul.tempo.diſputationis vidiſſet decr. ſi iudex.de ſenten.excomm.li.j.de ipſa arguendo vel ſoluendo mētionem feciſſet,cum autem per illam, vt ibi
9 patet poſt princ. ſola fama de clericatu faciat fieri † remiſſionem,ſatis videtur,q̄ illa litera non minus valere debeat,q̄ fama in hoc caſu. Item dico in illo,qui communiter habebatur pro clerico, eodē deprehēſo in clericali habitu, qui priꝰ nō habebat̄ pro laico,vt ibi patet, quia p̄dicta ſine tali litera remittuntur.remanet ergo q̄ſtio dubia in vlti.caſu,qn̄ prius habebatur pro laico, & cum eo caſu teneatur facere fidem de titulo clericali, vt dicit ipſa dec.in §.fi.non videretur talis litera ſufficere.& hoc inducit præſumptio inſurgens ex p̄cedenti delatione habitus laicalis,vt ibi,quātumcunque ſic defendendo literam producat.Item,q̄ ſufficiat litera ēt beneficialis,qua nominatur clericus,multum probat decre. ex literis.de trāſact. nam ſi beneficiales ſunt ſubreptitiæ eo non exiſtente clerico,ſatis ergo patet,q̄ clericatus talem literam non probat,cum poſſit talis litera de facto per non clericum impetrari.

SVMMARIVM.

1 *Manumiſſionis factæ per illum,qui vſucapiebat ſeruum, nullitas non impedit vſucapionis curſum,ſed intentio manumittentis.*
2 *Matrimonium propter conſanguinitatem ſolutum, vel quia mulier non carnaliter cognita religionem profitetur, an rumpat ſponſalia prius a viro contracta de futuro. & nume.4.12.14.16.18.*
3 *In matrimoniis num magis ſpectetur animus,quam iuris effectus, vbi & matrimonii plures effectus.*
5 *Bigamiæ pœna an contingat ex matrimonio,quod non tenet.*
6 *Proles eſt illegitima, ſi ambo parentes ſciuerunt impedimentum, quantumcunque in facie eccleſiæ contractum ſit matrimonium.*
7 *Clauium poteſtas non contemnenda.*
8 *Actum requiſitum ad aliquid efficiendum, de facto fieri ſufficit, quamuis de iure non teneat.& nu.10.*
9 *Procuratorem ſecundum dans, reuocare ne primum videatur. Et quid de teſtamentis.*
11 *Actio ſemel extincta an reuiuiſcat.*
13 *Facta contra ius pro infectis habenda.*
15 *Religionis minus probatæ ingreſſus non diſſoluit ſequens matrimonium.*
17 *Matrimonium non diſſoluit votum continentiæ,licet eius executor ſuſpendat.*

REGVLA LII.

NOn præſtat. Ioan.mo.allegat pro exemplis multa iura, ff.de leg.j.ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus. ff. de acq.hær.ſi q̄s hæres.ad Velleianum.aliqn̄.§.fi.de condi.& de.hæc ꝯditio.de iur.pa.illud.& c.fi.ſ.e.lib.de elect.perpetua.de con.p̄.ne captandæ. ſignat ꝯtrium,
1 ff.pro donato.q̄ pro donato.ſol. Nullitas † manumiſſionis factæ p illum,qui vſucapiebat ſeruum,non eſt id,qđ p̄ſtat impedimētum vſucapionis,ne currat. ſed id facit intentio manumittentis, p quam poſſeſſionem perdit. Item ꝯ ſcđm.ff.de lega.j.plane.& de adi.leg.l.legatum.§. patet.vbi primo legatario legatum non debetur, qđ aio adimēdi relictum eſt.Secūdo,licet nō capaci, ſed illud, q̄a tacita volūtate legatum adimitur.ff. de adi.leg.l.iij.§.fina.& l.ea parte.illa ergo tacita,de qua apparet,ſortitur hunc effectum.ſcđm Dyn.ꝯcor.qđ no.ſ.eo.li. de procu.ſi duo.in glo.ij.¶Prima gl.ponit exēpla. Secundo.v.caſus exceptos,ſed quintum nō approbat. Tertio,no.in maleficiis regulam nō loqui.In gl.j.ibi[*ſi dari ſtipu'er*] vide de cō.p̄.cum noſtris.in iiij.gl.In glo.j ibi[*ſi dari ſtipuler.*]Dy. ponit exemplum,cū legata eſt mihi optio ſerui, & ego elegi,ſed electio nō habuit effectū,iterum eligam. ff. de op.le.l.ij.iij.& iiij.Item ponit p l.q̄ ſi pupillæ.ff.qn̄ di.le.ce.de cō.& de.hæc ꝯditio,vbi ſi legatum fuit pupillæ, ſi matrimonium non ꝯheret, facta pubes pōt ꝯhere, & ꝯditionem implere,licet ante pubertatem ꝯxiſſet,quod quia nō tenuit, impedimentum nō p̄ſtat.& ibi Goff.q hoc.i.hos quatuor caſus, quos p̄miſi.& ibi ī fi. vide qđ ibi ſcripſi & dixi.& de hoc in p̄.dec.cum noſtris.de conceſſio.præb.in iiij.glo.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem,quam Paduæ diſputaui,quam ſic p̄poſui.Matrimonium ſolutū pp conſanguinitatem,vel mulier nō cognita religionē p̄fitetur,q̄ritur,an rumpat ſpōſalia de futuro prius a viro ꝯcta? Et primo pro ſolutione ad vtrūq; mēbrum ponetur gl.lo. Secundo,ad vtrūq; inductiones affirmatiuæ,qb.in quārum ſolutioni ꝯdicunt,ſingulariter rn̄debitur.Tertio diuiſim ad mēbra arguit negatiue,& primo ad primū,& id conceditur. Secundo ad ſecundum, & omnibus quę inducuntur ſingulariter reſpondetur.Soluendo igitur

tur dico,quod Io. notauit in iij. compil. de ſpõn. ſicut,
quod matrimoniū ſolutū pp conſanguinitatē non rū-
pit priora ſponſalia de futuro,ad quod inducit dec. cū
apoſtolica.eo.tit.ſi vero ſoluitur per ingreſſum religio-
nis,nihilominus rūpit priora ſponſalia.ad quod indu-
cit de conuer.coniu.quidem,& quia actio ſemel extin-
cta non reuiuiſcit.de cõ.diſ.iiii.quis.hanc glo.Io.Bernar
dus vel eius contemporanei.ſ.Vincet.in ſecundo appa
ratu Gof.& Phi.nõ poſuerunt,nec aliqui moderniores
eam tractauerunt,quod ſim memor ad præſens. Ad li
terā tñ illa videri poterit in nouella.Ordine vero turba
to præcedit ſolutio argumenta,vel miſtim quæſtiones
iſtas tractando fiat ſimul poſitio & reſponſio argumē-
torū ,q̃ ſolutioni contraria videntur . Ad vtrãque er-
go quæſtionē primo arguitur affirmatiue.ſ.quod vtro-
que caſu rupta ſint ſponſalia.& taliter,certū eſt, ꝙ inter
multos caſus,quibus rumpuntur ſponſalia de futuro,
iſte eſt potentiſſimus caſus.ſ.cū alter ſponſorum con-
trahit ſcđa ſponſalia de præſenti.de ſpon.ſicut.& c.ſi in
ter.ii.reſpõ.de ſpõ.duo.c.j.poteſtiſſim⁹.iõ dixi,qa ſecū-
dū Tanc.qui hoc no.de ſpõ.de illis,cum in aliis diſſol-
uatur per ſententiā,in hoc caſu,& cū alter ſponſorum
religionē ingreditur,ſoluuntur ipſo iure , ſed certū eſt,
ꝙ ſpõſalia de p̄ſenti quo ad verba,accipio te &c.& quo
ad conſēſum in vtroque caſu interuenerunt, & inter-
3 uenire potuerunt.ergo dicenda ſunt† rupta priora ſpon
ſalia.Quod verba interuenire potuerunt per ſe patet,ꝙ
conſenſus interuenire potuerit,ſatis patet , de ſpon.ca.
vno.eo.li.vbi ſponſalia nulla,qa cū conſanguinea con-
tracta,ſi tenent ex conſenſu inducunt publicā honeſta
tē.inſpicimus. n. in matrimoniis plus animā , quā iuris
effectū.de biga.nuper.cū ſuis cõcor.multos. n. effectus
conſequitur matrimonium.licet ſit nullū. Inducit. n.
bigamiā,vel pœnā bigamiæ.vt ibi, quā ſine matrimo-
nio qs non poteſt incurrere,de biga.quia circa. facit ꝓ-
lē legitimam ſeruata forma conſtitutionis , cū inhibi-
tio.de clande.deſpon.quā prolem legitimam produce-
re non poſſet fornicarius coitus primū probatur de clā
de.deſpõ.c.vl.& q ſi.ſint le.cū in iure.& c.ex tenore. itē
inducit publicā honeſtatē,vt eſt dictum.& interdum ī-
ducit adulteriū,& adulterii pœnā.quod dic,vt nota. de
do.inter vi.& vxo.cū pluriū. Cū ergo multos effectus
alios conſequatur matrimoniū,non mirū, ſi conſequi
poteſt hunc effectum rūpendi priora ſponſalia de fu-
turo,quaſi ſufficiat cõſenſus cū forma verborū. & eſt
ſi.vbi ſufficit aliqd valere ex forma,licet ex effectu , vel
eā non valeat.de ele.ſi poſtquam.li. vi. ſicut & in denū-
tiatione noui operis dr̄.ff.de no.ope.nun.l.j.& eo.ti.c.j.
& ii.& in ſnīa excommunicationis.xj.q.iii.ſnīa .Sed ad
4 iſta inquantū quo ad primū pūctū ſolutioni † contra-
dicunt,reſpondetur,quod ſolutio ſponſaliorū de futu-
ro per ſequens matrimoniū procedit ex vinculo cõiu
gali, quā nõ inducit ſolus ꝯſenſus,ſed legitimus ſed pu-
blica honeſtas non procedit ex vinculo ꝯiugali,ſed ex
ſpõſaliorum cõſenſu, q ſufficit ad illud impedimentū
inducendū,ſicut etiam affinitas non ex legitimo coitu
ſed fornicatio ſurgit.& ſufficit ibi coitus.de eo, qui cog.
5 conſan.vxo.ſuæ diſcritionē.¶ Ad illud †quod dicitur,
pœnam bigamiæ contrahi ex matrimonio , ꝙ non te
net.hic ſolū contrahentis illegitimum matrimoniū
vertatur odium.vnde fateor eum ex facto ſuo poſſe pœ
nam incurrere,pp affectū cum opere,ſed non ſic ſe po-
teſt ab alterius obligatione liberare per contractum ꝑ
quem alteri non ligatur,per quem ſibi poteſt præiudi-
care.ſed nõ ſic ſi poteſt ab alicuius obligatione liberare
niſi alteri ligetur.eodē modo tolli poteſt,quod arguitur
ex dec.cum,qui.de præben.li.vj.vbi ligatus eccleſiæ par
rochiali ab illo vinculo ſoluitur,recipiendo etiam in-
iuſte ſecundam parrochialem eccleſiam .illud enim ē
inductum in odiū iniuſte recipientis, non in ipſius fa-
uorem . vnde poſſet dici ſecundum opi. Io.quā dixi,de
præben.de multa ſuper ver.priuatus.& ipſe no.vii.q.j.ſi

qui.& xxi.qõ.ii.ſi quis iam tranſlatus.quod tunc ſit pri-
uatus quo ad ſe,non quo ad eccleſiam , vel p̄latum ſu-
periorem,qui eum etiam inuitum retinere poſſit in lo
6 cum ſuū.Quod dr̄ de prole, illud † in eius fauorem in-
ductum eſt,propter ignorantias parentum amborum
vel alterius.quod patet, qa quantūcunque in facie ec-
cleſiæ contractum ſit matrimoniū , ſi ambo parentes
ſciuerunt impedimentum,proles eſt illegitima,vt in ꝑ.
dec.vlt.de clandeſti.deſpon Quod dr̄ in decr.ſi poſtq̃.de
electio.ſpeciale eſt in cathedralibus & regularibus ec-
cleſiis,vt ibi patet,alias enim non ſufficit appellationē
eſſe iuſtam ex forma.de appella.vt debitus.eo.ti.non ſo
7 lum.lib.eo.Quod† de denuntiatione dr̄, ſpeciale pp cõ
temptū prætoris, ſicut & quod dicitur de ſen.excõ. ſpe-
ciale,ne poteſtas clauium contemnatur.¶ Adhuc pro
8 hac parte ſic arguitur,actus † ille, qui ad aliquid efficiē
dū requiritur,ſufficit,quod de facto fiat ,& ſi de iure nõ
teneat.hinc eſt,quod inſtitutus ſi ſeruum hæreditariū
manumittat,manumittere non poteſt, niſi adeat.adire
nõ poteſt,niſi manumittat.Dicit tñ lex , quod vt adeat
ſufficit,quod de facto manumittat , licet manumiſſio
nõ valeat.ff.de condi.inſti.mulier §.j. itē , ſi manumiſ
ſus ſit,ſi.x.hæredi promittat.ſufficit,quod de facto pro
mittat,licet promiſſio facta ab ipſo adhuc ſeruo non
teneat.ff.de ſta.lib.l.pe. itē manumiſſus teſtamento , ſi
iurat.x.operas filio dare,iurando libertatē conſequitur,
licet non teneat iuramentum.ff.de ma. te. l. ſeruum te
ſtamento.ad idem.ff.de condic.inſt. l. Meuius. & teſtā
mentum,ex quo non aditur hæreditas rūpit codicillos
qui tamen tenuiſſent, ſi teſtamentum factum non fu
iſſet.ff.de hære.inſti.l.pater filio.& inſt. qui.mo.te, infir.
9 §.poſteriore.per quod etiam † notatur,de procur. ſi duo.
li.vj.in gl.ii.quod dans ſcđm procur.reuocat primū,etiā
ſi ſeruus non ſuſcipiat manda.ad idem.ff.de iniuſ. rup.
& irri.te.l.iii.§.ſed ſi ſtante.vbi ſcđm teſtamentū ,quod
10 rumpitur per poſthumum,rūpit primū teſtamētū. Ad
†idem de præben.c.pe.li.e. vbi ſecunda gratia , cū præ-
rogatiua.licet poſtea reuocetur,rumpit primā. Ad idē.
ff.de teſta.mili.l. militis codi.§.fin. vbi ſcđm teſtm̄ iu-
re militari factum,licet non valeat milite.ſ. deceden e
poſt annum militiæ,tamen rumpit primū , quod ipſe
fecerat iure cõmuni.Et ad idē de ſepul.c.j. li. eo. vbi ele
ctio ſepulturæ licet non teneat,impedit aliam ſepultu
rā eligi,ac ſi teneret. Ad idem.ff.de adimen.leg.l.legatū
ſub conditione.vbi ſi quis donet vxori ,quod legauerat
filiæ,intelligitur adimiſſe,licet donatio vxori facta non
teneat. Ad hoc reſpondetur,ꝙ in l.mulier.§.j.in l.pe.de
ſta.li.in l.ſeruū teſtamento.& l. Meuius.ſufficit factum
licet non habeat iuris effectum,quia ſatisfit voluntati
teſtantis,qui factum inſpexit,ac ſi dixiſſet,ſi ſalutauerit.
vel lapidem in flumine proiecerit. vnde ſufficit ibi fa
ctum ſine iuris effectu , ad id.ff. de ſtatuli.Stichus.x.Præ
terea facit ibi quod poteſt,& iuxta iuris regulā ad im-
11 poſſibile non debet aſtringi.eo.ti.nemo†poteſt. cū ſuis
concor.ad l .iii.§.fi.ff.de cod cum.vii.iuribus in proxi.al
le.non expedit rñderi,quia faciunt pro ſolutione , quo
ad ſecundum ponendum . Probant enim illa iura , ꝙ
ex quo ſecundum teſtamentum a principio tenet,licet
poſtea rūpatē videtur ruptum eſſe primum & eſt ſimile
in procuratore & gratiis,ſicut ex quo matrimonium te
nuit,licet poſtea rumpatur, ſufficit ad hoc , vt rumpat
priora ſponſalia. Ad quod facit,quod dicitur , actionē
ſemel extinctam non reuiuiſcere.de con.di.iiii.quæris.
xxiii.q.iiii.ſi illic.ff.de ſol.qui res. §. aream. ff.de verbo.
ob.inter ſtipulantem.§.nam & cum quis.Ad decre. de
ſepul.rñdetur,illud non eſſe ex virtute electionis.q̃ non
tenet, niſi in pœnā eligentis.Ad l.legatū. de adimen.le.
reſpondeo,ꝙ quia teſtamentum pendet ex vnius, non
ex plurium voluntate, ſufficit ,quod ibi appareat teſta-
toris legantis mutata voluntas , licet voluntas legatarii
non intercedat,quæ nec reqritur,nõ ſic in caſu nr̄o eū
ſpõſalia p̄ēdeāt ex voluntate duorum. & facit, qđ no. ī.

de

12 de cōſtitu.c.j.li.e.¶ Ad negatiuam †vero, ſ. quòd in neu
tro prædictorum caſuum rumpantur ſponſalia, argui-
tur primo quo ad primū, quod matrimoniū cōtractū
cum conſanguinea, cū ſit nullū, non habet rumpere
ſponſalia, ad hoc enim, vt matrimoniū illa rumpat, de
bet eſſe tale, quod teneat, non. n. præſtat impedimentū,
quod de iure nō ſortitur effectum, vt hic cū ſuis con-
13 cordan. Et † quæ contra ius fiunt, debent pro infectis ha
beri. eo. ti. quæ contra ius. & C. de lega. non dubiū, ſi igit
iſtud matrimoniū conſanguineæ debet haberi pro nō
facto, ſatis patet, quod non rumpit ſponſalia, ad inſtar
ei' quod dicimus, electionē, q̄ nulla eſt, alteri electioni
non præſtare impedimētū, iuxta ea, q̄ plene no. de ele-
ctionibus, audiuis. ad hunc caſum bene facit. ff. de con-
ditio. & demonſtratio. l. hæc conditio. vbi conditioni
nuptiarū dr̄ non paruiſſe, qui nuptias interdictas con-
traxit. Cōdēnatū ēt ſic accipere debemus, vt cōdemna
tio teneat. ff. de re iudi. l. iiii. §. cōdemnatū. & l. ſi cū nul
la. ad idē. ff. de pœn. l. rei capitalis. in fine. ff. ad Tertulli.
l. j. §. fina. & tutores teſtamento datos accipere oportet,
qui iure dati ſunt. ff. de teſt. tuto. l. iii. & falſus tutor nō
eſt tutor, nec falſum teſtamentum, eſt teſtamentū. ff.
de ver. ſig. Paulus. Idē dicā de matrimonio. Itē, qui ſatiſ-
dare promiſſit, dādo eū, qui nō obligatur, vel exceptio-
ne vtitur, ſatiſdare non dicitur. ff. de fide inſtru. l. iii. & q̄
per exceptionē primi poſſunt, in cōpenſationē non ve
niunt. ff. de cōpen. quæcunque. & l. quod in diē. & veri-
tas reuelata debet opinioni vel ſermonibus præua-
lere. viii. di. veritate. lxxxi. di. quicunque. de re iud. cū in-
14 ter. Ex † quo igitur apparet matrimonium non fuiſſe
propter conſanguinitatē, veritatē opinioni præferen-
do, dicemus non rumpi ſponſalia, maxime cū pronun
tietur matrimoniū non fuiſſe. in Auth. de nup. §. ſi ve-
ro ab initio. coll. iiii. ſponſalia igitur priora, quæ tenue-
runt, per matrimoniū, quod non tenuit, ſolui non de-
bent, ad hoc. ff. de reſcin. ven. ſi id, quod in prin. §. j. Nā
15 † & ſi profiteatur quis religionē non approbatā, iſta p-
feſſio non diſſoluit ēt ſequens matrimoniū. de voto. c.
vno. eo. li. & facit, quod ibi notaui de ordinato ab eo, q
non poterat ordinare. Et lex videtur dicere, quod ma-
trimoniū contractū cū conſanguinea non diſſoluit
ſponſalia prius cū eadē contracta, ergo nec cum alte
16 ra. ff. de do. inter vi. & vx. cū hic ſtatus. §. pe. Quid † vltra?
Videtur hoc expreſſum de ſpon. c. vno. eo. li. vbi qui cū
conſanguinea contraxit, ad contrahendum cū ſponſa
remanet obligatus. Sequeretur enim ex contrario ab-
ſurditas magna, quia. ſ. ille, qui cū muliere ſponſalia cō-
traxiſſet, ſeipſum poſſet contrahēdo cū conſanguinea
liberare. & conſequeretur præmiū, vnde deberetur ſibi
pœna, de hæreti. c. li. cū ſecundū. ergo fortius vinculum
hoc caſu habebat ſoluere ſpōſalia, hic vero nullū ſit vi-
culū, q̄ patet, quia poteſt illo durante vel per eccleſiā
non ſoluto contrahere cū alia. ergo dicam priora ſpon
ſalia non eſſe ſoluta. de ſpon. cum in apoſtolica. de eo,
qui dux. c. ij. probat hoc lex, dicens, q̄ ſecundū teſtamē
tū, in quo filius fuit præteritus, non rūpit primū. ff. de li.
& poſ. l. filius. Teſtamentū vero, in quo præteritus eſt
poſthumus, bene rumpit primū, licet poſtea rumpatur
per poſthumū, quia potuit poſthu. nō naſci, & ſic a pri-
cipi. tenuit, & ſic loquitur lex ſuperius alle. ff. de iniuſ.
rup. & ir. te. l. iii. §. ſi conſtante. & ſic licet teſtamentum,
quod a principio tenuit, & ex quo pars potuit hæres eſ-
ſe, quamuis poſtea rumpat primū, illud tñ, quod a prin
cipio non tenuit, & ex quo a principio non potuit quis
hæres eſſe; non rumpit primum, vt in l. ſi filio. quod ſa-
tis facit ad vtriuſque membri ſolutionē. Et his non eſt
reſpondendum, quia ſolutioni concordant, ad quā fa-
cit de ſpon. veniens. ii ¶ Quo ad ſecundum ſic arguitur,
matrimonium ſolutum per religionis profeſſionem
ante copulam, ex quo non durauit, fingitur nō fuiſſe.
ff. de ver. ſig. nam & ego. cum ſuis concor. & cum ma-
trimonium ſit ſacramentum, & quod ſacramētaliter
habeat deſignare, vt dicitur. de biga. debitum, matrimo
nium vero non conſumatum per copulam, nō habet
huius ſacramenti ſignificationē. vt ibi. & xlv. di. Valenti
no. ergo non dicemus per illud diſſolui ſponſalia. Perfi
ci enim & confirmari videtur matrimonium et copu
la. de transla. c. vlt. ſed ad iſtud reſponde, vt ibi no. & xi.
q. iii. §. quod prædeceſſor. ¶ Præterea, vt ſ. dictum eſt, cau
ſa, propter quā matrimonium poſterius ſoluit priora
ſponſalia, eſt fortius vinculum, quod vinculum nō de-
eſt in matrimonio nō conſumato, alias ſequeretur, q̄
qui contraxit cum vna, ante copulam cum alia con-
trahere poſſet, q̄ eſt falſum. Itē ſequeretur, quod ſponſa
de præſenti nō cognita cum alio coeundo non poſſet
violare ſacramentum matrimonii, ſi nō deeſſet. & hoc
eſt falſum. Cōmittit. n. adulteriū, ſicut & vxor, de eo q
dux. in ma. c. ii. & vlt. de eo, qui cog. conſan. vxo. ſuæ. diſ-
cretionē. ii q. j ſi peccauerit. licet igitur iure permittente
iſtud vinculū ſoluatur per religionis ingreſſum ante
copulam. xxvii. quæ. ii. deſponſatā. & c. ſe de conuer. cō
iug. verū. & c. ex publico. tñ durat vinculū ſecundum
quoſdā, vel verius ſoluitur vinculū quadā iur. fictione,
qua profeſſum fingimus mūdo mortuū. xvi. q. j. placuit
& facit, quod not. de voto c. vno li. eod. ſic ergo obliga
tio ſponſaliorum extincta per ſequens matrimoniū;
non renaſcetur. moriente naturaliter ſecunda vxore
ſic nec ea profitente religionem. Nec ob. quod dicitur,
obligationē interdum reuiuiſcere; de ſen. excom. eos li.
eo. ti. quemadmodum ſer. amit. ſi locus. ff. de ſerui. vr. p̄.
ſeruitutes. §. ſi ſublatum. C. de inoff. teſt. ſi maritus. C. de
inoffi. teſt. ſi maritus. C. de pact. debitori. in dec. n. eos. re-
uiuiſcere poteſt excommunicationis ſola, non ex iuri
bus prioris obligationis vel ſententiæ, ſed ex iuribus ip
ſius conſtitutionis. quod probat litera ibi, decernimus.
non dixit, declaramus. vt ibi no. & eſt illud ſtatutum in
odium contemnentis, & fauore clauiū. ad l. ſi locus. §. ſi
ſublatum. dico, quod non erat in totum obligatio exti
cta, ſed propter caſum impedita. In l. ſi maritus. proui-
detur iuſtæ ignorātiæ hæredis. & eſt ſimile ad id, quod
habes de præben. ſi beneficia. lib. e. In l. debitori. reuiuiſ-
17 cit † non ex vi prioris obligationis, ſed ex vi pacti ſubſe
cuti. vnde & hic poſſet obligatio reuiuiſcere iſto de no
uo contrahente ſponſalia cum eadem. Ad hoc bene
facit. ff. de ſerui. vr. præ. l. ſi quis ædes. j. reſponſo. de renū.
ex tranſmiſſa. de ſimo. ex Inſinuatione. de reſcrip. quan
uis. lib. eo. nec ob. quod dicitur, obligationē non extin
ctam, ſed ſuſpenſam ad inſtar eius, quod notat Io. de vo
to ſimplici, ſcilicet quod talis vouens ſi cōtrahat mon
ma vxore, continere debebit. hoc no. 27. q. j. nuptiarum
& q. ii. Agathoſa. matrimonium. n. non diſſoluit votū
continentiæ, licet ipſius executor ſuſpendat pro parte
ſaltē reddentis, quod patet, quia ēt vxoratus, quoad ſui
obligationem continentiā vouere poſſet, & per illud
votū ſine p̄iudicio cōiugis ſe Deo ligare, ſed poſt matri
moniū ſpōſalia cum alia nō poſſet contrahere. Cum
18 igitur per † votū fiat obligatio Deo, hoc ſcilicet per ſpō
ſalia fit hōi. Itē, cū votum & matrimoniū ſm ea, q̄ di-
xi, ſe compatiantur adinuicem, matrimonium cum
vna, & ſpōſalia cū alia, nō ſe cōpatiātur, nō eſt mirum
ſi matrimonium in totum, ſoluit ſponſalia. votum ve
ro ſuſpendit. fateor tñ, q̄ votum ſimpliciter & matri
moniū, & eius vſus ſe non compatiuntur. & facit, qđ
dixi poſt Innoc. de conuer. coniu. placet. in fin. licet aūt
reſpōderim ad prædictā opi. Io. proximè inductā. nō tñ
præciſe fateor eā verā, quod tñ hic nō tracto. ſed tracta
ui, qui cleri. vel vo. rurſus, in vlt. gl. Ex prædictis allegatis
& contrariis ſolutis concludo, quod in ſolutione ſuper
ius dictum eſt. Io. And.

S V M M A R I V M.

1 *Conſilij fraudulenti nulla eſt obligatio.*
2 *Opem & conſilium præſtans ſuo maleficio ne, non tenetur*

3 *Iudex ordinarius tribus conſultoribus, adhibitus ita pronuntiauit de talis conſilio condemno, & conſilio talium abſoluo an eis ſententia executioni ſit mandanda, actore id petente lapſis decem poſt diebus. & nu. 5. 7.*
4 *Sententiam iudicis quę reddant inualidam.*
6 *Iudex ſequutus minorem partem conſultorum, an excuſetur, & culpa careat. Et an teneatur eorum ſeu aſſeſſorum ſequi conſilium, ſub nu. 7. 9. & 11.*
8 *Remedia communia ab iniqua ſententia.*
10 *Cum, & de præpoſitiones, an, & quid differant. & vtriuſque vſus & vis. & nu. 12. & 14.*
13 *Papa in reſcriptis, ſententijs & diplomatibus mos.*

REGVLA LXII.

NVllus ex conſilio. ¶Prima gl. dicit, vnde ſumpta, ponit rationē regulæ, & exempla regulæ, & exceptiones. Secundo diſtinguit. Tertio quid differat, oſtendit, conſilium a manda
to. ¶In prima gl. ibi. [*cōſilij*] ſequitur non fraudulenti
1 † nulla eſt obligatio. cæterū, ſi dolus & calliditas inter
ceſſit. de dolo actio cōpetit, & ibi [*l ii in fi.*] ponit caſum
de illo, qui conſuluit pecuniam potius locādam in em
ptionē prædiorū, quam fœnerādam, vel econuerſo. &
ibi [*quod cum ſcires*] infra ſequitur in gl. & ibi [*eleganter*]
in fi. conſulens mutuaui debitori non idoneo. non te
netur de dolo, & ibi. [*l ii.*] proſeneta, qui dolo & calli
ditate debitorē circumuenit, de dolo tenetur. & ibi [*nō
ſolum*] tenetur iniuriarum non ſolum faciens, ſed & is,
cuius dolo facta eſt iniuria, vel qui iurauit, vt fieret. ¶In
2 j. glo. †. ibi, de hoc. ff. de verb ſig. ſæpe. in fi. & inſti. de ob.
ex delic. §. ope. & ibi [*ſubdiſtingue*] ſecundum Dy. hæc di
ſtinctio locū habet in alias cōtracturo, alias tenetur
conſulens. ff. man. ſi remunerandi §. ſi tibi. ſed. §. loquit
in manda. non in conſilio. & facit finis glo. & ibi [*conſu
lens*] hic etiam diſtinguit Dy. an foret facturus, & tamē
vtroque caſu fatetur eum teneri. Diſtinctio iſta ſatis pla
cet quo ad quantitatem pęnę. de homicid. ſicut dignū
ipſe autem dicebat, quod qui conſuluit alias facturo,
aut præbuit conſilium tantū, aut opem tm, aut conſi
lium & opē. primo caſu tenetur, quia non oportet lau
dando malitiam augeri. ff. de ſeruo cor. l. j. §. perſuadere
& C. de furt. ſi quis ſeruo. ſi opem tantū, ſine cōſilio pri
cipali vel ſecundario, non tenetur. ff. de furtis. ſi pignore
§. ſi ferramenta. ſi conſilium & opem, non eſt dubium
quod tenetur. ff. de ver. ſig. ſæpe. §. ita dubitatum. inſtit.
de ob. quæ ex delict. §. ope.

QVAESTIO.

Hæc regula loquitur de dante conſilium, & glo. in
prin. & fin. pro ratione regulę ponit, quod is, cui datur,
non tenetur illud ſequi. Et circa hoc inſtemus propter
iudices eccleſiaſticos & ſæculares, qui ad ferendas ſentē
tias & interlocutorias recipiunt conſultores iur. peritos
de more Italico, quorum talium conſilium ſi ꝯ ius eſ
ſet, ſequi non tenentur, etiam ſi de conſenſu partium
illos aſſumpſerunt, licet hoc caſu quidam contra. de
hoc vide in Spe. de requiſitione concilii. in ver. quod ſi
iudex. Ex hoc incidit quæſtio diſputata Paduæ per do
minum Nicolaū de Matharel. qua quærebat, ſi iudex
aſſumpſit tres conſultores ſuper diffinitiua quorū duo
conſuluerunt reum cōdemnādum, tertius abſoluen
dū, & iudex abſoluit, an valeat ſnia, cū ſtatutū habeat
non valere ſententias, niſi latæ ſint cum conſilio ſapiē
3 tum. Huic quæſtioni præmittā † aliam quæſtionē Do
mini mei in legibus domini Martini, qua quærebat, ſi
ordinarius tribus conſultoribus aſſumptis ita pronun
tiauit, de conſilio talis condemno, & conſilio talium
abſoluo. & lapſis decem diebus actor petit ſententiam
executioni mandari, an ſit exequenda? Breuiſſime ad
vltimam partem fiunt tres allegationes, & ſoluitur per
quatuor rationes. Dicebat multis videri. quod ſic, quia
cum dixit, condemno, functus fuit officio ſuo. ſ. de of
fici. deleg. in literis. ff. de re iud. iudex. C. de pœnis. l. pœ
nam. nec potuit ſententiam corrigere. ff. de arbi. l. arbi
ter. Item ſtatim fuit ius actori quæſitū, quod ſibi non
potuit auferri. bene facit. ſ. eo. li. de elect. ab eo. & clemē.
eo. ti. conſtitutioni. §. pen. in fin. allegabat ipſe. ff. de ſti
pulatione ſer. l. j. §. ſi ſeruus cōmunis. non potuit muta
re tenorē ſententiæ. ff. de re iudi. l. actorū. Item duæ fuæ
runt orationes, & ſic duæ ſententiæ, ar. ff quando di. le.
ce. l. ex his. ergo præmiſſis rationibus valuit prima. Re
fert ipſe, quod multis videbatur cōtrarium, quia iudex
ſe correxiſſe vr̄. dicendo ſtatim poſt, abſoluo. ff. de ma.
te. l. Stichus. Item, cum de conſilio duorum abſoluerit,
fuit ſtandum conſilio maioris partis. ff. de arbitri. idem
ſi. §. principaliter. facit. ff. de re iud. duo ex tribus. facit re
gula. eo. tit in obſcuris. ponderando, quod abſolutio ſit
ſequenda in obſcuro. Soluendo ipſe tenuit ſnīam ip'o
4 iure nullā quatuor † reſpectibus, quia non imponit fi
nem liti. ff. de re iudi. l. j. ff. de arbit. l. dicere. Item quia ſu
per vno articulo continere debet abſolutionē tantum
vel condemnationem, vt prædicta. l. j. ſuper hoc tamē,
quod ſcripſi de re iudi. cum inter. in vlt. glo. Itē debuit
eſſe certa. inſtitu. de actio. §. curare. & quia continet
contrarietatem. ff. eodem tit. vbi repugnantia. de teſti.
qui falſo. C. de fide inſtr. ſcripturæ. ſ. de fide inſtru. im
putari. & circa hoc vide, quod not. a i. q. iii. §. cum ergo
ſubditi. & dixi de offi. or. ſi ſacerdos. ſuper gloſſ. penul.
¶Nunc ad quæſtionē propoſitā redeundo ad negatiuā
j. & ii. ad affirmatiuam allegabo tria, ſubdens tertij ra
tionē. Tertio ſoluitur, & ſolutio declaratur, Quarto, de
propoſitionibus, cum. & de, plene tractabo. Ad partem
5 ꝙ ſnīa † ſi valeat, allegāt, ꝙ maior pars ſapiētū repræſētat
oēs. ff. eo. aliud. §. refertur. ad munici. qd maior. de ven.
iſpi. l. j. §. j. Quod ergo ſine ꝯſilio maioris partis, & qd pl'
eſt, contra conſilium factū eſt, non valet ex forma ſta
tuti. ſunt ad hæc ſimilia. ff. de acqui. hære. ſi quis mihi
bona. §. ſi certa. de admini. tut. l. Titium. in princip. de
inſti. le. ſed & ſi pupillus. §. conditio. de exerci. l. j. §. ſi plu
res. Secundo, cum ſtatutum dicit ſententiam ferendā
cum conſilio, intelligendū eſt de conſilio conſonante
ſententiæ, vt verba habeant effectum ſuum. ff. quod quiſ
que iur. l. j. in fi. ne quis eum, qui in ius vo. l. pe. § doce
re. de cleri. non reſi. relatum. Sic enim intelligit lex cō
ſilium. C. de legi. humanū. de appel. nominationes. C.
de leg l. pen. lib. x. & ar. C. de prædi. cur. l. fin. de ſuſcep. &
arca. l. exactores. eo. li. ſic etiam intelligit lex conſilium,
cum dicit, factum furtum alterius conſilio. ſcilicet cō
ſonante. ff. de verb. ſign. ſæpe. inſtit. de ob ex delic. §. opē.
& de fur. l. furti. §. conſilium. Tertio, vbicunque lex or
dinat conſilium haberi, illud ſeruari voluit. in Auth.
de iudi. §. fin. & in medio lit. §. i. ibi, ſi vero aliqua dubita
tio. C. de appel. l. iubemus. ibi, & tamē diſpoſitio &c. ad
idem ſ. de offi. dele. venerabili. vbi conſilium exponitur
pro conſenſu. de offi. archipresbyteri. c. ii de iur. calū. c. j
ver. verum. de im̄mu. ec. aduerſus. Ad idē. de foro cōpe.
c. j. de his, quæ fi a præla. nouit. & c. quanto. & forſan hu
ius ratio eſt, ne conſilium ſit eluſorium, vel lex, quę mā
dat illud haberi. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. vbi. ff. de iudic. ſi
prætor. facit. ſ. de ma. contra. ꝯ interdt. eccl. c. j. ſ. eo. li.
6 de elec. commiſſa. § porro. ¶In † contrarium, quod iu
dex poſſit minoris partis ſequi conſilium, ſi ſibi iuſtius
videatur, ſicut de teſtibus dicitur. ſ. de teſt. in noſtra. ſſ.
eo. ob carmen. in fi. vnde vna pars poteſt eſſe maior ra
tione numeri, alia ratione authoritatis, vt no. in l. ſi vni.
ff. de re iud. de ele. eccleſia noſtra. ii. Ad idem inducitur
ſecundo, quod iudex videtur computandus in numero
conſultorum. ſicut & tabellio de numero teſtium. C.
qui teſt. fa. poſ. hac conſultiſſima, in Authe. de fide inſtr.
§. oportet. & princeps inter commilitiones. ff. de teſta.
mili. l. j. & facit de verb. ſignifi. familię. & vide quod no.

de conceſ. præben. poſt electionẽ. in iii. gl. & ff. quod cu
iuſque vniuer. no. l. plane, & ſic cum eſſent pares, præua
let ſententia abſolutoria. ff. de re iud. inter pares. Tertio
ſatisfacit, quod non videtur iudex adſtrictus ad conſiliũ
7 † ſequendum, vt hic in glo. & ſic ponetur conſilium ꝓ
deliberatione. ff. de exercit. l. j. in princi. & hanc interpre
tationẽ ſuadet iuramentũ iudic. in authen. iuſiur. quod
præſta. §. & æquus ero, ibi, ſecũdum quod mihi viſum.
& c. & de iud. circa prin. ver. illi aũt. & ff. de arbi. Item ſi
vnus. § idem, quod Pomponius. Item cũ lex voluit aſſeſ
ſores aſſiſtere iudicibus, vt per eos, quæ ſunt iur. explicẽ
tur. C. de aſſeſ. l. j. ff. de offi. aſſeſ. conſiliariis. in Auth. de
iud. in prin. non tamen voluit iudices teneri ad ipſorũ
conſiliũ ſeruandum, quod patet ex forma prædicta, &
aliorum ẽt conſilium vult requiri. C. de ſen. ex breui.
re. l. ii. quod tñ non eſt neceſſe ſeruari, ſi non videatur ſi
bi iuſtum. ſimile de reſcripto iudicis, in Auth. de iud. §.
omnes. & in medio litis. §. ſi vero. Et quòd non ſit neceſ
ſe conſilium ſequi, videtur expreſſum, C. de ſenten. &
inter. nemo. in prin. & ibi, conſultationes & c. ꝫ. de arbi.
cum olim. de elect. cũ in veteri. & poteſt eſſe ratio habẽ
di conſilii. quæ in præ. decr. cum olim. in glo. ii. & facit,
eo. ti. dilecti. ibi, cõſilio roboratum. nã quod a pluribus
quæritur & c. xx. di. de quibus. ꝫ. de offi. deleg. prudentiã.
ff. de arbi. ſi in tres. & optime, quod ſcripſi. de conſue. ad
noſtram. ſuper prima glo. ¶ Soluebat Nicolaus, quod
ex forma ſtatuti tenebatur habere conſilium, & ſi non
haberet, non valeret ſententia. ſed ex quo habuit, ſatisfa
8 ctum ſit ſtatuto, & ſi fuit inique † pronuntiatum, locũ
habeant communia remedia, ſcilicet appellatio, & ꝙ
iudex teneatur, qui fecit litem ſuam, & ſimilia allegat.
ff. de iudi. cum, quem temere. §. j. in Auth. de iud. §. ſi. in
medio litis §. j. ibi, ſi vero aliqua dubitatio, cum adiun-
ctione præ. l. nemo, C. de ſen. & inter. & per præd. decr.
cum olim. & cum in veteri. Et eſt aduertendum, ꝙ
9 quandoque ſtatuta hoc habent, quod iudex † teneatur
ſequi in pronuntiando conſilium ſapientum, quos aſ-
ſumpſit de numero ſuſpecto, & tunc non procederet.
Nicolai, Solutio, ſed locum habere argumenta i pri-
10 mæ partis. Remanet modo vnum † antiquum dubium
an ſit differentia in hac materia, vel ſimili inter has ꝑ-
poſitiones cum & de ſcilicet, an cum conſilio, vel de
conſilio ſint diuerſa in effectu, exempli gratia, habetur
primum, de elec. ne pro defectu. ſecundum, de hære.
vt cõmiſſis. ver. priuandi. Vinc. dixit in dec. pe. de con-
ſti. & Compo. ibi recitat eius dictũ, & Arch. ꝫ. eo. li. ne
ſe. vac. c. vno. quod eſt differentia, quia primo caſu ſuffi
cit requirere, nec eſt neceſſe ſequi, ſuper quo ẽt vide, qđ
no. de elec. ne pro defectu, in glo. pen. ſecundo vero ca-
ſu neceſſe ſit ſequi. ad primum de arbi. cũ olim. ꝫ. de re.
licet. ff. man. idemque. §. ſi quis ea, vbi ſi mandaui geri
negotia mea per procu. conſilio Sempronii, & ſunt ma
le geſta, ipſi tenentur, & non Sempronius. qui non fuit
adhibitus, niſi vt conſulat & admoneat. vide, quod de
11 hac l. ſtatim ſubdam. ſic & † iudex aſſeſſoris & peritorũ
conſilium requirit, quandoque tñ ſequi non tenetur,
quia ſuo non aſſeſſoris periculo iudicat. C. de pœna iu-
di. qui ma. iud. l. ii. ¶ Ad ſecundũ inducit, quod plus vi-
detur arctatus mandatarius per præpoſitionẽ, de, quaſi
conſultoris induſtria ſit electa. ꝫ. de offi. dele. c. vlt. quod
de tali virtute præpoſitionis nil probat, dat ſimile. ſicut
aliud eſt rem eſſe in bonis, quam eſſe ex bonis, vt inſtit.
vi bono. rapto. §. ſane. facit de poe. diſtin. iiii. ſi ex bono.
ſubdebat ſe putare conſilium ſequendum, cum præpo-
neretur negatiua, puta, hoc non facias ſine cõſilio epi-
ſcop. ꝫ. de offi. deleg. venerabili. ſicque poſſet intelligi
ff. de ſuſpec. tut. impuberis. in prin. vbi adoleſcenti per-
mittitur durante cura accuſare curatorẽ, dũmodo ex
conſilio neceſſariorum id faciat. quaſi non permittatũ,
niſi illud conſilium accedat, vel illud, ex, idem ſonat,
quod de, bene facit de ele. cum in iure. ibi, ex ſe, vel aliis
12 de gremio & c. Nam † ita dicere poterat, de ſe, vel aliis, &

ſic etiam faciet pro ſecundo dicto. Vel procedit, id ex il
la dictione, dummodo, cui concor. ꝫ. de vſu pall. ex tua-
rum. in ſi cũ concor. quas ibi poſui, vt prædixi, allegata
non probant, quod dr̃ de præpoſitione, de, vr̃ tñ, id pro-
bari. de æta. & quali. ad aures. in ſi. vbi conſilium cum
præpoſitione, de, arctat. ſed dic, quod abſque illis verbis
ille medicus erat arctatus, ita ꝙ illa verba non arctant,
ſed arctatum declarant. Eſt etiã ſciendum, quod quidã
legiſtæ, quod prædixi de præpoſitione, de, probant per
præ. l. idemque. §. ſi quis ea, vbi tamen neutra præpoſi-
tio ponitur, nec etiã ibi ponitur verbum conſilii. ſed di
cit textus, ita demũ rata haberi mandauit, ſi interuen-
tu Sempronii geſta eſſent. per quod vides etiam condi-
tionaliter verba fuiſſe prolata. Idem dico de. l. j. §. ſi plu-
res. ff. de exercito. quæ nõ facit, quia nec de ꝑpoſitioni
bus illis, nec de conſilio ibi ſit mentio, ſed dicit textus,
quod qui ſic duos præpoſuit, ne alter ſine altero gereret
qui cum vno contraxit, ſibi imputabit, cui concord. de
teſta. c. ij. in fin. ꝫ. eodem libro. fateor, quod in l. Titium
& Meuium. ff. de admi. tu. in prin. ponitur verbũ cum
conſilio. itẽ ſine aliqua præpoſitione ponitur. eo. tit. q-
dam decedens. §. j. ibi, pater tutelã filiorũ conſilio ma-
tris igitur gerendã mandauit, non minus officium tu-
torum integrũ erit, dicunt legiſtæ, illud ideo, quia ma-
ter iure veteri nõ erat, nec eſſe poterat particeps tutela
ris officii. ff. de teſt. tu. iur. noſtro. ¶ Satis videtur miran-
dum, quod de his præpoſitionibus, quando adiiciunẽ
conſilio, diſputamus, ſed non ſi adiiciantur conſenſui,
voluntati, authoritati, vel alteri actui. Non curamus. n.
an dicatur cũ conſenſu, vel de conſenſu. primã habes.
de offi. cuſto. c. ii. de iudi. cauſam. de his, quæ ſi. a præla.
cum apoſtolica. & c. ſeq. de iure patrona. nobis. de ecc.
ædi. ad audientiam. j. cũ authoritate. habes. ꝫ. eodem li.
de iudic. c. ſi, Secundã. ſ. de conſenſu. de elec. in cauſis.
ver. quia vero. & c. per inquiſitionem. & c. ſacroſancta.
de offi. delegat. ſuper quæſtionum. poſt princi. de iure-
iurando. ſicut. iii. de inſtitut. cum veniſſent. de his, quæ
ſi. a præ. ea noſcitur. alibi dicitur de voluntate, de elect.
quod ſicut. in fin. & vide, quod ſcripſi de præben. pro il-
lorũ. ſuper verb. magiſtrum. vide & circa hoc, quod no.
in Spe. de arbit. §. fina. verſicu. ſed quid ſi dicatur, quod
ſcripſi. de offi. deleg. ſi pro debilitate. in gl. putat Innoc.
13 ver. redeundo. Item aduertendum, quod Papa † qñque
dicit, habita deliberatione cũ fratribus. ꝫ. e. li. de immu.
ecc. c. j. ſed cum requirit fratrũ conſilium communiter
dicit, de fratrum noſtrorum conſilio, patet de ele. licet
de vitanda. c. dudũ. ii. & c. in geneſi. de off. leg. licet. de di
lat. expoſuit. de fide inſtru. cum Ioan. & lib. eo. de elec.
fundamenta. §. vt ergo. de regu. non ſolum. de hæreti.
ſuper eo, & c. cum ſecundũ. de ſciſma. c. j. ver. valet. & ꝑ
pe ſi. de priuilegi. ne aliqui. & c. vt apoſtolicæ. de pœn.
c. vlt. in prin. ad idem in cle. de elec. ne Romani. de iu-
reiur. Romani. §. quia igitur. de re iudi. paſtoralis. in fin.
de ſepul. dudum, ver. nos autem. de immu. ecc. c. j. de ſẽ.
excõ. c. j. Cum ergo in dec. j. de renun. li. eo. dicat, de fra
trum noſtrorum cõſilio, & aſſenſu. & idem in dec. glo
14 rioſus. in fin. de reli. & ve. Iam patet, quod dictio, de † cõ
ſilio. non denotat cõſenſum, vel illud ſuperflue fuiſſet
additum, cui bene concor. ꝫ. eo. li. de pac. c. vlt. & de cle.
ægro. c. vno. §. j. de cenſi. Romana. §. quod ſi. eo. li. ad idẽ
præ. dec. vna. ne ſe. va. §. j. vbi dicit conſilio, vel aſſenſu.
Item interdũ Papa dicit. ſolum de conſẽſu. ꝫ. de cõſue-
tu. cum inter per quod patet iſta diuerſa. C. de codicil.
ſi idem, de decimis. ad audientiam. ad prædicta facit
de ſta. mo. capi. ii. in ſi. coniuncta dec. ſi religioſus. ii. tñ.
ꝫ. eo. li. de elect. per quæ patet, ꝙ iſtud de conſilio poſitũ
in ſui. præ. decr. ſecundæ, non arctabat, niſi ad religionẽ
Item circa præpoſitionem de, primo ſciendum eſt, ꝙ
quandoque auget. ff. depoſi. l. j. in princi. Item interdũ
ponitur pro a ff. de furt. ſi is. qui. in fin. ibi, ſi ſtipulatus
de te. i. a te. & eodem titu l. fullo. ii. ibi, fullo ſi actione
locati de domino liberatus eſt. i. a domino. Quandoq;
ponitur

ponitur.de, ideſt,pro in,auth.coll.ix.vt nulli iud. §. ne-
ceſſarium.ibi,nulla mulier de qualibet re includatur.
de.i.pro,dicunt ẽt grammatici,quod p̄poſitio,de,ſigni-
ficat materiam,vt hæc veſtis eſt de lana,linoque cõtex
ta.de elec. cum cauſam. quandoque originem,vt, iſte
de iudęis origionem deduxit.de reſcrip.cam te.ad idem
de ſpon.cap.j.qñque originẽ promotionis.vnde diaco
ni de ſe eligunt Arch.xxiii.diſt.legimus.Quandoq; lo-
cum.ſermo Heliç ignem de cælo depoſuit.de con.di.ii.
re vera.circa fi.ad idem per totũ ca. De præpoſitione,
cum,eſt ſciendum,quod qñque ponitur, pro quando,
quandoque pro quia.vtraque patet.ſ̃. de commo. cap.
vno.ad primũ.ff.depoſiti.l.Publia.in prin.ibi,cũ vene-
ro.& C.eo.ſi quis.vbi gl.Ad ſecundũ.ff.qui ſatisda. cog.
l.ſi arbitro. in prin. in ius vo.vt eant. l.vlt. Quandoque
ſonat in pro.ff. de dolo l. rem quandam. qñq; ponitur
pro quamuis.C.de epi.& cler.cum clericis.in pri. Quã
doque pro in ff.de condi.inde.l.indebiti.in fi.ſic poteſt
poni.ff.depoſi.l.j.§.quæ depoſitus.ibi, equus,cũ capiſtro.
& de mor.infe.l.negat.ibi,cũ grauida.i.in grauida.Quã-
doque etiam ponitur pro,&, ſatis dixi de cel. miſ. cum
Marthæ ver.alii vero. ibi inuenies dictum la. de Ra.q
dixit,quod præpoſitio,cum,ſapit vim copulatiuę,vt po
natur,p &,& quoties ponitur inter illas res,quarũ vna
non ſit acceſſio alterius, vt inſt. de le. §. ſi quis ancillas.
alias coniungit,ſi vna ad alteram accedit,vt ibi. & ff.de
pecul.l.e.in quatuor primis.l.& poteſt reddi ratio, quia
præpoſitio cum,deſignat vnitatem rerum, & coniun-
ctionem perſonarum,ſed copula,&,licet copulet,oſtẽ
dit tamen diuerſitatem perſonarum,& rerum.& ſingu
la vt principalia comprehendit.ff.de vſufr.l.ſi Titio. pa
tent exempla,de eloc.quia diligentia.& c. cum in cun-
ctis.in prin.& poſt prin.& §.inferiora.& pp talẽ varieta
tẽ habẽt qñque vim diſiunctiuę. de hoc de reſcrip.c.ij.

SVMMARIVM.

1 *Defenſionum accumulatione an & quando uti liberum.*
2 *Cauſas plures cumulare an liceat in cauſa appellationis interiectę a diffinitiua.*
Et quid in cauſa principali.
3 *Exceptionibus pluribus an & quando poſſit quis uti.*
4 *Homicidium qui primo negauit ſe perpetraſſe, & conuictus dicit ſe feciſſe ad ſui defenſionem,an audiatur.& num. 6.8.10.11.*
5 *Confeſſionem erroneam an liceat reuocare. Negotio etiam nondũ finito.& nu.12.*
7 *Contraria allegans non auditur.Limita in teſte ſe incontinenti corrigente nu.9.*
13 *Fori declinandi ratio ſuper homicidio commiſſo.*

REGVLA XX.

NVllus pluribus defen-
ſionibus. Quid de accuſationibus
& an plures ciuiliter pro
poni poſſunt,& tractatũ cumulationis, quæ tunc eſt,
quando primo iudicio pendente eadem res petitur ex
alia cauſa,vel petitur alia res ex eadem cauſa, pleniſſi-
me proſequitur hoc Dy. ſolas autem regulas aliquan-
tulum declaratas hic deſcribam & ad alia remittam,vt
in prin.huius ti.dixi,ad ſcripta Dy,decidenda nõ inten
dam.Dicit aũt,quod regula cumulationis permittẽdę
ſic tradi debet copulatiue,vbi ſunt actiones non cõtra-
rię,& q̃ electione non tolluntur,& in prima, quarum
abſolutoria non parit exceptionem rei iudicatæ in ſe-
cunda, ibi admittitur cumulatio. Cum vero tractatur
1 de accumulatione†impedienda,traditur regula diſiun-
ctiua,& hoc modo,vbi plures ſint contrariæ actiones,
vel quæ electione tolluntur,vel in quarum prima abſo
lutoria lata parit exceptionem rei iudicatæ in ſecunda
ibi repellitur cumulatio.declarat primam per illud ge-
nerale,nõ debet expectari caſus,cuius nil operatur euẽ
tus.ff.de fideiu.l.pe.ad Vel.l.aliqñ. ſed certum eſt, quod
mutata perſona,vel re,vel cauſa petendi,abſolutio pri-
mæ petitionis non parat exceptionẽ rei iudi.vt no.ſ̃.de
excep.c.pen. vbi vide in fin.pe.gl.ergo impediri nõ dẽt
ſecunda pendente prima.Secundo ſic, exiſtens in Spe.
dubia non debet eſſe melioris conditionis,quam is,qui
in ſpe certa,allegat.ff.de compen. l.vlt.& de acqui. hær.
cum,qui duobus.de leg.iii.l.j.in princi. ſed abſolutus in
prima eſt in ſpe certa,non abſolutus eſt in dubia,ſed ſi
diceremus contrarium primæ regulæ,quam præmiſit,
melioris conditionis eſſet non abſolutus, quam abſo-
lutus.quod eſſe non debet,vt præmiſi,maxime,quia ñ
ſolet actor litem conteſtando ſuam conditionem fa-
cere deteriorem.ff.eo.titu.non ſolet. quam vide. j̃. ſub
hac litera.& ff.de nouat.l.aliam.ergo &c.Item,æquipa-
2 rando†pendentiam litis principalis, & cauſæ app. facit
clemen.de teſti.in teſtibus.cum in cauſa ap, interiectæ
a diffinitiua liceat plures cauſas oſtendere, vel cumu-
lare,ex quibus probetur iuſtitia ap.ff.de app.l.cio.& ſatis
not.de appel.cum cauſam.in vlt.glo. ſic ergo licebit &
in cauſa principali plures cauſas cumulare, ex qb' om-
nibus vel ipſarum aliqua appareat locum habere con-
demnationem,hoc tamen intelligas,vt dr̃.ſ̃.eo.li. de re
iud.abbate.l.au.dicit adhuc eandẽ poſſe probari per.§.
minus inſti.de act.textum intelligendo, prout iacet.&
de doli excep.apud Celſum. §. item quæritur. Item per
l.vlt.C.de ap.& per l.ſi autem.ff.de excep.& per l.j. §. qđ
autem.ff.quorum leg.¶ Ad ſecundam regulam probã-
dam adducit,certum eſt,quod vbi ſunt actiones cõtra-
riæ,poſita vna intelligitur altera remota.C.de ſur. l. j. ſi
ſeruus exter.l.j.C.de codicil.l.fina.Item ſi electione tol-
luntur,vna electa tollitur altera.ſ̃.eo.li. de elect. vt quis
duas.vbi de hoc & de poſtul.c.vno.¶ Tertio conſtat, ꝙ
qñ ſunt duæ,in quarũ prima lata ſententia parit excep.
rei iudica.in ſecunda repellitur cumulatio.ff. de excep.
l.ſi fund.& l. fundi.Ex quibus patet prædictas duas regu
las,quarum altera permittit cumulationem, altera ne-
gat,veras eſſe.Demum ſolutis multis contrariis mate-
riam ſpecialius diſtinguo proſequitur, & hoc omiſ-
ſo.¶ Prima gl.dicit,vnde ſumpta,& ponit exempla, ex-
ponit regulam etiam in exceptionibus contrariis.xi.ca
ſus excipit tertio interſerit de electionibus & actionib',
& remittit. quarto obiicit ad id quod dixit de contra-
riis,& ponit quatuor ſolutiones, & quãlibet impugnat.
demum ſoluit diſtinguendo,ſubdens aliam ſolutionẽ,
quam non approbat.quinto no.remittit,& concor. al-
legat. In j.gl.ibi[*nemo ex his.*] ſeqr̃,qui negat ſe debere,
prohibetur alia defenſione vti,niſi lex impediat. quod
&c.& ibi[*nemo*]ſequit̃, prohibetur pluribus exceptioni-
bus vti,quamuis diuerſæ ſunt.& ibi [*de compenſan. l.ult.*]
negans debitum per teſtes conuictus non compenſat.
& ibi[§.*ſtudium*]ponit caſus authen.ꝯ qui propriam. &
ibi[§.*illud*]negans rem fuiſſe in bonis debitoris, conui-
ctus de mendacio poſſeſſionem perdit. & ibi [*cum res*]
fruſtra donatarius ab hærede donatoris rem emit, cũ
rei propriæ emptio non conſiſtat.& ibi.l.j.vide in præd.
c. ſi quis duas.in vltim.glo.& ibi [*ſed nec impubes.*]ſubſti-
tutus directe filio impuberi,eo mortuo cõtra matrem
impuberis agentem de inofficioſo dicit teſtamentum
illud fuiſſe patris.frater teſtatoris dicit illud fuiſſe filii.
3 ¶ In j.glo.ibi[*ſe ſoluiſſe*] de hoc vide in†Spec.de excep.
§.viſo.verſi.ſed quid ſi debitor.& ibi,in verſi.ſe. tractans
de creditore,qui negat ſe numeraſſe & pignus recepiſſe
cum ab eo pignus repetitur.& ibi.[§.*illud*]dicunt com-
muniter doctores,quod in his omnibus ratio eſt ſpe-
cialitatis,vt puniatur mandacium. Sed ſecundũ id in
omnibus exceptionibus contrariis erit reperiri menda
cium,Quare diſtinguit Dy. aut exceptiones, quæ viden
tur contrariæ,proponuntur conditionaliter,quod licet
vt j̃.in gl.aut ſimpliciter,& tunc, aut eſt poſſibile pri-
mam aſſertionem rei concurrere cum ſecunda, ideſt,
turæ, quæ dicit , quod rectum eſt peccatum puniri , &
maxime peccatum contra bonum publicum , quod
dat materiam litium & rixarum. Vlterius etiam, ſi vſu-
capio & præſcriptio tollũtur, receditur ab illa regula iu
ris naturæ,quæ dicit,ꝙ bonum publicum & commu-
ne eſt præferendum cuicũque bono ſpeciali & proprio
in remotione autem præſcriptionis & vſucapionis fit
totum contrarium , præeligitur bonum proprium il-
lius,qui negligit repetere rem ſuam , & dat materiam
litium,& rixarum,& per conſequens pręmittitur bonũ
commune , quod conſiſtit in pacifico communitatis
conuictu,nam data materia litium & rixarũ per remo
tionem præſcriptionis & vſucapionis conuictus cõita-
tis pacificus perturbatur,& ideo propter omnia hoc eſt
notabiliter attendendum,ꝙ ius naturale habet diuerſas
regulas,quę ſunt intelligendæ,ꝙ vna alteri non contra
dicatur,itaq; ſunt ſeruandę,ꝙ cũ vna ſeruatur cõtra aliã
13 non eatur.Et licet hoc ſatis appareat † per ea, quæ dicta
ſunt,tñ poſſunt ad hoc alia induci exempla. Videmus
enim.ꝙ de iure rectum eſt,quod depoſitũ reddatur , vt
patet.j.diſt. ius naturale. & tñ gladius depoſitus furioſo
non reddetur,quia per id vitiarentur regulæ de non oc-
cidendo , & de pace inter homines ſeruanda,quorum
vtrũq; ex reſtitutione poſſet violari in ſeipſo, vt in alio.
xxij.q.ij.ne quis arbitretur : & ſic propter rectitudinem
iur.legalis recederetur a regula iuris naturæ,quam ſequen
do incideretur in culpam , & hoc facit circunſtantia
eueniens,ex quibus omnibus apparet,ꝙ ius legale non
addit ſuper ius naturale quãdam ſpecialem & nouam
rectitudinem , ſed ſpecificat & declarat illam eandem
per quoſdam caſus,in quibus & ſi non ſeruetur rectitu
do iuris nãlis ſm vnam rlam , ſeruatur tñ ſm aliam,vt
ſ.oſtenſũ eſt.Vel poſſumus dicere, ꝙ in talibus caſibus
licet nõ ſeruaretur ſenſus,quẽ p̃tendit ſm lr̃am,ſeruatẽ
tñ,ꝙ eadẽ rl'a ĩtẽdit ſm verã intelligẽtiã ꝑꝑ q̃ oĩa vr̃ bñ
dictũ illud,qđ ſ.dicebatur.ſ.ꝙ rectitudo iu.nãlis & lega
lis non eſt alia & alia,ſed eſt vna,& eadẽ, aliter & aliter
ſumpta.Põt aũt hoc totũ, qđ dictũ eſt ꝯfirmari per vnã
legalẽ,q̃ hr̃.ff.de iuſti.& iu.l.ius ciuile.dicit.n.illa lex, ꝙ
ius ciuile eſt,qđ nec in totũ a iur.nãli,vel a iure gen. re-
cedit nec per oĩa ei ſeruit. Itaq; cũ vel addimus , vel de-
trahimus iuri communi, ius proprium,ideſt ciuile effi-
cimus, Ex verbis autem iſtius l. ſtatim apparet , quod
rectitudo iuris naturalis & legalis non eſt alia , ſed vna
& eadem aliter & aliter ſumpta : nam ſi eſſet alia &
alia , tunc ius legale eſſet certum ex ſua propria recti-
tudine iuris naturalis,ac per conſequens in totum rece
deret a iure naturali , cuius contrarium dicit lex præfa-
ta.Qua-

ta.Quapropter imaginari poteſt,quod ideo ius legale re
cedere non dicitur in totum a iure naturali,quia abeo
ſumit ſuam rectitudinem.Ideo vero dicitur nõ per om
14 nia ei † ſeruire,quia illam rectitudinem videtur immu-
tare,quandoque per additionem,quandoque per detra
ctionem.Per additionem quidem, quãdo addit varios
actus,ad quos habet applicari,vel congruos modos,per
quos determinari.Per detractionem vero, quando ali-
quo caſu videtur ei ſubtrahere rectitudinem ſecundũ
vnam regulam, quam tamen ſibi conſeruat ſecundũ
aliam: nec per hoc,quod dicitur,quod eadem rectitudo
vtriuſque iuris ſequitur,quod vtrunque ius ſit idem,vel
ſecundo,quod ius naturale ſit ſuiipſius menſura: quia
quo ad primum quamuis rectitudo ſit eadem,ſunt ta-
men iura diuerſa propter duas cauſas. Prima, quia il
la vnica rectitudo habet duplicem vim dirigendi in hu
manis.Vna eſt indeterminata,quantum pertinet ad ius
naturale,alia diſtincta & determinata, quantum perti-
net ad ius legale, vt ſ.dixi de puniendo delinquentem,
& ſic quod aliter, & aliter ſumpta habet aliam & aliã
vim directiuam.ergo creare poteſt iura diſtincta, quia
ius non dicit rectitudinem abſolute, ſed prout habet
vim directiuam in humanis.Secunda cauſa,quia recti-
tudo iuris naturalis omnibus eſt no.ſed iur.legalis pau-
cis peritis, & ſic reſpectu notitiæ ſunt vnius rectitudi-
nis iura diſtincta De ſecundo etiam dicitur non incon
ueniẽs,ꝙ vnum & idem diuerſimode ſumptum ſit ſui
menſura.nam habens maiorem certitudinẽ vno mo-
do,quam alio,eſt de ipſo notius & certius.& ſic ſuiipſi⁹
menſura.Cũ ergo,vt nunc dixi,vno modo diſtinctius,
quam alio,nullũ inconueniens,ꝙ diuerſo reſpectu ha-
beat rationem regulæ & menſuræ. Item regulati & mẽ
15 ſurati.¶ Declaratis ergo his † omnibus, quod præſcri-
ptio concordet iuri naturæ,probat quatuor rationibus,
quarum prima talis eſt.Illa iura, quæ habent eandem
rectitudinem,vnum eorum non poteſt alteri contraria
ri,ſed ius naturale & ius legale de præſcriptionibus ha
bent eãdem rectitudinem ergo &c.maior patet per ſe,
minor vero apparet ex dictis. Secunda ratio ad idem
poteſt eſſe talis.Illud ius, quod habet congruam & ra-
tionabilem cauſam,concordat iuri naturali, ſed ius de
præſcriptionibus eſt huiusmodi, ergo &c. minor vero
ſatis no.quia quicquid eſt congruum & rationabile,cõ
cordat naturali rationi,& per conſequens naturali iuri.
Minorem vero probo per id, quod dicebatur ſuperius
in primo articulo,vbi oſtendebatur,ꝙ longitudo deter
minati temporis a legibus probet congruam & ratio-
nabilem cauſam præſcribendi.Tertia ratio ad idem eſt
talis.Illud ius legale, quod punit peccatũ negligentiæ,
quod eſt contra bonum publicũ,concordat iuri natura
li. ius de præſcriptione eſt huiusmodi, ergo &c.maior
videtur no.quia regula iur. vera eſt, quod peccans pu-
niatur,& maxime contra bonũ publicũ, minor etiam
apparet,quia ille, qui negligit repetere rem ſuam tam
longo tempore,maxime peccat contra bonum publi-
cum,quia præbet materiam litiũ & rixarũ,quia nõ poſ
ſunt facile terminari & per conſequens de iure naturæ
æquũ eſt, ꝙ puniatur. ius autẽ præſcriptionis punit ſic
negligentes,vt patet in deſcriptione ſuperius data ſecũ-
do.Quarta ratio ad idẽ eſt talis,ꝙ illud ius legale, quod
imponit finem litibus, quę non videntur poſſibiles ter
minare,maxime concordat iuri naturali, ius legale de
præſcrip.eſt huiusmodi,ergo &c. Maior videtur no.qa
bonũ publicũ maxime impeditur per lites,quæ non fa
cile terminantur & ideo illud legale ius,quod imponit
finẽ litibus talibus,maxime congruit bono publico. ac
per conſequens maxime concordat iuri naturali. Mi-
nor etiã apparet,tum ex deſcriptione ſuperius data,quæ
dicit,ꝙ eſt ius, finem litibus imponens, tum etiam ex
l.illa ſuperius all ff.de vſuca.l.j.quæ dicit,ꝙ vſucapio eſt
introducta propter bonũ publicũ,& pari ratione etiam
pręſcriptio.Ex iſtis autem duabus rationibus,apparet,ꝙ
quamuis præſcriptio videatur deuiare a iure naturæ,ſe-
cundum illam regulam,quæ dicit, ꝙ nullus debet locu
pletari cũ alterius detrimento & iniuria, reuocatur ta-
men ad ius naturæ ſecundũ duas alias regulas, quarum
vna dicit,ꝙ qui peccat,debet puniri. Alia vero dicit, ꝙ
debet finis litibus imponi,propter quod etiã patet vlte
rius,quomodo tollitur fundamentũ contrariæ opinio-
nis,quam gl.tenent, nã licet ſit æquũ ſimpliciter nemi-
nem ditari cũ alterius detrimento, in tali tamen caſu,
quo currit præſcriptio,non eſt æquũ, quia itetur cõtra
16 duas alias regulas iuris naturalis.Nec † valet illud, quod
inducebatur in contrariũ,de l.hac lege.C.de pac. conu.
quæ dicere videtur,ꝙ aliud eſt bonũ, aliud eſt æquum:
quia non eſt intentio dictę l.quod aliquid ſit bonũ, qđ
non ſit ęquũ. Nam quanto aliquid recedit ab æquitate
tanto etiam recedit a bonitate. quapropter eſt dicta lex
intelligenda hoc modo. ſ. quia aliud eſt, quod apparet
bonũ,ſecundũ vnam regulam,quod tamen non appa
ret æquũ ſecundũ aliã.Vel poteſt dici alio modo, ꝙ ali-
quid eſt,quod apparet bonũ ſecũdũ aliquam regulam,
iuxta veram intelligentiã, quod tñ non apparet æquũ
ſecundũ eandem regulã intellectam apparenter ad li
teram.Intelligendũ eſt tamen,quod circa totũ quod di
17 ctum eſt ſ.ſic diſtinguere poſſumus,quod † præſcriptio-
nem concordare iuri naturæ, poteſt intelligi dupliciter.
Vno modo,quod ita concordet iuri naturæ,quod ſit di
recte ab eo exorta.& iſte intellectus eſt fatuus, quia nul
la tunc regula iuris naturæ ei obuiaret aliquo modo,cu
ius tamen contrarium eſt oſtenſum ſuperius, quia ob-
uiat ei illa regula iur.quæ dicit,iure naturæ æquũ eſt,ne
minem cum alterius detrimento & iniuria fieri locu-
pletiorem. Iſta enim regula obuiat pręſcriptioni, ſaltẽ
quantum ad ſenſum, quem pretendit ſecundum lite-
ram.& hoc eſt forte,quod mouet iuriſtas ad dicẽdũ,ꝙ
præſcriptio ſit contra ius naturæ,tamen intelligunt eſ-
ſe contra ius naturæ, quia non directe eſt ab eo exorta
poteſt tolerari eorum opinio, quamuis ſimpliciter lo-
quendo non ſit bene dictum, quia magis eſt verum eã
concordare iuri naturæ,quam eſſe contra ius, concor-
dat enim iuri naturę iuxta intellectum, qui modo po-
netur.Dico ergo, quod ſecundo modo poteſt intelligi,
pręſcriptionem concordare iuri naturę,quia licet non
ſit directe ab eo exorta, eſt tamen ad ipſum indirecte re
ducta.& iſte intellectus eſt verus,quia oſtenſum eſt.ſ. ꝙ
licet pręſcriptio videatur directe deuiare a iur. naturæ
ſecundum vnam regulam, reducitur tamen ad ipſum
indirecte per duas alias regulas. imo, quod plus eſt.iſta
reductio poteſt fieri ſecundũ vnam & eandem regulã,
vt ſuperius eſt oſtenſum, propter quę omnia ſimplici-
ter debemus dicere, quod ipſa non ſit contra ius natu-
rę,imo magis,quod concordet iuri naturę.& ita patet,
quid ſit dicendum quantum ad ſecundum articulum.
TERTIO quęrebatur,vtrũ pręſcriptio iuris cano
nici debuerit eſſe alia & diſtincta a pręſcriptione iuris
ciuilis?Vbi ſciendũ, ꝙ in iſto articulo eſt aliquid certũ,
& aliquid dubiũ,nam certũ eſt, quod præſcriptio, quę
currit ſecundũ ius canonicũ,quia requirit bonam fidẽ
in pſcribente,vt in iſta regula cũ concor. eſt alia a præ-
ſcriptione,q̃ currit ſm ius ciuile, q̃ non requirit neceſſa
rio bonã fidẽ in pſcribente,vt patet C.de pſcri.xxx. an.l.
j.& l.oĩs.& l.cũ notiſſimi.aliud aũt eſt dubiũ in iſto arti
culo.ſ. vtrũ iſta diuerſitas pſcriptionis inter dicta iura ſit
rõnalis,ſiue vtrũ fuerit rõnabiliter poſita? Illud aũt, qđ
facit hic aliquã difficultatẽ,eſt,ꝙ ſi pſcriptio malæ fidei
ↄcordat æquitati iuris nãæ.vĩ ꝙ ambo dicta iura debue
rũt ↄcordare in eã ſtatuendo.Si vero dicta pſcriptio ſit
iniqua,& ↄ̃ æquitatẽ iuris nãæ,vĩ,ꝙ nullũ ius legale de-
buerit eã ſtatuere,& per ↄ̃ñs dicta pſcriptio ſicut non cur
rit ſm iura ca.ita ẽt nõ curret ſm ciuilia,nec erit aliqua
diuerſitas inter dicta iura. Sciendum ergo, quod dicta
præſcriptio conſiderata mente iur.ciuilis eam ſtatuen-
tis eſt æqua, quia concordat æquitati iuris naturæ & alio

modo conſiderata mente præſcribentis eſt iniqua, qa
ab eius æquitate recedit, & ꝙ ita ſit apparet. Intẽdit enim
19 ius † ciuile per præſcriptionem malæ fidei duplicem fi-
nem. ſ. negligentes punire, & finem litibus imponere,
& vterque dictorum finium iuri naturali concordat,
vt ſuperius fuit viſum. & ideo ex iſta parte merito eſt di
cenda æqua & iuſta talis præſcriptio, & ipſe præſcribens
per eandem præſcriptionem intẽdit rem alienam viur
pare, propter quod merito ex iſta parte eſt dicenda ini-
qua, & iniuſta: quia diſcordat ab illa regula iuris naturę,
quæ dicit, Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris, quę
regula in lege & in euangelio continetur: vt in princi.
decretorum. & hic apparet, quod fuit cauſa, quod præ-
ſcriptio malæ fidei eſt a iure ciuili inducta. Remanet
tamen dubium, quare ius can. in prædi. præſcriptione a
iure ciuili diſcordat. Sciendum ergo, quod præſcriptio
malæ fidei partim eſt a iure ciuili inducta: & hoc nunc
dictum eſt, partim permiſſa. ſ. cõſiderata iniquitate præ
ſcribentis. quo reſpectu eſt iniuſta, vt prædixi. nec eſt ſe
cundum id a iure ciuili inducta. ſed ſolum permiſſa:
quia ius ciuile & quodlibet aliud ius, quamuis non poſ
ſit aliquod iniquum & iniuſtum inducere, illud tamen
quandoque permittit propter aliquod bonum & iuſtũ
quod inde poteſt elicere, & quod ad ipſum tale ius ma-
gis ſpectat intendere, ſicut in propoſito. nam permittit,
quod pręſcriptio illius ex mala fide & æquitate proce-
dat, vt pœnam duplicem per præfatum finem eliciat.
Hoc autem non facit, quia ius ciuile cum intendat pro
vltimo fine conſeruare ciuilem ſocietatem, cui fini ma
xime deſeruit negligentia, punitio, & litium determina
tio, idcirco magis debet intendere ad hoc, vt negligen-
tes puniat, & finem litibus imponat, quam vt iniquita-
tem præſcribentis corrigat, vel remoueat, nam magis
ad ipſum ſpectat illius duplicis finis æquitas proſequen
da, quam ipſi pręſcribentis iniquitas corrigenda. ex qui
bus omnibus apparet immediate, quare in præſcriptio-
ne malæ fidei ius can. a iure ciuili diſcordat, & aſſignat
de hoc iiij. ratiões. Prima: quia iſta duo iura ſibi mutuo
ſubueniunt, cum ſint fundata ſuper eodem iur. natura
li. nam ſi vnum eorum alteri non ſubueniret, ſequere-
tur, quod vnum eorum in omnibus ſufficeret, & per ꝯ-
ſequens alterum ſuperflueret. Contingit enim ſæpe ad
vnum, & eundem effectum vnum eorum ſine altero
non ſufficere. Verbigratia, in puniendo clericum tradẽ
dum ad mortem, non ſufficit ius ciuile ſine cano. quia
non poteſt ipſum degradare. nec etiam ſufficit can. ſine
ciuili: quia iudex canonicus non poteſt ipſum occide-
re. quapropter dicta iura ſibi mutuo ſubueniũt in dicto
caſu: quia quodlibet eorum exequitur illud, quod ad ip
ſum pertinet, ita ergo ſuo modo eſt imaginandum in
præſcriptione malæ fidei: quia in ea eſt aliud iuſtum, &
proſequendum: & aliud iniuſtum, & prohibendũ, quæ
duo ſatis patent per ſuperiora. hęc duo non poſſunt fie
ri per idem ius. & ideo oportet, quod ſit aliud ius, quod
dictam præſcriptionem propter illum duplicem finẽ
inſtituat, & aliud ius, quod eãdem præſcriptionem pro-
pter malam fidem præſcribentis prohibeat, vt iſto mo-
do dicta iura ſibi mutuo ſubueniant. nec erit contradi
ctio inter ea: ſicut melius declaratũ in quæſtione de
vſuris. vbi oſtendit, quod vnum non poteſt obuiare alte
ri per contradictionem, ſed per omiſſionem, quia illud,
quod omittitur ab vno, ſæpe aſſumitur ab altero, ſicut
vtiq; nunc eſt in propoſito. Nam quod mala fides præ-
ſcribentis debeat pręſcriptionem infringere, hoc a iure
ciuili omittitur: quia ad ipſum non ſpectat eam ꝑpter
dictam cauſam infringere. Hoc autem a iure can. aſſu-
mitur: quia ad ipſum ſpectat eam propter dictam cau
ſam infringere. & ideo non eſt contradictio, cum ius ci
uile dicit talem præſcriptionem æquam & iuſtam eſſe,
ac per conſequens inſtituendam. Ius vero can. dicit ean
dem præſcriptionem eſſe iniquam, & iniuſtam, ac per
conſequens prohibendam, quia ſic dicendo non atten
dit ad eandem cauſam, nec ad eundem finem. vbi au-
tem eſt contradictio, oportet, quod accipiatur ſecundũ
idem, & reſpectu eiuſdem domini. Ex his omnibus
20 † poſſumus ad propoſitum formare vnam rationem
talem. Illud, quod eſt prohibendũ, & a iure ciuili omit-
titur, debet a iure can. aſſumi: quia ſupra oſtenſum eſt,
quod dicta iura ſibi mutuo ſubueniunt, ſed præſcriptio
malæ fidei eſt prohibenda: quia iniqua & iniuſta ex par
te præſcribentis, & ſic eius prohibitio debet aſſumi a iu
re canonico, ac per conſequens a dicto caſu vnum ius
diſcordabit ab altero, nec tamen propter talem diſcor-
diam erit contradictio. vt ſupra oſtenſum eſt. Secunda
ratio ad idem eſt talis. Illud, quod ſequitur legem Euan
gelicam, debet diſcordare ab omni eo, a quo diſcordat
lex Euangelica, ſed ius cano. ſequitur legem Euangeli-
cam, & ei ſubalternatur, quę lex Euangelica a iure ciui
li diſcordat in rectificando actum interiorem, ſicut pa-
ter Math. v. vbi dicitur: Omnis qui viderit mulierẽ ad
concupiſcendam eam, iam mœcatus eſt in cordę ſuo.
Ius autem ciuile nititur ſolum ad rectificandum actũ
exteriorem, qui eſt ad alterum, per quem poſſet ciuilis
ſocietas impediri. ergo & eius can. debet in hoc diſcor-
dare, ſeu potius ſuperabundat a iure ciuili, quia debet
vti ad rectificandũ etiam actum interiorem, per quod
poſſet a Deo deuiare, ac per conſequens dicit præſcri-
ptionem malæ fidei penitus prohiberi, per quam actus
interior obliquatur. ex quo etiam relinquitur, quod in
prædicto caſu a iure ciuili diſcordat. Tertia ratio ad idẽ
eſt talis. Illa iura debent in præſcriptione malę fidei ne
ceſſario diſcordare, quorum vnum intendit conſerua-
re iuſtitiam propter litigia terminanda, alterum vero
econuerſo intendit terminare litigia propter iuſtitiam
conſeruandam, ſed ius ciuile intendit conſeruare iuſti
tiam propter terminanda litigia. Nam ſuus finis princi
palis eſt conſeruare ciuilem ſocietatem, quæ conſerua-
ri non poteſt, niſi litigia terminentur, ius autem cano-
nicũ econuerſo intendit terminare litigia propter con
ſeruandam iuſtitiam. Nam ſuus finis principalis eſt, or
dinare in Deum & in legem Euangelicam, vt homo
gloriam aſſequatur. Qui quidem ordo iudicium non
haberet, niſi iuſtitia conſeruetur, vt per eam actus infe-
rior, quo ordinatur iudex reguletur. Hinc eſt, quod vna
regula iuris canoni. dicit, quod vtilius ſcandalum naſci
permittitur, quam veritas relinquatur. eodem titu. qui
ſcandalizauerit. quare relinquitur, quod dicta duo iura
debuerunt in præſcriptione malę fidei diſcordare, pon
derato fine cuiusque, q͛ui patet per ſuperiora. Quarta ra
tio ad idem eſt talis, Illa iura, quæ ita habent, quod
vnum eorum ita intendit de foro litigiĵ, quod finaliter
remittit ad forum conſcientiæ, alterum vero conſiſtit
ſolum in foro litigij: non poſſunt in præſcriptione
malæ fidei concordare: quia prędicta præſcriptio malę
fidei ſecundum forum conſcientię eſt damnanda, ſe-
cundum vero forum litigij inducenda, ſed ius canoni.
& ciuile ita ſe habent, quod ius ciuile ſolum ſiſtit in fo-
ro litigij, quod eam finaliter remittit ad forum conſciẽ
tię, vt patet de pœniten. & remiſſio. omnis. Ergo neceſ
ſario debuerunt in pręſcriptione malæ fidei diſcordare
quamuis talis diſcordia non ſit cõtradictio, vt ſuperius
oſtenſum eſt, quia non eſt reſpectu eiuſdem cauſæ vel
eiuſdem finis. & ſic patet, quid ſit dicendum quantum
ad iſtum articulum, quia preſcriptio iuris can. eſt alia,
& debuit eſſe alia a pręſcriptione iuris ciuilis. & hęc ſuſ
ficiant quantum ad ipſum.
21 QVARTVM proponebatur, vtrum in † pręſcri-
ptione acquiratur dominium? Ad cuius euidentiam
eſt intelligendum, quod quantum ad pręſcriptionem
malę fidei, quæ currit ſpatio triginta annorum, non vi-
detur eſſe aliqua diſcordia inter doctores iur. nam om-
nes concorditer dicunt, quod in ea non acquiritur do-
minium, ſed ſola exceptio, quia ſi in ea acquireretur do
miniũ, tunc non fuiſſet inducta in odium negligen-
tium,

tium, ſed etiam in fauore malę fidei poſſidentium.
Eius contrarium apparet. xvi. quæſtione. iii. §. poteſt.
De præſcriptione bonæ fidei videntur quamplures ad-
inuicem diſcordare: nam quidam antiqui doctores in
ris dicũt, quod in præſcriptione bonæ fidei habeat qua
ſi dominium inutile, & nõ directum dominium. quod
probant per illum textum, qui habetur, de præſcriptio-
nibus triginta. vel quadraginta annorum. l. ſi quis em-
ptionis. in principio. & ſecundo reſponſo. & ff. de iureiu
ran. ſi duo §. Iul. ibi enim dicitur, quod præſcribens ha-
bet vtilem actionem in rem, & habet exceptionem cõ
tra dominum. Si autem præſcribens habet exceptionẽ
contra dominum. ergo dominus, contra quem fuit
22 præſcriptum, habebit actionem: quia exceptio † non ha
bet locum, niſi vbi eſt poſſibilis actio. Eſt enim exceptio
actionis excluſio, vt patet. ff. de exceptioni l. ij. ſi autem
dominus, contra quem eſt pręſcriptum habet actionẽ,
non poteſt habere niſi directam: quia actionem vtilem
habet ipſe præſcribens ratione vtilis dominij, & duo nõ
poſſunt eſſe ſimul domini in ſolidum vno reſpectu, vt
patet. ff. commodat. l. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. Si ergo
23 † actio directa ac per conſequens dominium directum
remanſit apud illum, contra quem eſt præſcriptum: re
linquitur, quod ipſe præſcribẽs acquiſiuerit per præſcri
ptionem ſolam actionem vtilem, ac per conſequens ſo
lum dominium vtile. & hanc opinionem ſequuntur
quamplures moder. doctores iur. de hoc aliquid no. 16.
q. tertia. in fine ſummę. & c. quicunque. in j. glo. & §. po
teſt. per Hoſtien. In ſumm. de præſcriptione rerum im-
mo. in vlt. colum. ſed hæc opinio videtur dubia & non
rationabilis propter tria. Primo: quia homo nõ eſt do
minus rerum exteriorum, niſi pro quanto poſſunt ve-
nire ad ſuum vſum, & vtilitatem hominis, ſecundum
ipſius arbitrium & voluntatem. & ideo videmus, quod
illæ res quæ nunquam poſſunt venire in vſum & vtilita
tem hominis, ſecundum ipſius arbitrium & volunta-
tem nunquam poſſunt cadere ſub eius dominio: ſicut
patet de corporibus cæleſtibus. Videmus vlterius, quod
ſi aliquæ res aptę natæ caderent ſub vſu & vtilitate ho-
minis, & tamen nunc compertum non eſt, quod vene
runt in vſum & vtilitatem alicuius eo ipſo ab ipſa lege
diſcernuntur eſſe nullius, & naturali ratione conceduntur,
& ſubijciuntur dominio primi occupantis. vt patet
ff. de aqriren. rerum dom. l. j. §. quod enim nullus. Hoc
ideo videtur contingere, quod dominium, quod habet
homo in exterioribus prouenit ex earum vſu & vtilita
te: conſtat autem, quod ille, contra quem proceſſit præ-
ſcriptio bonę fidei, nullo modo poteſt aſſumere rem
præſcriptam in ſuum vſum & vtilitatem. ergo nullo
modo dominus, ac per conſequens nõ remanſit apud
eum directum dominium, vt dicebat pręfata opinio.
Secundo patet hoc idem: quia videmus quod præſcri-
bens aliquam rem bona fide poteſt transferre dominiũ
directum ipſius ad alium, vtpote ſi vendat rem illam
alicui domino, & poſtea recipiat eam in feudum ab
eo, dicitur trãſtuliſſe dictam rem in illum dominum
quantum ad directum dominium, & eam ſibi præſcri-
pſiſſe quantum ad dominium vtile. Conſtat autem,
quod vnuſquiſque homo tale dominium de re quacũ-
que ad alium transfert, quale apud ſe habet, vt patet.
ff. de acquiren. rer. do. l. traditio. Si ergo præſcribens tale
dominium transferre potuit, videtur quod ipſum apud
ſe habuit, ac per conſequens dictum tale dominium
per pręſcriptionem acquiſierit. Tertio patet hoc idem:
quia videmus, quod ille qui habet ſolum dominiũ vti-
le, & non habet dominium totale vtile, & ideo ſemper
exhibet aliquid domino directo, vtpote vel partem vti-
litatis, vel homagium, vel quid tale, per quod tale da-
tur intelligi, quod ipſe non eſt dominus directus, ſed il-
le cui fit illa exhibitio, vel recognitio, ac per conſequẽs
eo ipſo. quod ille qui habet ſolum vtile dominiũ, reco-
gnoſcit alium dominum, videtur ipſe tale non habere
dominium. Si ergo pręſcribens bona fide acquiſiuiſſet
per præſcriptionem ſolum dominium vtile, non habe
ret totale dominium: ſed neceſſario recognoſceret aliũ
dominum, puta illum, contra quem pręſcripſit, quod
24 patet euidenter eſſe falſum. Ad rationem vero † ipſius
opinionis poteſt reſponderi, quod exceptio eſt facti, &
quod hoc caſu elidit actionem & intentionem agẽtis,
& facit, quod not. ſupra eod. lib. de li. conteſt. c. j. in fine.
in glo. & ideo eſt alia opinio quorundam doctorum di
centium, quod in præſcriptione acquiratur non ſolum
25 dominium † vtile, ſed directum, quod probant per tex-
tum plurium legum, in quibus habetur, quod præſcri-
bens bona fide ſpatio triginta annorum efficitur domi
nus, ſi autem per præſcriptionem acquireretur ſolum
dominium vtile, non diceretur pręſcribens effici domi
nus, ſed cum quadam determinatione adiuncta, & di-
minutione. Confirmatur hoc idem per tres rationes
præcipue. Prima eſt, quod fortior eſt poſſeſſio in rebus
immobilibus, quæ acquiruntur per præſcriptionem,
quam in rebus mobilibus, quę acquiruntur per vſucapionẽ,
ſe per vſucapionẽ acquiritur non ſolũ dominiũ vtile, ſed
etiam directum, ergo multo magis debet hoc idem ac
quiri per præſcriptionem. Secunda ratio ad idem eſt ta
lis quia ſi præſcriptio non acquireret dominium dire-
ctum, iam videretur, quod dominium directum eſſet
impræſcriptibile, quod patet eſſe falſum: nam & ipſa iu-
ra principalia, de quibus minus videtur, cum ſint oſſi-
bus noſtris infixa, pręſcribuntur ſpatio. xxx. anno. vt pa-
tet. ff. pro ſocio. l. iii. & ff. de peculi. l. ſi quis. & l. ergo. & C.
26 de pręſcrip. xxx. vel xl. ann. l. ſicut. Tertia ratio † ad idem
eſt talis: quia ille qui tacuit tanto tempore, præſumitur
conſentire. ff. de verbo. ſigni. l. alienationis verbum. con
ſtat autem, quod per conſenſum transfertur vtile do-
minium & directum, vt Inſti. de rerum di. §. per traditio
nem. ac per conſequens videtur, quod per tempus præ-
ſcriptionis acquiratur vtrunque dominium, ſcilicet
tam vtile, quam directum. hæc autem opinio non vi-
27 detur rationabilis propter duo. Primo: quia † videtur po
nere, quod in præſcriptione acquiratur neceſſario do-
minium directum, quemadmodum in vſucap. cuius
contrarium euidenter apparet: nam videmus, quod
poſſet aliquis præſcribere contra feudatarium, non pręſcribendo
contra dominũ feudi. in quo caſu acquirere
tur per præſcriptionem ſolum dominium vtile. & non
directum. & econuerſo. Secundo non videtur rationa-
bilis: quia non conuenienter diſtinguit inter dominiũ
directum & vtile, quaſi duo diſtincta, cuius oppoſitum
ſtatim oſtendetur. & quantum ad iſtam partem prima
opinio videtur defeciſſe, ſicut & iſta, propter quæ om-
nia videtur eſſe aliter procedendum in iſto. Sciendum
28 ergo, quod dominiũ directum & dominiũ vtile quan-
doque diſtinguuntur, ſicut duo diuerſa iura, quando-
que vero ſicut duo diuerſi modi habendi idem domi-
nium. debemus ergo imaginari, quod vtile & directum
quandoque capiunt diſtinctionem penes alium & aliũ
modũ vtendi: quandoque vero penes alium & alium
modũ habendi. primũ patet, quia videmus, ꝙ alio mõ
vtitur re feudata feudatarius, qui colit, & fructũ recipit,
quam dñs, qui recipit ſeruitium ſine labore, & ita ſuo
mõ dicendũ eſt de emphyteuta & principali dño. In ta
li ergo caſu dñiũ directũ & vtile diſtinguitur penes aliũ
& aliũ modũ vtendi. Qñq; vero diſtinguitur penes aliũ
& alium modum habendi, ſiue penes alium & alium
modum acquirendi id dominium, debemus namque
ſupponere, quod acquiſitio dominij eſt a iure gentium
vt patet. ff. de iuſti. & iure. l. ex hoc iure. Ius autem gen-
tium ſoli homini competit, & eſt quędam ratio natu-
ralis, quæ ſic homini propria eſt, quæ tamen homini
bus omnibus eſt collata, quæ quidem ratio naturalis
eſt quaſi quędam lex tacita, vt patet. ff. de bo damna l.
cum ratio. Eſt inquam lex tacita, quia in corde homi-
nis diuinitus & naturaliter ſcripta, & nõ mãdato ipſius

pr.ætoris exterius ꝓmulgata. Huius ergo legis & huius
iur. naturalis æquitati oportet, ꝙ omnis dominij acqui
ſitio innitatur, quãq; directe quãq; indirecte. ver. gratia de
vtroque. Si .n. occupemus aliquam rem penitus dereli-
ctam, vel quæ nunquam extitit alicuius, acquiſitio do-
minij in illa re directe concordat & innititur iuri natu
rali: vt patet per illam legem ſuperius allegatam. ff. de
acqui. re. do. l. i. §. quod enim nullius. nam dicitur in illa
l. ꝙ illa res, quæ nullius eſt, naturali ratione occupanti
conceditur. ac per conſequens acquiſitio dominij in il-
la re naturali rationi directe innititur: quia nulla eſt re-
gula iuris naturalis, ſiue rõnis naturalis, quæ acquiſitio-
ni huius dominij valeat obuiare. Idem per omnia, ſi ac
quiramus dñium in aliqua re per liberam traditionem
illius, cuius eſt illa res & hoc etiam poteſt haberi. ff. de
acqui. re. do. l. qua ratione. §. hoc quoque. vbi dr̃, quod il
læ res, quæ per traditionem nr̃æ fiunt, iure gentium no
bis acquiruntur, cuius ratio redditur in ſequenti. §. vbi
dicitur, quod nihil eſt tam conueniens naturali æquita
ti, quam voluntatem domini volentis rẽ ſuam in aliũ
transferre, ratam haberi. Patet ergo ex his duobus exẽ-
plis, quomodo acquiſitio dominij in aliqua re quãdo-
que innititur æquitati iur. naturalis directe. Reſtat vide-
29 re de indirecta: euenit enim quandoque, quod † acqui-
rimus dominium in aliqua re per exactionem illius
rei a debitore noſtro nomine pœnæ: quia iura ciuilia
volunt, ꝙ id, quod exigitur a debitore nomine pœnę, lu
cro debet cedere creditoris, vt patet. ff. de ſolutio. & libe.
l. id quod pœnæ. acquiſitio ergo dominij iſto modo in-
nititur, & concordat æquitati iur. naturalis. non quidẽ
directe, vt patet ex duobus, primo: quia illud concordat
æquitati iur. naturalis directe, cui non inuenitur alias
regula iuris naturalis obuiare: nunc autem huic acqui
ſitioni dominij obuiat illa regula iur. quæ. s̃. fuit allega-
ta in ſecundo articulo, & habetur e. tit. locupletari. cum
concor. quia fit cum iactura debitoris. & ſic deuiat ab
æquitate iur. naturalis: quia dicta regula ei obuiat eui-
denter, reuocatur tamen ad eiuſdem iur. naturalis ęqui
tatem, per aliam regulam, quę dicit, ꝙ pro quolibet pec
cato debet pęna exigi, vt nullum malum remaneat im
punitum. Ex quibus omnibus apparet, ꝙ acquiſitio do
minij in iſto caſu concordat æquitati iuris naturæ: non
quidem totaliter, ac per conſequens, non directe, ſed in
directe æquitati, quaſi directe originem ab ea trahẽdo:
imo quaſi indirecte ad eum redeundo. Secundo patet
hoc idem: quia acquiſitio illius dominij, quę totaliter &
directe innititur æquitati iur. naturæ, habet efficaciam
ſuam & vigorem ſine communi fauore iur. legalis, vt
patet in acquiſitione dominij ſumpta primo modo. nã
dato, quod nullum eſſet ius legale, adhuc primus mo-
dus acquirendi dominium habet locum. ſecundus ve-
ro modus acquirendi dominium, qui immediate eſt
dictus, non habet efficaciam & vigorem: niſi ſuppoſito
fauore iur. legalis. ſed per quandam reductionem indi
rectam: quam reductionem facit ius legale: quia ad ip
ſum ſpectat naturalis iur. regulas concordare: vt poteſt
patere ex his, quæ dicta ſunt in ſecũdo articulo. & ideo
talis modus acquirendi dominium locum nõ haberet,
ſi ius ciuile non eſſet. apparet igitur ex omnibus his pro
30 poſitum. Sciendum eſt tamen, ꝙ licet ſint † duo modi
acquirendi: tamen idem eſt dominium per quodcun-
que illorum acquiſitum, eũdem enim modũ & vſum
vtendi habet vterq; acquirens. & ſic patet illud, quod ſu
perius dicebatur, ſ. ꝙ dominium directum & vtile quan
doq; diſtinguitur penes alium, & alium modũ vtendi,
& tunc ſufficiũt duo particularia & diſtincta dominia,
quandoque vero penes alium, & alium modum habẽ-
di & acquirendi, & tũc ſunt vnum dominium ſibi poſ
ſibile acquiri per p̃ſatos duos modos. Sciẽdum vlterius,
31 ꝙ ex † proceſſu ſuperius habito poſſumus colligere du-
plicem rationem, quare dñium directũ dicatur oſſibus
noſtris infixũ, & a nobis inſeparabile, vt habetur. ff. pro
ſocio. l. iii. & ff. de pec. ſi quis ergo. Vna quidem ratio eſt,
quia tale dominium directe innititur iuri naturali ſiue
rationi naturali, vt patet ex dictis. Ratio autem genera-
lis eſt cordi noſtro infixa, & a nobis inſeparabilis, vt ait
Augu. ii. confeſ. ſic innuens, lex inquam ſcripta in cordi
bus hominum, quod nec vlla quidem delet iniquitas.
dominium ergo directum dicitur oſſibus infixum: q̃a
innititur illi iuri, quod nobis eſt infixum, & a nobis in-
ſeparabile. Secunda ratio eſt: quia ius naturale eſt fortiꝰ
& efficacius, quam ſit ius legale. & naturalis ratio for-
tior & efficacior, quam ſit humana voluntas. omne er-
go illud, quod eſt vnitum naturali iur. & naturali ratio
ni, non poteſt a nobis ſeparari iur. legali & humana vo-
luntate. Dominium ergo directum eſt nobis vnitum
naturali iur. & naturali ratione. ergo non poterit a no-
bis ſeparari per ius legale, vel humanam volũtatem, ac
per conſequens dicetur rationabiliter oſſibus noſtris in
fixum: & a nobis inſeparabile. His ergo omnibus decla
ratis facile expeditur, quod quærebatur ĩ hoc articulo,
vtrum præſcriptione acquiratur dominium. Dicendũ
32 itaque † eſt, ꝙ in ea & per eam vno modo acquiritur do
minium vtile, & directum, & alio modo tm̃ dñium vti
le. & non directum. Nam ſi capiamus dominium vtile
& directum, prout diſtinguitur ex modo vtendi, pręſcri
bens rem ſimpliciter, habet omnem modum vtendi, &
tunc ſufficiunt duo particularia, & diſtincta dominia.
quandoq; vero penes alium, & alium modum haben-
di & acquirẽdi, & tunc ſunt vnum dominium ſibi poſ-
ſibile acquiri. ergo hẽt vtrunq; dominium vtile & dire-
ctum, alſ nõ haberet dominium totale, ſed partiale, ſed
recipiendo directum, quod directe deſcendit a iure na-
turali. tale directum non habetur per præſcriptionem:
ſicut habetur in re illius occupata, vel a vero domino
tradita: illis enim aſſiſtit naturalis æquitas, & huic reſi-
ſtit, tñ ad illam indirecte reducitur, vt eſt dictum. For-
mabat ſuper his duas rationes, quarum prima erat. Per
id acquirimus dominium vtile & directum primo mo
do per hoc habemus totalem vſum & vtilitatem de re
præſcripta, ſed per præſcriptionem id euenit. ergo &c. Se
cunda, illud dominium acquiritur indirecte, quod ab
æquitate iur. naturæ non directe exoritur, cum ad illã
indirecte inducitur, ſed dñium per p̃ſcriptionẽ acquiſi
tũ eſt tale, ergo &c. prolixe ẽt ꝓſequitur iſtas, qđ omitto.
33 QVINTVM † erat, vtrum præſcribens mala fide de-
beret cenſeri cum raptore, vel in qua ſpecie peccati ſit
locandus? Ad huius ergo quæſiti euidentiam eſt primo
attendendum, quæ differentia ſit inter furtum, & rapi-
34 nam, & vſuram. Sciendum † igitur, quod præfata tria ſe
habent per ordinem. furtum ſe habet in plus, quam ra-
pina: & rapina plus, quam vſura. Nam diligenter conſi
deranti patebit, quod de ratione furti ſunt duo, ſcilicet
quod per ipſum vſurpetur res aliena, & hoc eſt primũ.
Secundum eſt, quod dicta vſurpatio ſit occulta. per pri-
mum autem iſtorum duorum ratio furti extẽditur ad
rapinam. decimaquarta quæſtione. v. pœnale. per ſecun
dum vero diſtinguitur ab ea. facit ſupra de fur. c. ij. de ra
tione autem rapinæ ſunt tria. primum eſt, quod per ip-
ſam vſurpetur res aliena & per hoc collocatur ſub fur-
to. Secũdum eſt, ꝙ dicta vſurpatio ſit manifeſta, & per
hoc ratio rapinę diſtinguitur a furto & extẽditur ad vſu
ram. xiiii. q. iiii. ſi quis vſuram accipit, rapinam facit.
Tertium eſt, ꝙ illa vſurpatio ſit penitus violenta, & per
hoc diſtinguitur ab vſura. De ratione autem vſuræ ſunt
tria. Primum, ꝙ per ipſam vſurpetur res aliena. Secun-
dum eſt, quod vſurpatio eſt manifeſta. Tertium eſt, ꝙ il
la vſurpatio fiat per conſenſum coactum, & extortum
ratione mutui, quo ſoluens timet carere, ac per conſe-
quens, nec penitus voluntaria, nec penitus violenta. xv.
q. j. merito quæritur. & per hoc diſtinguitur a rapina. Vi
ſis autem his, poſſumus faciliter reſpondere ad illud, qđ
in illo articulo eſt quæſitum, nam cum quæritur. vtrũ
pręſcribens mala fide debeat cenſeri cum fure, vel cum
raptore,

35 †raptore ,vel in qua alia ſpecie peccati ſit locandus,ap-
paret ꝙ volendo loqui proprie,non poteſt cenſeri cum
fure, nec ēt cū raptore,quia peccatū furis, vel latronis
vel raptoris conſiſtit principaliter in rei alienæ vſurpa-
tione,& non in rei alienæ detentione,nam dato,quod
fur,vel raptor in ipſo actu vſurpationis deprehendatur,
furis vel raptoris nomine cenſebitur,& vterque eorum
tanquam fur vel raptor a iudice punietur, non obſtan
te, quod in re aliena habuerit ſolum actum indebitæ
vſurpationis, & nullum actum adhuc indebiti vſus vel
detentionis.ipſa vero rei alienæ detentio,magis cōcur-
rit ibi vt circunſtantia aggrauans pactum. & ideo vi-
demus , quod quanto maiori tempore res aliena ab eis
detinetur, tanto plus a legibus puniuntur.Quapropter
apparet immediate,quod præſcribens malæ fidei non
pt ꝓdrie & directe cenſeri cū ſure vel raptore, quia pec
catum ipſius totaliter vel ſaltem principaliter in rei
alienę detentione conſiſtit.nam dato quod a principio
poſſeſſionis bonam fidem haberet , ſi tamen poſtea an
te tempus finitæ præſcriptionis mala fides adueniat ,
poſſeſſor & præſcriptor malæ fidei eſt cenſendus, nec
eius præſcriptio curret , ſecundum iura can.licet ſecus
ſecundum iura ciuilia , vt patuit in tertio articulo. Il-
lud ergo, quod eſt ſolum circunſtantia aggrauans pec-
catum in fure & raptore, ſcilicet rei alienæ detentio,
ipſa quidem eſt peccatū conſtituens in malæ fidei poſ-
ſeſſore & præſcriptore. Ex quo etiam apparet vlterius,
ꝙ non debet per legē pœna infligi præſcriptoribus ma
læ fidei,quemadmodum furibus & raptoribus,nam le-
ges furibus & raptoribus pœnam infligunt,quia eorū
peccatum non ſolum inficit conſcientiā,ſed etiam læ-
dit rempublicam.Ad cuius conſeruationē totus cona-
tus.l.iuſtitię, ſi enim fures & raptores non punirentur,
ciuilis ſocietas paſſim totaliter tolleretur , quod pauci,
vel nulli poſſent rem ſuam pacifice poſſidere. peccatū
autem poſſidentium & præſcribentium mala fide quā
uis conſcientiam inficiat ,rem tamen publicam non
cōmaculat,quia nullius hominis & pax & poſſeſſio ꝑ-
turbantur,nam etiam & ille qui propter præſcriptionē
rei ſuæ perditæ turbari non debet contra illum , qui p̄-
ſcripſit,quia perditio ſuæ rei magis debet aſcribi , ſuo ꝓ-
prio defectui.ex eo quod rem ſuam repetere neglexit,q̄
defectui, & peccato ipſius poſſidentis mala fide, & id-
36 circo †pro tali peccato non debet pœna infligi,imo de
bet diuinæ prouidentiæ puniendum relinqui , quia &
multa ſunt talia peccata , quæ lex humana dimittit &
diuinæ prouidentię punienda relinquit,teſtāte.B.Aug.
in j.lib.de libero arbitrio,vbi ſic ait.Lex iſta,quæ regen-
dis ciuitatibus fertur,multa cōcedit & impunita relin-
quit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur.In-
37 telligendum †tamen vlterius,quod quamuis mala fide
poſſidens, vel præſcribens,non poſſit proprie & directe
cenſeri cum fure , vel cum raptore , interpretatiue tñ
& indirecte poteſt , & debet cenſeri cum vtroque. & ſi
rē actū publicā non lædit, ſicut fur, vel raptor. ad exte
riorem,ſuam tamen conſcientiā nō minus corā Deo
inficit,nam veraciter eſt fur & raptor, quantum ad in-
teriorem effectum,licet non quantum ad exteriorem,
attamen & iuxta iſtum ſenſum videtur loqui. xiiii. q.
v.ſi quid inueniſti & nō reddidiſti,rapuiſti &c.ille enim
qui inuenit rē alienā.& eam non reddidit, licet non ſit
raptor directe,& proprie quantum ad actum exteriorē,
quia rem alienam non videtur per violentiam vſurpa-
re,eſt tamen raptor interpretatiue , & indirecte quantū
ad actum Interiorem , quia rem alienam ad modum
raptoris ſibi appetit vendicare.& ita coram Deo ita ha
bet infectam conſciētiam ,ſicut raptor, quia Deus plus
ad affectum reſpicit ,quam ad actum,& hoc eſt, quod
dicitur in eodem decreto ibidem.Qui alienum,inquit
negat,ſi poſſet ,etiam tolleret.Deus enim cor interrogat,
& non manum.Concludo ergo quantū ad illud,quod
in iſto articulo principaliter eſt quæſitū, quod præſcri-
bens mala fide , quamuis proprie & directe non poſſit
locari in eadem ſpecie peccati cum fure, & raptore.in-
terpretatiue tamē & indirecte debet in eadem ſpecie
peccati cum eis locari. Et ex hoc apparet immediate,
quod præſcribens mala fide quantum ad peccatum cō
ſcientiæ æquipollet furi & raptori, & per conſequēs in
diget ſuam conſcientiam rectificare & purgare, quem
admodū fur vel raptor , ſed fur & raptor non poſſunt
ſuam conſcientiam purgare & rectificare.niſi per reſti
tutionem,quia non dimittitur peccatum &c.ergo eo
dem modo præſcribens mala fide non poterit ſuā con
ſcientiam rectificare & purgare,niſi per reſtitutionem
38 Ex hoc apparet† immediate reſponſio ad quæſtionem
principalem , nam ſi præſcribens mala fide tenetur ad
reſtitutionē,quēadmodum fur & raptor,vt nunc oſtē-
ſum eſt, relinquitur neceſſario , quod ſicut fur vel rap-
ptor nō poteſt tenere vel defendere furtum vel rapinā
contra illum, cui furatus eſt ſine peccato,& ita etiam
nec ipſe præſcribens mala fide poteſt tenere vel defen-
dere rem præſcriptam ſine peccato contra illum,cuius
fuit res illa præſcripta.Ad argumentum autem contra
rium reſpondebitur in fin . ſequentis articuli.

39 SEXTO.quęrebatur,vtrum mala fides†adueniens
præſcriptione completa tollat ipſam præſcriptionem,
& vtrum obliget præſcribentem ad reſtitutionē,quem
admodum mala fides præueniens. Ad hoc autem cō-
muniter reſpondent iuriſtæ,quod non propter tria.Pri
mo , quia primo ſi cōpleatur præſcriptio bona fide du-
rante tutius videtur reddi præſcribens non ſolum ſm
ius ciuile,ſed etiam ſecundum ius canon.vt patet extra,
de pręſcrip.de quarta.& c.ad aures.xvj.q.iii.c.j.& ij.& iii.
& c.dilecto. Secundo probatur hoc idem, quia ſi com-
pleatur præſcriptio bona fide durante , iam factum eſt
meum,quod erat alienū vtriuſque.iur. authoritate,nō
obſtāte quacūque mala fide poſtea ſupueniēte. hoc ſic
ſuppoſito,patet talē ad reſtitutionē nō teneri. Tertio ꝓ
bat hoc idē, ꝙ nullus tenetur reſtituere illud, quod poſſi-
det iuſte & bū,ſed ipſe p̄ſcribēs poſſidet rē pręſcriptā iu
ſte & bñ, nō obſtante mala fide,ſuperueniente. ergo eā
reſtituere non tenetur.maior eſt euidens,minor proba
tur,quia illud,quod habetur de iure, poſſidetur iuſte &
bene,ac per cōſequēs, nō eſt alienū, vt patet xiiii.q. iiii.
quid dicā , Ipſe autem præſcribens habet & poſſidet rē
præſcriptā de iure.ergo iuſte & bene.& ita non videtur
poſſidere rem alienā,ſed ſuā,ac per conſequens non te
neri ad reſtitutionē. ¶Iſtis tamē nō obſtantibus ſecun
dū fratrem Gerardū dicendū eſt, ꝙ tenetur,qui ſic præ
ſcripſit in foro conſcientiæ reſtituere rem præſcriptā.
Et ad ſuperiores rationes reſpondet, quod & ſi conclu-
dant in foro contentioſo,non tamen cōcludunt in fo-
ro conſcientię,de quo nunc agitur.Nec obſtat , quod
dictum fuit in iii. articulo, in fin.quod ius cano.inten-
dit ad vtrunque forum litigii.l. & conſcientiæ, & ſic in
vtroq; pōt quē facere tutū,qa illud verū ſm eū in his,q̄
ad vtrūque forū reduci poſſunt,ſed in illis, quæ nō poſ
ſunt reduci ad forū litigij , vt in caſu noſtro, relinquit
eos Deo ſententiandos in foro conſcientiæ. Poterat.n.
exemplū ponere de oculis.xxxij diſtin.erubeſcant.Pro
bat autē ſolutionē ſuā tribus rationibus, quarū menē
ſolā aſſumā.fundatur autē prima ſuper hoc,quod con-
tra intentionē iur. dantis efficaciā pręſcriptioni bonæ fi
dei eſſet,ſi ſuperueniens mala fides nō noceret pręſcri-
benti,quia ſm id mala fides eſſet fauorata a pręcedenti
præſcriptione.Cuius contrariū ſtatuens intendebat.ſci
licet quod eius curſus nullū fauorē pręberet malę fidei.
ergo nec tunc , nec poſt fauere poterit. inducere pote-
rat.i.q.i.eos,in fi.& q.iii.ſi quis abiecerit.& c. ſi. Secunda
40 ratio in hoc conſiſtit,bona † fides eſt fundamentū præ-
ſcriptionis,& illi dat efficaciam. ceſſante autem funda
mento,ēt poſt pręſcriptionem, & ipſius effectus indu-
cere poterat,ſic eſſe in domo materiali iam cōpleta,di
cit autem , quod licet pręſcriptio compleuerit curſum
ſuum,

ſuum, tamen quo ad dominium acquiſitum eget illo
ſundamento pro toto tempore durationis, vt ſicut ac-
quiſitio ſic & duratio conueniant iuri naturali & ratio
41 ni. Tertia vult ratio, quod †cum ſemper veritas ſit erro
ris correctiua, correcta fide erronea per ſuperuenientē fi
dem veram, omne ſequutum ex illa erronea, eſt etiam
corrigendum, & ſic præſcriptum mutabitur in nō præ
ſcriptum, per quod reſtituere compelletur, ſm fra. Ge-
rardū. Ponderatis, quæ ſ. dicam, perpendes, quod nimis
pertinax fuit in hac opinione, tamen ad hanc partem
ad tres ſuas rationes adduntur potiſſime tres textus. ſ. c.
ſi virgo. xxxiiii. q. ij. c. vigilanti. de præſcri. & regula pec-
cati, quæ ſequitur. Illa, quæ allegantur in contrarium, vi
de no. in præ. c. vigilanti. vbi etiā no. tres opiniones, qua
rum prima dicitur theologorum, ꝙ teneatur. ſecunda
iuriſtarum, ꝙ non teneatur. tertia diſtinguētis cauſam
lucratiuam a non lucratiua, quam diſtinctionem dicit
Hoſ. tolli per dec. apoſtolicę. de don. ver. vnde cū graue.
& C. de præſcri. lon. tem. l. pe. vt dixi in prin. quęſtionis,
articulus iſte ſatis eſt cen⁹. Ideo no. xiiii. q. vj. ſi res bene.
in præ. c. vigilanti. & e. ti. c. fi. in prin. vlt. gl. omnes ſum-
miſtæ, Ray. t. in ſum. de præſcrip. ver. item pone, quod
eſt completa. Goſ. eo. ti. in fi. Hoſt. ibi plene ſuper rubri-
ca de præſcrip. rerum immo. §. quæ exigantur. ſub. §. ve
rū quicquid, ver ſic. ſed quid ſi iam completa. Ray. autē
ſic dicebat, ſi habet præſcribens conſcientiā remorden-
tē, ſatisfaciat cōſcientiæ, ſi dicit ſe de peritorum cōſilio
conſcientiā non habere, vel ſi quā habuit poſt præſcrip
tionē completā, dicit ſe illā ad prædictorū conſiliū de-
poſuiſſe, conſuluit adhuc eligendā tutiorē viam, vt. ſ. re-
ſtituat propter duplicitatis ambiguum. & maxime, qa
non facile omnia, quæ debent, in pręſcriptione concur
runt, ſi non acquieſcit, non audet illum ponere inter
ſaluādos per ſuperiores rationes, nec inter damnandos
per iura contraria, maxime quia per vniuerſum, quo
ſe extendit poteſtas eccleſiæ, ſic ſeruari videtur. Goff. au-
tem vbi. ſ. dicit opinionē theologorū eſſe conſilium, &
neceſſario non ſequendū. xiiii. quæſ. i. quod præcipitur.
Ho. vbi. ſ. deridet opinionē contrariam, tenet tamen,
quod ſi cōſcientia remordet, nec informatur ad dictū
peritorum, ſequenda eſt, licet erronea. de ſen. ex. inquiſi
tionem. de ſimo. per tuas. ij. dicit tamen, illum nō theo
logū, ſed ſcrupuloſum timentē, quod timendū nō eſt.
de ſimo. & ſi quæſtiones. cum concor. dicit autem de il
lis non eſſe ponderandū, quod præſcribens iur. authori
tate dominiū acquiſiuit. Inducit etiam Leuiti. xxv. cir-
ca medium, vbi præſcribitur, vendenti domum intra
vrbem, quam redimere poterat infra annum, quod an
no elapſo non poterit etiam in anno iubileo, quo re-
gulariter venditio reuertebatur ad priſtinum domi-
num. & vt dicit, falſum eſt, quod poſt præſcriptionem
completam habeat præſcribens cōſcientiā rei alienæ,
cum illa ſit ſua, & ſic ſoluūtur contraria. Inducit etiam,
42 quod ppt neceſſitatē famis rem alienā occupare licet.
ſ. de furt. ſi quis pp neceſſitatē, & equum poſſum alie-
no pabulo reficere. per conſtitu. Federici, de pac. ten. §.
vltim. & rem alienam per donationem principis licite
tenere. ff. ad l. Rhod. de iac. deprecatio. & de euict. l. Lu-
cius. Itē ſcias, quod hanc opinionē iuriſtarum tenuit ēt
Thomas in quol. xiii. articulo vj. vbi cum tractaret prin
cipalē quæſtionē huius thematis de præſcribente cum
mala fide. dixit vt ſupra ad reſtitutionē teneri, ſubdens
ſic, ſed q bona fide pſcripſit, ad reſtōnē nō tenet, licet
ſciat poſt præſcriptionē illud fuiſſe alienū, hoc ponit, &
nil plus Damaſus in qſtione ſua. ij. de præſcrip. nil ele-
git, ſed dixit theologos dicere, quod tenent, iuriſtas dice
43 re contrarium. Concludo †igitur. quod opinionē, quod
reſtituere non tenetur, tenet Io. & B. vbi ſ. Tan. & Vinc.
in dec. vigilanti. Inn. in dec. vlti. de præſcrip. Goſ. & Tho
mas vbi. ſ. & hoc ſequor. ſaluo, quod poſt Ray. & Hoſt
dixi de conſcientia remordente. Vltra ſuperiora indu-
co conſenſum ſaltem fictum illius, contra quem præ-
ſcribebatur, per l. alienationis verbū. ff. de verbo. ſignifi.
& vide, quod dixi ſupra. iiii. articulo, ver. tertia ratio ad
idem eſt. facit regula, qui tacet. eo. titu. cum cōcor. ſicut
aſſentit ſententię, qui infra tempus limitatū negligit ap
pellare, de re iudica. quod ad conſultationē. & certe for-
titer facit hæc ratio, ſaltem quando domino rei ſciente
res ipſa præſcribitur. Secundo induco, de præſcription.
de quarta. & c. ad aures. & c. auditis. & apertius dec. pri-
44 mam †eo. titu. lib. vi. per quæ iura probatur, rem, quæ de
iure communi ſpectat ad eum, contra quem præſcri-
bitur, pręſcribi ſpatio quadraginta an. cū aliquali titu-
lo, vel ſine titulo. per tempus, cuius non eſt memoria,
per quod concludo, aut opinionem contrariam, aut
hæc iura fore delenda. Certiſſimum enim eſt, quod eo
caſu completa præſcriptione conſtat præſcribenti ad
alium pertinuiſſe rem, quā præſcripſit, & tamen textus
approbat ſibi illius iuris, vel rei dominium competere,
per quod patet, illud dictum doctorum, eſſe text. diffini-
tionem non ſimpliciter opinionē. Nec opponas titulū
ibi requiri, quia conſtat per illū nō competiuiſſe domi
nium. Nec dicas ſpeciale in tempore, cuius de contra-
rio non eſt memoria. quia contrariæ opinionis ratio lo
cum habet poſt omne tempus quantumcunque longiſ-
ſimum. Tertio fortiter facit regula, factum legitime, cū
concordan. per quas dilatari poſſet materia. ¶ Ad iura
contraria reſpondetur, quod capitulum, ſi virgo, loqui
tur de illo, qui ſcit ſe alienum poſſidere, & ſic nil ad pro
poſitum. Itē dico de decre. vigilanti. quę dicit, quod nō
iuuat poſſeſſorē alieni prędij aliqua antiqua poſſeſſio
cum mala fide. Hic autem quæritur de poſſeſſore præ-
dij, regula, peccatum. pręſupponit peccatū, cum de eius
dimiſſione loquatur, dimitti autem nō poſſet, quod nō
fuit. de deſpon. imp. ad diſſoluendum. cum cōcor. Qua-
re patet, quod ad præſcriptionem incohatam & per-
fectam cum bona fide non facit regula, cum ibi nul-
lum peccatum. cōcedo autem regulam facere, vbi cū
peccato inchoaſſet, vel proceſſiſſet pręſcriptio. Ad ratio
nes fratris. G. reſpondetur primo ad primam, quod cū
finis ſit terminus extremus eorum, quæ gerūt, ius dans
efficaciam pręſcriptioni bonę fidei, intentionem ſuam
nō porrexit vltra eius fines, vel terminum extremum,
nec eſt etiam verum, quod ſententia ſuperueniens, ꝙ
res fuerit aliena, dicatur proprie mala fides, ſicut in em
ptore. donatario & ſimilibus eſt videre. Secunda ipſius
ratio impugnatur ex dictis per eum ſupra articulo pri
mo. vbi in deſcriptione præſcriptionis de bona fide nil
dixit, ſed efficaciam eius cōſtare dixit in legum autho-
ritate. Fundamentum autem huius authoritatis in-
terponendæ motiuum dixit negligentiam nō petentis
tempore limitato, vt ibi. ergo illo finito hæc duo non
poſſunt plus eſſe. ergo nec præſcriptio deficere. præteri-
tum enim nequit non fuiſſe. ff. de cap. & poſtli. reuer.
l. in bello. §. factę. & ſi velis me fateri bonam fidē fuiſ-
ſe partē fundamenti, dico, vt. ſ. quod illa, quę fuit, nun-
quam deficit fuiſſe, & ſic nūquam pręſcriptio illo fun
damento carebit. In rebus corporalibus non ſic, quia
facile deſtruuntur. de tranſlato. c. ij. in princi. Eodē mo
mdo reſpondetur ad tertiam rationē, quia nunquam
45 †veritas ſuperueniēs poteſt operari, quin præſcriptio ha
buerit ſua conſtantia ſibi neceſſaria, quę nunquā quo
ad vires pręſcriptionis corrigi poſſunt. alias ęque dice-
res, quod qui neglexit, poſſet purgare negligētiam poſt
pręſcriptionē completam, quod patet falſū. ¶ Ad forti-
ficationē etiam prędictorū eſt ſciendū, quod etiam hi,
qui fateri nolunt, quod princeps rē vnius poſſit alteri
concedere, & ſic nec eius lex ſm eos, iſti tamen faten-
tur, quod modi acquirendi & diſtrahendi dominia ſūt
de iure naturali, vel gētiū. Cū ergo iſte ſit ſeptimus mo-
dus transferendi per præſcriptionem, licitus eſt, ex quo
eſt cum bona fide, quare non erit, qui præſcripſit tutus,
ſicut qui emit, & maxime deuoluta in fiſcū. ſi. n. per
ius poſitiuū ille tutus eſt, quare nō iſte pcipue, eū negli
gentia

gentia aliqd naturale, ideſt, cōſenſū includat, vt ſ.dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Affirmatiua poſt negatiuam, an ponat, vel potius priuet.*
2 *Niſi, dictionis vis & vſus.*
3 *Reſtitutionis verbo, vtilitas actoris continetur.*
4 *Contractus vſurarius an aliquo iure permittatur. & nu.6.59.*
5 *Iudæorum ritus cur ferat eccleſia Chriſtiana.*
7 *Vſura quid.*
8 *Vſurarium an conſtituat ſola intentio, ſiue ſpes lucri, nullo ibi interueniente pacto obligante, ita quod ad reſtitutionem obliget.*
9 *Vſura duplex. Duo item de ratione vſuræ.*
10 *Vſura in quibus committatur.*
11 *Mutuum cur conſiſtat tantum circa tria genera rerum.*
12 *Contractus vſurarius an ſit ex natura rei vitioſus, & malitia conuolutus.*
13 *Vſura incommoda, & abuſus contra rerum naturam. & per diſcurſum nu.14.15.& 16.38.*
17 *Contractum vſurarium an iura debeant admittere propter aliquod bonum inde naſcens, vel ob grauioris mali fugam. & numer.19.22.31.*
18 *Malum minus permittitur, vt maius vitetur, trifariam.*
20 *Diſpenſatio cur non cadat ſuper contractu vſurario.*
21 *Vſurarij infelix deceſſus.*
23 *Contractus vſurarius, an quo caſu a iure ſit permiſſus. & nu. 31.*
24 *Ius ciuile an diſſideat a iure canonico, maxime ſuper vſuris. Vel an ita inter illa conueniat, vt quicquid eſt contra vnum, neceſſario officiat & alterum. & nu.26.28.30.*
25 *Iuris canonici & ciuilis diſcrimen quo ad modum inducendi.*
27 *Legiſlatores magis ſpectare amicitiam, quam iuſtitiam.*
33 *Mala duo vbi concurrunt, & alterutrū neceſſario eſt ſubeundum, eligendum eſt minus.*
34 *Lucrum non poteſt licite percipi & exigi ex ſola pecunia, nulla adhibita opera.*
35 *Vſura non cadit, vt plurimum, niſi vbi mutuum.*
36 *Vtile ab honeſto non ſeparandum.*
37 *Vſuras quatenus leges ferant.*
39 *Molendinum habens, & mihi pecunias præſtans, vt eius molendino vtar potius, quam aliorum, an ſit vſurarius, & teneatur ad reſtitutionem. Et quatenus illa ſit facienda, Et cui.*

A P P E N D I X.

PEccatum. Dicit lo. mo. quod æquitas huius regulæ probatur per doctrinā, q̃ datur de reſolutione contractus. C. quando ab emp. re. l. j. & ij. [*Niſi*]
1 de hac† dictione dicit hic Dy. quod poſt negatiuā ponit, poſt affirmatiuam priuat. de hoc etiam per Arch. ſ. eo. li. de conſtit. c. j. plenius per Cy. C. de tranſa. l. iiii. Ad primum, quod poſt negatiuā ponit, alleg. Dy. hoc ca. & ſequēs. ff. de ven. in poſ. mit. l. extraneo. ff. de fer. l. ſi feriatis. de cuſt. & exhib. reo. l. ij. §. vltim. & de auro & arg le. l. Titia. Ad ſecundū inducit. ff. eo. tit. quo tutela. In prin. de diuer. & tempo. præſcrip. l. acceſſiones. §. vltim. ad tut pill. l. j. §. pe. de iure fiſci. l. l. §. multorum. & §. vltimo. Allegatur cōtra hoc. ff. eodem. l. nemo ex his. in prin. vbi priuat & non ponit, & tamen negatiua præcedit. Reſpondet, quod illa negatiua æquipollet affirmatiuæ, & ideo dictio. niſi, priuat, ſicut ſi affirmatiua præcederet. vide textū illū ſub litera, N. Item contra ff. de ma. teſta. Ti
2 tia. §. vlt. vbi præcederet† videtur negatiua, & tamē dictio, niſi, non ponit. Reſpondet, quod ibi non præceſſit negatiua, ſed ſecuta fuit. & ideo non videtur habuiſſe animum concedendi, & propter præſumptionem animi impedientis, impeditur datio libertatis. ff. de adim. le. l. legata inutiliter. & de condi. & demon. l. cum tale. §. vltim. Arch. in prædic. decre. concor. diſtinctioni prædictæ, dicit tamen, quod quandoque tenetur improprie, allegat. ij. q. j. votum. viii. q. iii. Artaldus. de accu. accuſaſti. & quandoque ponitur pro ſed. xxxviii. di. ſedulo. de pœ. diſt. j. ſicut primi. vbi no. ad idē. de pœ. di. vj. c. i. Quandoque, niſi, facit adiectionē. ff. de leg. iii. fideicōmiſſa. §. ſic fidei. Et facit ad quæſtionē de illo, qui promiſit non vendere alij domum, niſi mihi, de qua. ff. ſi quis caut. ſi eum. in fi. & vide, quod no. in Specul. de ſpon in princi. [*reſtituatur*] licet requiratur reſtitutio, tamen nec illa ſola ſine pœnitentia ſufficit, vt proxima regula. licet Dy. hic notet contrarium, per contrariū huius literæ, ſup. e quo vide, quod no. in clemen. de vſuris. ex grandi. in gl. antepe. ¶ Prima gl. ponit exēpla. Secūdo diſtinguit tria nomina. tertio tractat, quid ſi reſtitui non poſſit. Secunda gl. ponit primo caſum exceptum. ſecundo dicit, cui fienda ſit reſtitutio. tertio quærit, remit. & ſol. vlt. gl. quærit & ſol. ¶ In j. gl. ibi [*Quod autem*] res futuras non vſucapitur, niſi in poteſtatem reuertatur, & ibi [*ſubtracto*] periculo raptoris, & furis res perit etiā naturaliter. ¶ In glo. ij. ibi [*cum prætor*] Sequitur, dicat, vt opus factū reſtitua-
3 tur, etiam† damnum datum actor conſequi debet, nā reſtitutionis verbo vtilitatis actoris continetur. & ibi [*plus eſt*] ſequitur, in reſtitutione, quam in exhibitione. & ibi [*reſtituere*] intelligitur reſtituere, qui ponit actorē in priſtinam cauſam. & ibi [*inuito*] Si inuito vel ignorāte creditore alteri ſoluo, non liberor. Secus, ſi ipſo mandante, vel ratum habente. & ibi [*ſi vero*] ſi conſtituiſti te ſoluturum mihi & Titio, & poſtea hoc conſtituiſti mihi ſoli, ſi poſtea ſoluis Titio, nihilominus mihi teneris. & ibi [*l. ij*] emphyteuta, qui domino ſuſcipere nolente conſignat, & deponit, non timet deiectionis periculum. In gl. vlt. ibi [*l. vltim.*] vide in dec. prima proxi. alleg. in prima gl. lo. An. In j. glo. ibi [*ſi peccatum*] & diſt. iii. ille tex. ad fi. & de hoc. C. ſi aduer. delic. ſuper rubrica, alleg. l. j. & ibi dimittitur peccatum Infantū, quod etiam de iure ciuili abſolueretur, ſm Dy. non obſtante, quod perſonæ difficultas non excuſat debitorē. ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. illud. nam illud verum, niſi datio eſt in obligatione, ſed vbi eſt in obligatione contractus, vel iudicij factum perſonæ caſu contingens in perſona debitorem excuſat. de contractu patet. ff. ad l. Rho. de iac. l. vltima. §. pen. de iudicio. ff. ſi quis cautio. l. ij. alias. ſi is. §. ſi quis. Cum ergo reſtituere ſit factum, ſicut rem tradere. ff. de verb. oblig. vbi autem non apparet. §. qui id. & l. ſtipulationes. §. idem puto. impedimentum ergo ſuperueniens in perſonam debitoris quod reſtitutionē impoſſibilem facit, debitorem excuſat, niſi culpa præcederet caſum. ff. ſol. matr. ēt. §. licet. vel niſi delinqueret ſub ſpe veniæ. ff. cōmo. l. in rebus §. quod autem. & ibi liberaliter remitteret, hoc intelligit Dy. cum res eſt reſtitutioni parata, quaſi tunc fingatur reſtituta, & poſtea reſtituēti donata, ar. ff. de donationibus inter virū & vxorem. l. iiii. in fi. de iure dot. l. vir ab eo. ſi certū petatur. ſingularia. circa finem. & de ſolut. l. Proculo, & ff. de rei vēdic. hoc ſi res. alias non remittitur peccatum ei, qui reſtituere poteſt propter rationem, quæ ſequitur in gloſ. multum puto in his animum ponderandum, nec tutū puto illum, qui gerit in mente, non reſtituere, remiſſione non facta.

Q V Æ S T I O.

Huic regulæ & ſequenti coaptabitur alia quæſtio ip-
4 ſius fratris Gerardi, qua quærebatur, an contractus† vſurarius ſit permiſſibilis aliquo iure? Et videtur quod ſic, quia vnuſquiſque licite poteſt accipere, quod ſibi volūtarie eſt donatum, ſed illud quod recipit fœnerator per contractum vſurarium, eſt ſibi voluntarie donatum. ergo poteſt ipſum licite recipere, & per conſequens contractus vſurarius erit licitus, & de iure pmiſſibilis, maior patet. minor probatur, quia datio vſurarum eſt per voluntarium pactum. Ad oppoſitum eſt, quia rapina eſt nullo modo pmiſſibilis, ſed vſura eſt rapina. ergo &c. Maior patet, minor probatur. xiiii. q. iiii. ſi quis vſuram accipit, rapinam facit &c. Præſciēdum eſt, quod huius quæſtionis dubitatio quatuor viis poteſt oriri. Prima, quia cū quædā ſint peccata: quia prohibita, & quædā prohibita, quia peccata, cuius ſimile de ſimo, nota. de offic. deleg. ex parte. j. cum ſuis remiſſio. De primis exēplum de peccato primorū parentum circa eſum ligni vetiti, quod non fuit peccatum, quia ex ſui natura ha-

beret

heret malitiam conuolutam, ſed ſolum, quia prohibi-
tum.& de hoc.xj.quæſtione iii. quid ergo. De ſecundis
exemplum de præceptis decalogi. Exod.xx quæ tranſ-
gredi prohibitum eſt, quia peccatũ, & ideo peccatum,
quia ex ſui natura vitioſum, & habet malitiam conuo
lutam, cõtrariatur enim virtuti. & ex ſui natura a Deo.
diuertit, & agentem deordinat. Dubitari autem poſſet
an inter prima, an inter ſecunda computetur peccatũ
vſuræ. Nam inter prima. ſcilicet, peccata, quia ꝓhibita,
minus videretur incõuenieus aliquo caſu vſuram per-
miſſibilem, quam ſi prohibitum eſſet, quia vitioſum.&
malitia conuolutum. Secunda via, quia videmus ali-
qua mala permitti & tolerari propter aliquod bonũ,
quod inde ſequitur, vel propter maius malũ vitandum.
5 De primo † exemplum de tolerando Iudæorum &
ſuorum ritu.xlv.diſ.qui ſincera. quod licet in eis ſit mor
tale, tolerat eccleſia propter bonũ, quod inde oritur, q̃a
noſtræ ſidei veritas in libris ipſorum velata, & in riti-
bus figurata noſtris oculis lucide demonſtratur, & ſic fi
dei noſtræ teſtimonium roboratur, vt dicit Auguſtinus
6 xviii de ciuitate Dei. ſecundo † habetur exẽplum.iiii.di.
denique. Cum ergo contractus vſurarius quandoque
poſſet vtilis eſſe reipublicę, & partibus gratus & vtilis.
Item per ipſum quandoque vitari poſſet magnum ma
lum vel periculum. ergo videretur in illis terminis per-
miſſibilis. Tertia via eſt, quia vtrunque ius can. & ciuile
certis caſibus permittit aliquod recipi vltra ſortẽ, vt
in fructibus rei pignoratæ genero pro dote.ff.de do. ex.
l.pater.§.de vſur. ſalubriter. facit ad idem.eo.ti.c.j.& ij.&
c.cõqueſtus. Quarta via inſurgit ex duobus, an ius ciui-
le obuiare poſſit iuri canonico, de quo a.di cap.j. quia ſi
poſſet, diceretur vſurarius contractus de iure ciuili per-
miſſibilis. Ad veritatem ergo quæſtionis & ſolutionis
habendam primo declarabitur, quid ſit vſura.& in qui
bus rebus committi valeat. Secundo inquiretur, vtrum
cõtractus vſurarius ſit ex natura rei vitioſus & malitia
conuolutus, vt per hoc tollatur illa via, quæ ingerebat
dubium primo loco. Tertio inquiretur, vtrum iura de
beant concedere contractum vſurarium propter ali-
quod bonum, quod inde oriatur, vel ꝓpter maius ma-
lum, quod inde vitetur, vt per hoc tollatur illa via, quæ
ingerebat dubium ſecundo loco. Quarto inquiretur,
vtrum concedant vel concedere valeant vſuram in ali
quo caſu, vt per hoc tollatur via illa, quæ ingerebat du-
bium tertio loco. Quinto inquiretur, vtrũ ius ciuile poſ
ſit iuri canonico obuiare, vel vtrum dicta iura habeant
adinuicem tantam concordantiam, quod quidquid ſit
contrarium, neceſſario ſit contra alterum, ac per con-
ſequens, vtrum contractus vſurarius eo ipſo, quod pro-
hibitus eſt iur. canonico, neceſſario ſit ꝓhibitus iur.
ciuili. Sexto ſoluentur argumenta & dubia, quæ fuerũt
inducta ad quæſtionem, dum diſputabatur.

7 EST ergo † primo videndum, quid ſit vſura, & in qui
bus rebus cõmitti valeat. Vbi ſciendum, quod duæ de-
ſcriptiones inueniũtur de vſura ſatis rationabiles, quia
ex natura rei ſunt ſcriptæ, quarum vna talis eſt, Vſura
eſt lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum, in
qua deſcriptione duo tanguntur, quæ videntur de ra-
tione vſuræ eſſe, ſcilicet vnum materiale & alterum
formale. Materiale quidem in vſura eſt ipſum mu-
tuum, quia vſura non gignitur materialiter, niſi de
mutuo. Ratio autem huius aſſignabitur in ſequenti ar
ticulo. Formale vero i vſura eſt ipſa exactio lucri ex
pacto, ſiue obligatio in pactum deducta, quia vbi nul-
lum eſt pactum & nulla obligatio, ibi mutuans non
poteſt aliquid vltra ſortẽ petere. & ſi vltra ſortem aliud
offeratur tibi, poteſt illud recipere tanquam gratis obla
tum. quia illa oblatio, vel donatio præſumitur eſſe gra-
ta & libera, quã non præuenit petitio vel obligans pa-
ctio, & per cõſequens illius oblati licita eſt receptio, nã
poſſumus licite recipere, quæ etiam prohibemur pete
re, ſicut patet, j.q. ij. ſi epiſcopum. vbi dicitur, quod pro
ingreſſu eccleſiæ non licet pecuniã exigere, ſed ſponte
oblatã licet recipere. Cuius ratio redditur ibidem au-
thoritate Greg. dicentis, quod oblatio nullã culpæ ma-
culam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſ-
ſit, & de hoc patet ſimile arg. ibidem in c. quam pio. &
xviii. diſtin. de eulogiis. xiii. q. ii. queſta eſt, ex quibus om
nibus colligit, q̃d formale ipſi' vſurę ſit ipſa petitio, vel
exactio rei obligatæ. Ex quo etiã vlterius apparet, quod
deſcriptio præhabita de vſura ſit bone, quia comprehẽ
dit totũ, quod eſt de ratione vſuræ materiale & forma
le. datur inſuper alia deſcriptio de vſura, quæ talis eſt, Vſu
ra eſt, quicquid ſorti accedit. & ponitur. xiiii. q. iii. pleri-
que. Iſta tamen deſcriptio non videtur cõpleta, niſi ali-
quid aliud addatur. & ideo Goffre. dicit, quod debet ibi
addi ex pacto vel intentione præcedente, quia ſola intẽ
tione & ſpe lucri videtur cõmitti crimen vſurariũ, ſm
quod ipſe dicit, & habetur extra de vſur. conſuluit. Hæc
autẽ deſcriptio ſi cõpleatur hoc modo, incidit in idẽ
cum prima, quia cõprehẽdit illud, quod eſt materiale,
ſcilicet lucrũ accedẽs ſorti, i. mutuo, & per hoc q̃d ibi
additur ex pacto, vel ex intentione, cõprehẽditur illud,
quod eſt formale in vſura. nã dicebatur ſuperius, quod
formale in ea eſt ipſa exactio lucri ex pacto obligãte, &
hoc reſpectu dictũ eſt, quod vſura eſt legalis latro, prę-
8 dicens quod intendit. ¶ Occurrit tamen dubiũ † de eo,
quod dictum eſt ſtatim, ſcilicet, vtrũ ſola intentio, ſiue
ſpes lucri conſtituat hominẽ vſurariũ, non interueniẽ
te ibi aliquo pacto obligante. Ad hoc tamen videntur
cõiter reſpondere omnes iur. periti, quia vbi ſola inten
tio & ſola ſpes lucri eſt principalis cauſa mutui, ibi ex
ſola intentione & ſpe lucri conſtituitur homo vſura-
rius, & tenetur ad reſtitutionẽ in foro pœnitentiæ corã
Deo, & firmatur, per illam decre. ſuperius alleg. de vſu-
ris. conſuluit. vbi ſcripſi, & ſuper illud ibi inductũ Lucę.
vj. mutuũ date. nihil inde ſperantes, & ſuper auctoritati
bus ſanctorũ Auguſtini & Ambroſij & Hiero. quæ po-
nuntur xiiii. q. iii. & videntur omnes in hoc cõcordare,
quod vbi mutuans expectat aliquid vltra illud, quod de
dit, vſuram cõmittit, & per conſequens ad reſtituendũ
tenetur. Sed diſputanti hęc opinio non videtur ratio-
nabilis propter tria, quæ tamen non vrgent, vt. j. dicam
in ſingulis. Primo, quia, ſicut patuit ſuperius, formale
in vſura eſt exactio, ex pacto obligante, vel aliquid ęqui
pollens. & ideo vbi non eſt exactio lucri ex pacto obli-
gante, vel aliquid ei æquipollens, ibi non poteſt eſſe vſu
ra, ad reſtitutionẽ obligans. quamuis poſſit eſſe vſura vi
tians. Illi ergo, qui tenent iſtam opinionẽ, nullo modo
poſſunt ſaluare illam primã deſcriptionẽ vſuræ, vbi di-
cebatur, quod vſura eſt lucrũ ex mutuo pacto debitũ
vel exactũ. Sed ad hoc reſpondeo, quod nec ipſe diſpu-
tans illã ſaluat, dicendo infra de intentione no. debito
ri. Itẽ nec ſaluat authoritatem Euangelicam ſupra di-
ctam. Ad cuius rigorẽ temperandũ fit illa diſtinctio. Se
cundo apparet idẽ per ſimile quod videmus de furto,
nã ſi aliquis gratis & liberaliter in domo recipiat, quod
furari intendebat & affectabat, & quamuis ſit fur men-
te, non tamen opere, ita quod teneatur ad reſtituendũ.
ergo a ſimili ſi quis lucrari intendit ex mutuo, quod cõ
cedit, & tamen a ſuo debitore nihil exigit, nec ipſũ per
aliquod pactũ cõpetit, ſed gratis & liberaliter ab eo ali
quid recipit, quamuis ſit vſurarius mente, nõ tamẽ eſt
cenſendus vſurarius operẽ, ita quod teneatur ad reſtitu
tionem. Reſpõdeo, caſum valde diſſimilem, quia licet
donatarius habuerit intentionem corruptam ad furã
dũ, donatio tamen non cauſatur ab eius facto, nec eſt
annexa illi intentioni corruptæ, cuius contrariũ in mu
tuo, quia cũ ex charitatis bono debeat fieri gratis. fie-
bat principaliter ob ſpem lucri, & hoc etiam ipſe diſpu
tans concedit eſſe vitioſũ, cuius ſpei vitioſæ ſequitur ef
fectus, conſequendo lucrũ. Tertio, ſecũdũ eũ patet hic
idem quia ratio tota quę per me negat, quare vſurarius
tenetur ad reſtitutionem, eſt, quia illud, quod recipit vl-
tra

tra ſortem, nõ fuit ei gratis & liberaliter donatum, ſed
cum quadam exactione ex pacto indebite vſurpatũ,
ſed vbi eſt ſola ſpes lucri & intentio corrupta ex parte
recipientis, dummodo non ſit nota debitori, ibi quic
quid debitor donat, gratis & libere donat, & per conſe-
quens nihil eſt indebite vſurpatũ. & ideo ipſe recipiens
quanuis fuerit in intentione deprauatus, nõ tamen vi-
detur teneri ad reſtitutionem. Reſpond. quod ſpes cre-
ditoris prohibita eſt, & hoc de ſignificatione verbi nõ
requirit alterius notitiam. ex quo ergo contra bonum
charitatis alias mutuaturus non fuiſſet, quod per debi-
torem alias non donaturũ donari videtur, accedit huic
ſpei vitioſę. ergo aſtrictũ eſt vitio, & reſtitutioni. p quod
patet valere reſponſionẽ, quã diſputans dabat ad dec. cõ
ſuluit. ſ. quod illa intelligebatur, cum corrupta intentio
creditoris innotuit debitori, quaſi tunc videatur quod-
dam pactum implicitũ, quod habet vim expliciti, ſm
eum, quod vnde eliciat, non apparet. & textus ibi dicit,
omni conuẽtione ceſſante. illud, omni, videtur exclude
9 re etiam implicita. Dicebat † autem ipſe, quod duplici-
ter eſt vſura, quarum vna ſimpliciter eſt mentalis, & ſo
lum vitians, ſed non obligans ad reſtituendum, ex eo
quod ſit ſine omni exactione & pacto explicito vel im
plicito. Alia vero eſt vitians & obligans ad reſtituendũ,
ex eo quod fit cum exactione & pacto explicito, vel im
plicito intellecto, propter quod ſubdiuiditur, quia ſi fiat
cum exactione & pacto explicito, ſic eſt vſura vocalis.
Apparet vlterius ex dictis, quod duo ſunt de ratione vſu
ræ, qualitercũque accipiatur, quorum vnũ eſt materia-
le, ſcilicet lucrum proueniens, & genitum materialiter
ex mutuo, alterũ vero formale, vt puta quod gignitur
ex mutuo tali modo, vel per ſolam prauã intẽtionem
10 vel per pactum & exactionẽ. Sed ſi † quæratur vlterius,
in quibus rebus vſura committitur (quod etiã ad iſtũ
articulum pertinere videtur) dicẽdũ eſt, quod commit-
titur in his rebus, circa quas conſiſtit mutuum, vt con-
corditer omnes dicunt. Res autem, circa quas conſiſtit
mutuum, ſunt triplices, quia quædam ſunt res, quæ
mutuantur ſub certo numero, ſicut pecunia, quędã ve
ro mutuantur ſub certo pondere, ſicut aurum & argen
tũ, quædã vero ſub certa menſura, ſicut granum & vi-
nũ, & huiuſmodi. Et ideo ſolũ in his tribus generibus
rerum vſura cõmittitur, tamen Goff. obiiciens contra
Rayn. in ſum. de vſuris. ver. dicitur, dicit, quod vſura po-
teſt committi etiam in aliis rebus, nam ſi pro pecunia
mutuata capiam equũ, prædiũ, veſtem, vel aliquod tale
vltra ſortẽ, vſura eſt, ſicut patet. xiiii. q. iii. plerique. ſed di-
ſtingue inter vſuram, quæ ab vſurario exigitur, & rem
illam, in qua vſura committitur. Nam iſta, quæ ab vſu
rario exigitur, proprie loquendo eſt illud lucrũ, quod
exigitur vltra ſortem, vel mutuũ. Res vero illa, in qua di
cta vſura cõmittitur, eſt ipſum mutuũ, de quo dictum
lucrum gignitur, quanuis ergo quælibet res poſſit acci-
dere fœneratori tanquam lucrũ, non gignitur niſi de
ſolis illis tribus, in quibus cõmittitur. Occurrũt tamen
circa prædicta duo dubia. Primum eſt, quare mutuum
conſiſtit ſolũ circa tria dicta genera rerũ. Secundũ eſt,
quare vſura cõmittitur ſolũ in illis tribus, circa quas
11 conſiſtit mutuũ. Ad primũ dico, quod in † mutuo non
tenetur debitor reſtituere rẽ mutuatam ſub identita-
te ſubſtantiæ, qa hoc eſt ſæpius impoſſibile, nec ad iſtũ
finẽ recipitur, vnde dicit lex, mutuũ dici, quia de meo
fit tuũ. ff. ſi cert. petatur. l. mutuum. §. appellata. ſed tene-
tur eam reſtituere ſub certitudine eiuſdem valoris, ſiue
æqualis valoris, ſi debeat ſaluari vera iuſtitia inter mutuã
tẽ, & illũ, cui fit mutuũ. Certitudo autẽ æqualis valoris
non inuenitur ex natura rei, niſi in illis tribus, quarũ va
lor penſatur ex numero, pondere, vel menſura, quapro
pter ratio mutui debet conſiſtere ſolum in illis rebus,
quæ ad habendam certitudinem ſui valoris numerari,
ponderari, vel menſurari poſſunt. & ſic patet, quid dicẽ
dum ſit ad primum dubium, quid uero dicendũ ſit ad
ſecundum, patebit in ſequenti articulo.
12 SECVNDO quærebatur, vtrũ contractus † vſura
rius ſit ex natura rei vitioſus, & malitia cõuolutus. Cõ-
cluſio autem quantũ ad iſtũ articulũ non videtur mi-
hi dubia, quia credo, ſm veritatẽ, & ſecundum inten-
tionẽ omniũ, qui de iſta materia aliquid ſenſiunt, fore
dicendũ, quod contractus vſurarius ex natura rei ſit vi-
tioſus & malitia ↄuolutus. Quod patet ex tribus, quia vi
demus, quod ipſe Ariſtoteles nulla lege ſcripta arctatus
vel edoctus, ſed ſola naturali ratione ductus, lucrũ vſu-
rariũ eſt deteſtatus, vt patet primo Pol. quod non feciſ-
ſet, niſi contractus vſurarius fuiſſet ex natura rei vitio-
ſus & malitia conuolutus. Secundo patet hoc idẽ, quia
certũ eſt, quod in rapina eſt actus ex natura rei vitioſus
& malitia conuolutus, qui autem accipit vſuram, facit
rapinã. xiiii. q. iiii. ſiquis ergo. vt ſupra. Tertio patet hoc
idem, quia illud, quod eſt prohibitũ, non ſolum in lege
Moſayca, ſed ẽt in lege euanglica, ex natura rei videtur
eſſe vitioſũ, & malitia conuolutũ, ſed contractus vſura
rius eſt huiuſmodi, ergo &c. maior patet, quia videmus
quod illa, quæ in lege moſaica fuerunt prohibita, & ta-
men ex natura rei non erant vitioſa, poſtea in l. Euan-
gelica ſunt conceſſa. minor enim patet per textũ vtriuſ
que legis, ſcilicet, Moſaicę & Euangelicæ, & habetur ex
tra, de vſur. ſuper eo. vbi papa Alexand. dicit, quod cũ
vſurarũ crimen vtriuſque legis pagina deteſtetur, ſu-
per hoc diſputationẽ aliquã poſſe fieri nõ videmus. Di
co ergo, quod concluſio iſtius articuli non videtur mi
hi dubia, quia omnino videtur eſſe dicendũ, quod con
tractus vſurarius ex natura rei eſt vitioſus & malitia cõ
uolutus. Aſſignare ad hoc cauſam, per quã euidẽter de
monſtratur, quod dictus contractus habeat ex natura
rei vitioſitatẽ & malitiam conuolutam, non puto om
nino facile, eo quod rationes aliorũ, quæ ſuper hoc po-
nuntur, mihi penitus ſunt dubiæ, quod patet, ſi per eas
diſcurramus. Vna enim ratio, quam tenent cõiter iuri
ſtæ, & ponitur in gl. xiiii. q. iii. c. j eſt, quod in contractu
vſurario recipit creditor lucrum de eo, quod non eſt
ſuum, exigit enim lucrum de mutuo, quod non eſt
ſuum, imo tranſit in dominium ipſius debitoris, quia
mutuum eſt, quod de meo fit tuum. ff. de rebus cred. ſi
cer. pe. l. mutuum. §. appellata eſt. ſed hæc ratio ſibi vẽ
omnino falſa, cũ enim dicitur, quod fœnerator exigit
lucrũ de re nõ ſua, poteſt dici, quod falſũ eſt immedia-
te, qa pecunia, quam mutuat, quanuis trãſeat in domi-
niũ debitoris, quo ad identitatem ſubſtantiæ, qa debi-
tor non tenetur reſtituere eandem pecuniam ſm ſub-
ſtantiam, remanet tamen dicta pecunia in dominio fę
neratoris, quo ad identitatem & æqualitatem valoris, &
hoc videtur ſufficere, quia ipſe fœnerator nõ exigit lu-
crũ de pecunia, quã mutuat, in quantum talis ſubſtan-
tia eſt, ſm quem modũ ad eum nõ pertinet, ſed poteſt
illam repetere, ſed exigit lucrũ de ipſa, inquantũ tanti
valoris eſt, ſm quem modũ ad eũ pertinet, quia ſic re-
manet in ſuo dominio. Tu dic, quod nõ bene aduertit
hic diſputans, quia ſi debitor haberet vnũ ſcriniũ nũ-
morũ, non eſt dare, quod creditor vnus ex illis ſit do-
minus, habet autẽ principalẽ actionẽ contra debitorẽ,
Confirmatur etiam ſupra dicta ratio, quia pecunia mu
tuata tranſit in debitorẽ cũ ſuo periculo. & ideo iniu-
ſtũ videtur, quod de ea amplius grauetur vltra ſortẽ, ſed
nec iſta confirmatio placet diſputanti propter duo, Pri
mo, quia videmus ſępe, quod non ſolũ res mutuata, ſed
ẽt cõmodata manet apud illũ, cui commodatur, in ſui
periculo, ſicut patet in equo cõmodato ad oſtentatio-
nem, qui etiam manet in periculo ipſius, cui cõmoda-
tur, & tamen hoc non ob. conceditur quod licite exigi
tur lucrũ de rebus cõmodatis. Hic etiam non bene ad-
uertit diſputans, qa pro cõmodato, quod de ſui natura
oportet eſſe gratuitũ, non recipitur merces, ſic enim
eſſet locatio, vt no. ſ. de vſur. conqueſtus. in glo. ij. vltra
mediũ. Secundũ, quod eũ mouet eſt, quia nõ eſt abſur-
dum

dum ex duabus cauſis grauare debitorem ad duo, ad
periculum, propter cõſumptionem pecuniæ ad ſuum
profectum, & ad lucrum daudum, propter ſeruitium ſi
bi impenſum, meo iudicio inſeparabilia ſeparat, & fa-
cit quod ſequitur, ſubdit ipſe rationem aliam theologo
rum. Dicunt enim, quòd in dicto contractu venditur
vſus rei, cuius vſus eſt ipſa conſumptio. Ex hoc ſic argui
tur, Cuius eſt ipſa conſumptio, ibi non poteſt res ſeor-
ſum computari, vel ſeparari a ſuo vſu, & econuerſo. &
ideo eandem conceſſionem, qua conceditur res, conce
ditur etiam vſus rei, & econuerſo. Qui ergo vellet ſepa-
ratim vendere vſum rei ſine re tali, cuius eſt cõſumptio
ageret vitioſe, & contra naturam rei, facit extrauag. Ioã.
ad conditorem. vbi ſatis de hoc, ſed fœnerator vendere
vult ſeparatim vſum rei quam mutuat ab ipſa re, quã
poſtmodum repetit, cuius vſus eſt eius conſumptio, er-
go agit vitioſe & contra naturam, maior patet. minor
probatur, quia exigit lucrum de vſu pecuniç, quam mu
tuat, non obſtante, quod eam ſemper ſaluam in eadem
quantitate requirit, Iſta ratio etiam videtur ſibi dubia,
poſſet enim aliquis dicere, quod fœnerator vendit vtrũ
que, quia alienat a ſe non ſolum vſum rei, ſed etiam ip
ſam rem, quantum ad ſubſtantiam, & idem iudicium
videtur de vtroque, quia eodem modo, quo transfert
rem & vſum rei, & econuerſo, quapropter non ſeparat
vnum ab altero, ſicut ſupponit dicta ratio. Videtur er-
go, quòd præfata ratio non valeat, vel quòd eam corri-
gere oporteat, vt dicam ſecundum eum. in ver. tertio di
cebatur. Thomas tamen ſecunda ſecundæ quæſtion.
lxxviij. articulo primo, hanc tenet dicens, quod in re-
bus, quarum vſus eſt ipſarum rerum conſumptio, vo-
lens ſeorſum vendere rem. puta vinũ & ſeorſum vſum
vini, venderet illam bis, vel venderet id, quod non eſt. vn
de per iniuſtitiam manifeſte peccaret. Simili modo cõ
mittit iniuſtitiam, qui mutuat vinum, vel triticum po-
tens ſibi duas recompẽſationes vnam reſtitutionem
æqualis rei, aliam pretiũ vſus, quod vſura dicitur. ¶ Rñ
deo ad verba diſputantis, qui dicit, quod conſueuit indu
ci alia ratio ad propoſitũ, quæ videtur trahi a Philoſo-
pho primo Polit. cuius rationis fundamentum ſtat in
hoc, ſcilicet, quod cõtra naturam videtur eſſe, quod ar-
tificialia habeant partum, & generationẽ, per quam ſe
multiplicent. In contractu autem vſurario denarius,
qui eſt quid artificiale, parit alium denarium, & ſic ip-
ſum multiplicat. iſto modo ergo ex natura rei talis cõ-
tractus videtur contra naturam, & per conſequens vi-
tioſus, ſed nec iſta ratio videtur valere propter duo. Pri-
mo, quia vſura non ſolum cõmittitur in artificialibus,
ſed etiã in naturalibus, vt pote oleo, vino, & ſimilibus,
& per conſequens dicta ratio applicari tantũ poteſt ad
illa. Secundo, quia videmus, quod eſt quid artificiale, &
cum vſque ad certũ tempus poſſet quis per vnam do-
mum lucrari aliam æquiualentem, & ſic domus pare-
ret domum. Conſueuerunt etiam induci duæ aliç ratio
nes ad propoſitum, quç videntur omnino friuolç. Qua
rum prima eſt, quia dicunt quidam, ꝙ ideo licet acci-
pere penſionem & fructum de vſu alicuius rei, quia res
illa deterioratur per vſum ſuum, ſed pecunia non dete-
rioratur per vſum ſuum. ergo non licet de eius vſu ac-
cipere aliquam penſionem vel fructum. Iſta tamen ra-
tio, ſi quis cõſideret, eſt digna deriſione, quia videmus,
quod res illç, de quarum vſura recipimus penſionem
& fructum, ſæpe meliorãtur per inhabitationem. Alia
ratio, quare contractus vſurarius eſt vitioſus, quia in eo
vendatur tempus, quod eſt omnibus cõmune, ſed neç
iſta ratio poteſt ſtare, imo videtur omnino friuola, qa
multi ſunt contractus liciti, in quibus interponenitur
temporis dilatio, nec tamen propter hoc dicitur, ꝙ in
eis vendatur tẽpus. ergo a ſimili nec in iſto contractu,
propter quæ omnia videtur ſibi aliter probãda dicta cõ
cluſio. Dicit ergo, quod contractus vſurarius ex natura
eſt vitioſus & malitia conuolutus propter quatuor. Pri
mo, quia facit rem naturalẽ ſuperualere ſuæ naturæ, &
& rem artificialẽ ſuæ arti, & maxime contra naturam.
Secundo, quia facit, ꝙ res, quæ non parit fructum, gene
rat lucrũ, quod eſt cõtra naturã, vt infra patebit. Tertio
facit, ꝙ illa, quæ habent omnino eundẽ valorem, vnũ
eorũ excreſcat in valore per alterum, quod eſt contra
naturam. Quarto, quia facit, quod res mutuata per abu
ſum trahatur ad aliud, ad quod non eſt ordinata princi
paliter, nec conuenienter, quod etiã eſt contra naturã.
Iſta vero quatuor valde prolixe proſequitur. Circa pri-
13 mum intendit, quod valorem † artificialium vel na
turalium, quæ mutuantur ſub numero, pondere, vel
menſura, contractus vſurarius facit ſuperualere ſuæ na
turæ, vel arti pro eo, quod cum Deus dedit naturã nu-
merabilẽ, ponderabilem, vel menſurabilẽ, & ſic dedit
ex prædicta ipſarum valorem naturaliter ęſtimabilem
quod rebus aliis nõ conceſſit, quod illarum æſtimatio
non procedit ab aliquo intrinſeco neceſſario, ſed ſm di
uerſas circunſtantias extrinſecus & contingentes ex lo
co, tpe, ꝯditionibus pſonarũ, & ſiſibus, & ſic creſcunt &
decreſcũt, ſed ponderabiles, & mẽſurabiles, & numera
biles quandiu perſiſtunt in ſuo numero, pondere, vel
menſura, non augentur vel minuuntur valore, ſed ſi vi-
deantur minui vel augeri, non eſt propter minutionẽ
vel augmentum ipſarum, ſed illarũ rerum in quas cõ-
mutantur. Concluditur ergo, quod vſurarius cum exi-
gat vltra valorem a natura prædictis rebus taxatũ, cer-
tum & determinatum, rem vitioſã facit, & contra rei
naturam. Ego de plano concederem, quod facilior eſt
harum æſtimatio, & maxime tempore, quo contrahi-
tur, reſtringẽdo ad illud, ſed quod antea habeant certũ
& determinatum valorem durante pondere, numero,
vel menſura non alterandũ in plus vel minus, non ca-
14 pio. Secundo dicebatur, † quod vſura faciebat contra na
turã germinare rem, quæ naturaliter nõ germinat. Nul
la enim res generat lucrum, niſi quantũ fructus dicere
tur lucrũ, conſtat autem, quod res fructũ generans cre-
ſcit in valore cum fructu, ſed hæc excreſcentia eſſe non
poteſt in rebus mutuabilibus, quæ certũ & determina-
tum habent valorẽ, vt eſt dictum, quas non fructifican
tes, vſura facit lucrificantes, vnde dicit canon, ꝙ vſuræ
arte nequiſſima, ex auro aurum naſcitur. xlvij. diſtinct.
ſicut hi. ergo ſic agens facit contra rei naturam quid vi
tioſũ & malitia conuolutũ. Tertio dicebatur, ꝙ † vſura
15 faciebat, ꝙ duorũ, i. rei & vſus eius, quæ habet oĩno eun
dẽ valorẽ vnũ excreſcat in valorẽ per alterũ. Patet autẽ
diſcurrendo per ſingulas res mutuabiles, quod ipſæ &
ipſarũ vſus vna conſumptione conſumuntur, nec vnũ
ſine altero conſumi poteſt, quod in aliis rebus locabi-
libus dici non põt, in quib. rei vſus habet diſtinctũ valo
rem, & poteſt, alienari ſolus vſus, vt in domo vel equo,
& ſola proprietas retenta ad tempus vtu. Cum ergo cõ-
tractus vſurarius faciat rem mutuatã excreſcere in va-
lore per ſuum vſum, cum ipſorum coniunctorum idẽ
ſit valor. patet id fieri contra rei naturã. & ſic vitioſum,
& in hoc differt hoc dictum ab eo, quod dixi ſupra, vbi
ſubdit, quia non dicitur hic, quod vendat vſum ſepara
tum a re, ſed quod vſurarius facit vſum addere ad valo
rem rei mutuatæ, cum tamen non habet valorẽ diſtin
16 ctũ. Quarto dicebatur, † quod vſurarius abutitur re mu
tuata non vtendo ſuo vſu principali vel ſecundario. ad
quẽ ſit deſtinata. Declaratur hoc ſic, omnis res poſſeſſa
habet duplicẽ vſũ, principalẽ & ſecundariũ, vt Roma
habet principalem vſum ciugendi, ſecundarium ven-
dendi, vel cõmutandi, quia ſic expedit poſſidenti. Si aũt
hoc verteretur ad alterius læſionẽ, tunc abutitur, ſic &
in mutabilibus, pone in vino. principalis eius vſus do-
mini eſt ad potũ, ſecundarius ad immutandũ in pecu-
niã, vel aliud, quod expedit domino. Si autem propter
cupiditatẽ trahitur ad alium vſum, vt facit vſurarius
recipiendo aliud vltra ſortẽ, abutitur, & ſic vitioſe agit
in pecunia idem eſt, cuius eſt principalis vſus in con-
ſumptionem

ptionem rei expedientis, ſecundarius in cõmutationẽ pecuniæ, quæ magis expedit, ſed vbi per cupiditatẽ vſurarius illam dat, vt plus recipiat, abutitur, cum nec a natura, nec ab arte cõpetat denario talis vſus, vel talis partus, vt dicit Ariſtote. primo Politicorum.

17 TERTIO † quærebatur, vtrum iura debeant concedere ꝯctũ vſurariũ ꝑ aliquod bonum, quod inde oriatur, vel propter aliquod malũ, quod inde vitetur, vt per hoc tollatur illa via, quæ ſecundo ingerebat dubitationẽ in illa quæſtione. Ad iſtius ergo articuli euidẽtiam ſciendũ, quod cõceſſio poteſt accipi tribus modis. vno modo, prout eſt ſimplex permiſſio dimittens vel indulgens pęnam, ſecundũ quem modum procedit canon. vt dictum fuit. ſ. iiii. diſtin. denique. talis autem permiſſio fuit ſimplex, quia per ſolam indulgentiam pœnæ, vnde quod ibi dicitur, cum venia, dicit ibi gloſſ. intelligendum de venia pœnæ, non culpæ. Secundo modo poteſt accipi conceſſio, prout eſt idem, quod permiſſio tollens impedimentum, ſecundũ quẽ modum inter nos habitantes permittuntur ab eccleſia in obſeruantia ſui ritus, vt etiã dictum fuit ſupra, ꝑ canonẽ xlv. diſt. qui ſyncera. Hæc autem permiſſio, quãuis gl. dicat ꝙ ſit ſimilis primæ, tamen diſſimilis eſt. Ibi enim ſola remiſſio pœnæ, ſed iſta ſecunda permiſſio plus facit, quia non ſolũ permittit dictum malũ, ſcilicet obſeruantiã ritus Iudæorum, ſubtrahendo cõminationẽ, vel inflictionẽ pœnæ, ſicut prima, ſed etiã remouendo impedimenta chriſtianorũ, qui vellent impedire obſeruantiã dicti ritus. & quantũ ad hoc ſe habet per additionẽ ad illam. Tertio modo poteſt accipi conceſſio, prout eſt idem, quod permiſſio, præſtans iuuamen, ſecundũ quẽ modũ eccleſia permittit quandoque clericum occidi a poteſtate ſæculari, & hæc permiſſio ſe habet ad ſecũdã, ſicut ſecunda ad primam. Nam in iſta permiſſione nõ ſolũ ſubtrahitur cõminatio pœnæ, quæ poſſet per occiſionem clerici infligi, ſicut fiebat in ipſa permiſſione, ſed etiã tollitur illud impedimẽtum, per quod occiſio clerici poſſet impediri, quemadmodum fiebat in ſecũda permiſſione, & vltra hæc duo præſtatur iuuamentũ in iſta permiſſione, quod non fiebat in aliqua illarum, præſtat enim eccleſia iuuamentum in occiſione clerici qui dignus eſt morte, quia ipſum degradat, & ponit eum in manibus poteſtatis ſecularis, vt crucietur & occidatur, iuxta illud. j. ad Corinthi. v. tradere huiuſmodi hominem Satanę in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. patet de verbo. ſigniſi. nouimus. & de pœn. c. ij. lib. vj. patet ergo, quod tribus modis poteſt accipi cõceſſio, vel permiſſio. Vlterius ad maiorẽ euidentiã iſtius articuli eſt ſciendũ, quod ſicut tactũ fuit ſuperius circa principiũ quæſtionis, malũ poteſt permitti duabus de cauſis, ſcilicet vel propter bonũ, quod inde oritur, vel propter maius malum, quod inde vitatur. Maius autem malum vitatur, & minus per-

18 mittitur tribus modis. Primo, quando † vitatur malum ſpirituale in anima, quod eſt maius, per malum corporale in corpore, quod eſt minus. Secundo, quando vitatur vnũ malũ ſpirituale, quod eſt maius propter minus malum ſpirituale, ſicut ſæpe permittitur minus peccatum, vt vitetur maius. Tertio, quando vitatur vnum malum corporale maius per aliud corporale, quod eſt minus. & de his no. in c. cleri. vel mo. c. iii. in prima glo. Ad

19 propoſitum ergo deſcendendo, cum † quæritur, vtrum iura debeant concedere contractum vſurarium propter aliquod bonum, quod inde oriatur vel propter aliquod maius malum, quod inde vitetur. Dicendũ eſt ſtatim, quod ſi iſta quæſtio fiat per ius naturale, non debet eſſe dubium, quod dictũ ius nullo modo debet, vel poteſt concedere contractũ vſurariũ, quia illud, quod ſimpliciter eſt contra aliquod ius, nullo modo poteſt cõcedi ab eodem iure, alioquin ſimul eſſet ꝯ ipſum, & nõ ꝯ ipſum, inquantũ ab ipſo conceſſum. Cõtractus autẽ vſurarius ſimpliciter eſt ꝯ ius naturale, cum ſit vitioſus ex natura rei, vt patuit in præcedenti articulo. ergo &c. Si ergo ſimpliciter eſt contra ius naturale, relinquitur vlterius, quod ſimpliciter ſit contra ius diuinũ, quia ius naturale eſt a iure diuino deriuatũ, ergo quicquid eſt contra ius naturale, neceſſario erit contra ius diuinũ. Si autem fiat dicta quęſtio per ius ciuile, dicendũ eſt, quod dictum ius poteſt concedere & concedit præfatũ contractum, conceſſione accepta primo modo, prout eſt idem, quod ſimplex permiſſio per indulgentiã. & quod ita ſit, probo tali ratione. Illud ius quod non comminatur, nec infligit aliquam pœnam, propter contractum vſurariũ, videtur ipſum concedere & permittere conceſſione accepta iſto modo, quę eſt ſimplex permiſſio per indulgentiam pœnæ, ſed ius ciuile nullam pœnam cõminatur, vel infligit propter dictũ contractũ, ergo &c. Subdit autem, quod ſecundo vel tertio genere permiſſionis ius ciuile non permittit vſuras, quia non prohibet impedimenta fieri volentibus fœnerari, nec fœnerantibus dat aliqua iuuamenta, hoc dictum nõ video poſſe defendi, niſi dicatur, leges veteres per auth. eſſe correctas, vt dicetur in v. arti. Nã certũ eſt leges ſtatuere modũ vſurarũ, vt. C. de vſu. eos. permittunt illas peti in iudicio, permittunt pro illis nõ ſtipulatis pignora retineri. Et, quod plus eſt, ſtatuũt certis caſibus illas ex mora deberi, & his ſimilia. Sed ſi fiat vlterius quæſtio de iur. ca. vtrũ ſcilicet debeant concedere, vel permittere contractũ vſurariũ propter aliquod bonũ, quod inde videatur oriri, vel propter aliquod malũ, quod inde videatur vitari, dicendum eſt ſimpliciter quod non, quia videmus de facto, quod nullo prędictorũ modorũ ipſum concedit, vel permittit, quia pœnas comminatur, vel infligit vſurariis facientibus dictum cõtractum, vt patet extra de vſuris. c. quia in omnibus. eo. tit. quãquam. li. vj. nec mirum, ſi non permittit, quia nec permittere poſſet contra vetus & nouũ teſtamentum. eo. ti. ſuper eo. Nam, vt ibi dicitur, ſacra ſcriptura prohibuit pro alterius vita mentiri, vt habetur. xxij. q. ij. ne quis. ergo multo magis, ſicut concluditur ibidẽ, prohibendum eſt, ne quilibet pro redimenda vita captiui vſurarũ crimine inuoluatur, cũ tamen illud videatur potiſſimũ bonũ, quod poſſit ex vſuris prouenire. Vlte-

20 rius non poteſt dici, ꝙ in dicto contractu † cadat diſpenſatio, vt vitetur per ipſum maius malũ ſpirituale, quam ſit illud malũ, quod incurrit in dicto cõtractu, videtur enim illud malũ, quod incurrit vſurarius per dictũ cõtractũ, quantũ ad aliquod maximũ peccatum propter quatuor. Primo, quia contemnit Deũ audacius. Secundo, quia contẽnit naturã expreſſius. Tertio, quia contẽnit ſcripturã deterius. Quarto, quia iura contemnit diutius. Contẽnit nãque ipſe vſurarius Deũ audacius, quia cum in omnibus peccatis, quæ ſunt expreſſe contra diuina mandata, homo verecũdetur & erubeſcat, in iſto tamen peccato, quãtũcunque ſit expreſſe contra domini mandatũ, non videtur verecundari, ſed potius gloriari. ſupra de vſur. quia in omnibus. Vlterius contemnit naturam expreſſius; quia non ſolum contemnit eam in vno genere rerum, ſed etiam in pluribus, ſcilicet in tribus, vult enim contra naturã, quod numerabilia, ſicut denarij, ſuperualeant ſuo numero, & ponderabilia, ſicut aurũ, ſuperualeant ſuo ponderi, & menſurabilia, ſicut vinũ, ſuperualeant ſuæ menſuræ. Qua propter bene dictũ eſt, quod contẽnit naturã expreſſius. Vlterius contẽnit ſcripturã deterius, quia videtur eã contẽnere per infidelitatẽ, quæ eſt oppoſita fidei, quã in baptiſmo profeſſus eſt. Nã ſi perfecte crederet, impoſſibile eſſet, ꝙ contra Deum & eius ſcripturã ſic aperte & inuerecunde procederet. Itẽ contra vtriuſque teſtamenti ſcripturas ſolent tales pertinaciter aſſerere, quod vſura non eſt peccatũ, cõtra quos emanauit clement. de vſur. ex grã-

21 di. Vlterius contẽnit iura † diutius, quia non ob. prohibitione cuiuſcunque iur. in dicto pacto ad hoc continue perſeuerat, intantũ quod ad ipſum relinquendũ vſque

ad

ad mortem ſæpius ſe retardat, propter quod conue-
nienter ſibi accidit ſæpe, quod dicit Augu. in ſermone
de innocentibus, percutitur, inquit, hac animaduerſio
ne peccator, vt moriens obliniſcatur ſui, qui dum viue
ret, oblitus eſt Dei. Nam ſępius videmus, quod vſurarij
decedunt ſine reſtitutione, ſine ſacramentis, & ſine ali-
qua bona ſpe æternæ vitæ, & contra eos emanauit pro
pter hoc decr. quãquam. de vſu. lib. vj. & facit palea, cij-
22 ciens. lxxxviii. diſt. propter† quæ omnia cõcludo, ꝙ ius
canon. nullo modo debet cõcedere, vel permittere cõ-
tractum vſuratium propter maius malum vitandum,
quia regulariter loquendo non apparet aliquod maius
in ipſo. qd per ipſum valeat euitari. Patet ergo, quid di-
cendũ ſit, quantum ad iſtum articulum, quia dicendũ
eſt, quod contractus vſurarius nullo modo poteſt per-
mitti. Vna tamen dubitatio hic occurrit, quæ tangetur
& ſoluetur in quinto articulo. per ea vero, quæ dicta
ſunt, ſublata eſt via, quæ ingerebat dubium ſecundo lo
co, quia non eſt ſimile, quod ibi inducebatur pro ſimi
li. Nã & ſi ibi permittitur obſeruantia ritus Iudæorum,
hoc eſt propter magnũ bonũ ſpirituale, quod inde no-
ſcitur peruenire, ſcilicet, atteſtatio fidei noſtrę veritatis.
Vlterius & ſi permiſit Grego. immoderatũ eſũ carniũ,
hoc eſt propter maius malũ vitãdum, & ideo dicebat,
quod derelinquendi erant ſuo arbitrio, ne deteriores
fierent, nihil autem talũ apparet in cõtractu vſurario,
propter quod videatur debere cõmitti. ergo &c.
23 QVARTO† quærebatur, vtrum in aliquo caſu de
facto contractus vſurarius ſit conceſſus vel permiſſus a
iure, vt per hoc tollatur tertia via, quæ ingerebat dubi-
tationem tertio loco. Ad hoc autem dicendũ eſt ſim-
pliciter, quod non, niſi forte loquamur de permiſſio-
ne primo modo dicta, quæ eſt ſm ius ciuile, ſm quem
modũ omni caſu permittitur vſura a iure ciuili, quia
nullus eſt caſus, in quo ius ciuile intromittat cõminan
do, vel infligendo pœnam pro vſura, & ſic ius ciuile ſe
habet vniformiter ad omnes caſus affirmatiue, ita ius
diuinum & can. ſe habent ad omnes caſus negatiuè;
quia nullo modo eam permittit aliquo modo permiſ
ſionis. Nam pari ratione, qua prohibet eam in vno ca-
ſu, debent eam prohibere in quolibet, quia in omni ca
ſu habet malitiam conuolutam, & per conſequens pa
ri ratione qua eam concederent in vno caſu, poſſent eã
cõcedere vel permittere in quolibet, quod patet eſſe fal
ſum ex his quę dicta ſunt. ¶ Sciendum tamen, quod il-
lud, quod facit dubium in iſto articulo, eſt ille ſpecialis
caſus, qui fuit tractatus circa prin. quæſt. de genero, qui
lucrat fructus pignoris ſibi dati ꝓ dote, ſed ibi tũc pro-
prie vſura eſſet, ſi fructus illius penſionis perciperentur
a genero intuitu pecuniæ detentæ a ſocero, ſed hoc eſt
falſum, quia non intuitu pecuniæ dotalis, quam ſocer
detinet, ſed intuitu oneris matrimonii, quæ gener ſu-
ſtinet, vt patet de vſu. ſalubriter. vel põt dici, ꝙ dicti fru-
ctus percipiuntur a genero in recompenſationẽ dam-
ni, quod inde ſequitur propter pecuniam totalem, quæ
ſibi ſoluenda differtur, incaute dictũ eſt hoc. Ex quibus
verbis ſtatim apparet, ꝙ valde impropie dictũ eſt, qñ
dr̃, ꝙ vſura permittitur in iſto caſu, vel in illo, quæ breui
ter in nullo caſu eſt permiſſa. & ideo quando aliqui ca
ſus a iuriſtis excipiuntur, non eſt intelligendum, ꝙ in
dictis caſibus vſura permittatur, ſed quia in eis prima
facie eſt aliquod ſimile vſuræ vſura videtur, ſic ergo pa-
tet, qualiter eſt ſublata via, quæ ingerebat dubium in
iſta quæſtione de tertio loco.
24 QVINTO quærebatur, vtrũ ius† ciuile poſſit iuri
canonico obuiare, vel vtrũ dicta iura habeãt ad ſe inui
cem tantam concordiã, quod quicquid eſt cõtra vnũ,
neceſſario ſit contra alterũ, ac per conſequens, vtrum
contractus vſurarius eo ipſo, quod prohibitus a iur. ca-
nonico, ſit neceſſario ꝓhibitus a iure ciuili, vt per hoc
tollatur illa via, quę ingerebat dubiũ quinto loco. Et ad
literã deinceps proſequamur diſputãtẽ, qui dicit, quod
tria ſunt. quæ faciunt dubitationẽ in iſto articulo. Pri-
mũ eſt, ꝙ ius ciuile & canonicũ præſupponunt ius na-
turale, tãquã fundamentũ, a quo ſumunt originẽ. Qua
propter quicquid eſt ꝯ ius naturale, videtur neceſſario
eſſe contra canonic. & ciuile, ſed contractus vſurarius
eſt ꝯ ius naturale, nec aliquo modo eſt permiſſibilis in
dicto iur. vt patuit ſupra. ergo nec permiſſibilis aliquo
modo in iur. ciuili, cuius ꝯriũ ſæpius dictũ eſt. Secundũ
quod hic facit dubiũ, eſt, quia ius ciuile & ca. ſubalter-
nantur iuri diuino. & per conſequens non poſſunt eis
in aliquo obuiare, ſed ſi contractus vſurarius eſſet per-
miſſibilis aliquo modo in iure ciuili, cum nullo modo
ſit permiſſibilis in iure diuino, ſequeretur, quod ius ciui
le opponeret ſe iuri diuino, quia imperator non poteſt
tollere legẽ Dei, ar. ad hoc. ff. de arbit. l. nam & magiſtra
tus. Tertiũ, quod facit dubiũ, eſt, qa imperator mãdauit
ſeruari ea, quæ ſtatuta ſunt in concilio Niceno, ſed Ni-
cenũ cõciliũ prohibet vſuras, vt. xlvii. diſtin. quoniam.
ergo & ius ciuile debet eas prohibere, ac per conſequẽs
ꝯctus vſurarius non erit permiſſibilis iur. ciuili aliquo
modo. Cuius cõtrariũ eſt ſuperius oſtenſum. Propter
iſta ergo & alia, quæ dicta fuerunt in quarto articulo,
conſurgit dubitatio nunc in iſto articulo, vtrũ ius ciui-
le poſſit in aliquo obuiare iuri canonico, vel vtrum ha-
beant adinuicẽ tantã concordiã, quod quicquid eſt cõ-
tra vnũ, neceſſario ſit contra alterũ? Ad euidentiã ergo
iſtius quæſiti intelligendum eſt, quod licet ius poſitiuũ
ſit fundatũ ſuper iure naturali, tamẽ alia eſt prohibitio
iur. iur. naturalis, & alia iur. poſitiui. Nã prohibitio iur.
naturalis fit per ſolã vitij cognitionẽ, quia docet, vbi ſit
vitiũ cognoſcendũ, & inclinat ad ipſum deteſtãdũ, pro-
hibitio autem iuris poſitiui fit per pœnæ cõminationẽ.
25 Nam † ſicut præfatũ ius poſitiuũ ſe habet per additio-
nẽ ad ius naturale, ita oportet, quod prohibitio ipſius ſe
habeat per additionẽ & ad prohibitionem illius. Vlte-
rius ſciendũ eſt, quod iſta duo iura poſitiua, ſcilicet ciui
le & canonicũ, licet conueniant, quia fundantur ſuper
iure naturali, & ab ipſo etiam ſumunt originẽ, quãuis
ẽt conueniant, quia intẽdunt homines inducere ad bo
nũ cõe, differunt tamen in modo inducendi, nã ius ci-
uile intendit dirigere in bonũ cõe, ſm quod congruit
humanæ ſocietati ciuiliter viuenti, ſm quem modum
bonũ cõe habet nutriri, conſeruari, & promoueri per
legalem iuſtitiã, & per ciuilem amicitiam. Ius vero ca-
nonicũ intendit dirigere in bonũ cõe, ſecũdum quod
congruit humanæ ſocietati, quæ non ſolum viuit ciui
liter, ſed etiam regulariter ſm fidem, in Deum tenden-
do, & vitam aliam expectando, nã cum ius canonicũ
ſit quædã explicatio iuris diuini, oportet, quod idẽ finis
intendatur ab vtroque. bonũ autem cõe iſto modo ac
ceptum, ſecundum quod congruit humanæ ſocietati,
non ſolum viuenti ciuiliter, ſed etiam regulariter ſecũ-
dum fidem in Deum tendendo, non poteſt nutriri, cõ-
ſeruari, vel promoueri per ſolam legalem iuſtitiã, vel ci
uilem amicitiam. Sed vltra hoc requiritur quædam cœ
leſtis amicitia, ſine qua impoſſibile eſt aliquẽ hominẽ
in Deum tendere. Quapropter ſicut potiſſima virtus, ad
quam conatur inducere ius ciuile, eſt ipſa legalis iuſti-
tia, ſiue ciuilis amicitia. Ita potiſſima virtus ad quã co-
natur ius canon. eſt illa cœleſtis amicitia, quam chari-
26 tatẽ vocamus. Ad propoſitum igitur † applicando pri-
mum dictum. ¶ de prohibitione iuris poſitiui, dico, ꝙ
non eſt inconueniens, quod aliquid ſit prohibitum in
iure naturali, quod tamen non eſt prohibitum in iure
ciuili, quia prohibitio iuris ciuilis ſe habet per abdica-
tionẽ, & prohibitionem iuris naturalis, non tamen per
hoc debet cenſeri inter prædicta iura contrarietas, ſed
alterius modi prohibẽdi diuerſitas. Vlterius poſſumus
colligere ex ſecundo dicto, ꝙ nõ eſt incõueniens, ꝙ ali
quod pactũ ſit prohibitũ in iure can. quod tñ non eſt ꝓ
hibitũ in iure ciuili, prohibitione, quæ fit per cõmina-
tionẽ pꝑnæ, quãuis nullũ pactũ ſit prohibitũ in iure ci-
uili,

ius diuerſitatis poteſt accipi ex dictis,nam quia ius ciui
le intendunt conſeruare bonum cõmune multitudi-
nis propter iuſticiam legalem.quam tamen eſt impoſ-
ſibile attingi a tota multitudine,vel etiam a maiori par
te.Idcirco ſufficit dicto iuri,quod poſſit promouere &
& cõſeruare bonum commune per viam ciuilis ami-
citiæ. Nam ſecũdum Ariſto.in viii.Et hi.amicitia vide
27 tur †ciuitates continere , imo & ſecundum quod ipſe
dicit ibidem.legis politores magis circa ipſam ſtudent,
quã circa iuſtitiam.quod poteſt contingere duplici de
cauſa. Vna eſt,quia facilius homines ducuntur ad ami-
citiã,q̃ ad legalem iuſtitiam.Secunda eſt, quia habẽtes
legalem iuſtitiam indigent amicitia,eo quod in vita ci
uili & domeſtica maxime ſit neceſſaria.Quapropter vi
28 detur,quod e iure ciuili† maxime ſit inuenta.& ideo vi
detur,quod ius ciuile primo & per ſe debeat prohibere
per cõminationem pœnæ illa vitia , q̃ poſſunt dictam
amicitiam impedire.ſecundario tamen & ex cõſequẽ-
ti poteſt prohibere quæcunque alia vitia altero duorũ
modorũ.ſ.vel quia per prohibitionem amicitia non lę
ditur.& bono iuſtitiæ & virtutis fauoratur. Vbi autem
per prohibitionem aliquorum sociorum ciuilis ſocie
tas & amicitia læderetur, a tali prohibitione ſe præſer-
nat,& ea relinquit diuino iudicio punienda , teſtante
beato Aug.primo de libero arbitrio,vbi ait,lex, inquit,
iſta,quæ regendis ciuitatibus fertur,multa concedit ac
impunita relinquit, quæ per diuinam prouidẽtiam iu
29 dicantur.Applicando ergo ad propoſitum,apparet† ſta
tim ꝙ contractus vſurarius non eſt neceſſario prohibi
tus a iure ciuili,quia non habet ciuilem ſocietatem &
amicitiam impedire, eſt tamen neceſſario prohibitus
in iure cano.quia ius cano.ex fine,quem intendit , ha-
bet neceſſario omnia vitia prohibere.Intẽdit enim di
rigere multitudinem fidelium in Deum,quod non po
terit fieri,niſi per charitatem , & quia omnia peccata
mortalia ſunt oppoſita charitati , & habent ea tollere,
ideo ius cano.debet omnia talia merito ꝓhibere. Qua
propter ſi contingeret,ꝙ ius ciuile in aliquo caſu , vel ꝑ
aliquod tempus de futuro contractum vſurarium pro
hiberet per cõminationem pœnæ,hoc faceret in obſe
quium iur.canonici.ſ.vel quia pœna comminata per
ius canon.non ſufficeret,vel quia non poſſet per iudi-
cẽ eccleſiaſticum ſufficienter executioni mandari. Ex
quibus omnibus apparet,ꝙ controuerſia , quæ eſt inter
iuriſtas de permiſſione contractus vſurarii , non videt̃
eſſe rationabilis,quia vtraque pars poteſt dicere verum
nã illi,qui dicunt,ꝙ talis contractus ſit permiſſus , &
debeat permitti in iure ciuili, ſi intelligant de permiſ-
ſione non comminante vel infligente pœnam , verũ
dicunt,ſi autẽ intelligant de permiſſione tollente im-
pedimentum a facientibus vſuras , vel præſtante eis iu-
ramentum,falſum dicunt,& eodem modo dicẽdum
eſt de aliis ex alia parte,nam ſi dicit glo. & illi qui eã
ſequuntur,quod contractus vſurarius non eſt permiſ-
ſus in iure ciuili,& intelligunt de ſecũdo vel tertio mo-
do permiſſionis,verum dicunt. Si vero intelligant de
primo,falſum dicunt.¶ Vlterius ẽt per hoc apparet,qd
ſit dicẽdũ ad alia dubia ſuperius introducta. Ad primũ
nãq; dicendũ eſt,quod non obſtãte,ꝙ ius ciuile ſit fun
30 datũ † ſuꝑ iure naturali , poteſt tñ aliquando eſſe pro-
hibitum in iure naturali , quod non eſt prohibitum
in iure ciuili,qa prohibitio iuris addit ſupra. prohibitio
nẽ iuris naturalis,vt ſuperius patuit.Ad ſecundũ dicen
dũ,ꝙ non ſequitur ꝑꝑ hoc,quod ius ciuile ſe opponat
iuri diuino.quia talis permiſſio non eſt per oppoſitum,
ſed per omiſſionẽ,quaſi negatiue non cõminando pœ
nã,eo ꝙ omittit & relinquit talem contractũ prohibẽ
dũ & puniẽdũ iuri canonico & diuino , qbus magis vñ
congruere. Ad tertiũ dicẽdũ,ꝙ imperator mãdat ſerua
ri ea,q̃ ſtatuta ſunt in ↄcilio Niceno,qa nõ vult,ꝙ ea ,q̃
ſunt in dicto ↄcilio ꝓhibita,ſint a iure ciuili permiſſa ꝑ
amotionẽ alicuius impedimenti ;vel per conceſſionẽ
alicuius auxilii,non tamen propter hoc intendit ,ꝙ q̃-
cunq; ibi prohibita ſunt,ſint ꝓhibita a iure ciuili ꝑ pę-
næ comminationẽ . Vel põt dici,ꝙ impator mãdauit
illa ſeruari ꝑ approbationẽ, qa ea approbauit tanquã ri
te facta,nõ aũt mãdauit ſeruari,q̃cunq; ibi ſtatuta ſũt,
ꝑ pœnæ comminationẽ. Apparet inſuꝑ ex oĩb.iſtis,qd
dicẽdũ ſit , quãtũ ad iſtũ articulum.Nam cũ quæritur,
vtrũ ius ciuile valeat iuri canonico obuiare,vel vtrũ ha
beãt adinuicem tantã cõcordiam , quod qcquid eſt ↄ̃
vnum neceſſario ſit contra alterum,dicendum eſt ſta-
tim,quod duobus modis poteſt intelligi iſta obuiatio.
Vno modo per contradictionem,& tunc dico,ꝙ non,
quia vbi lex ciuilis contradicit iuri canonico , nullius
eſt momenti,vt patet in decr.x.di.quæſtiones.Alio mo
do per omiſſionẽ ſiue derelictionẽ , vt ita dicam , quia
certe omitit prohibere aliquid , cuius prohibitionẽ &
punitionem relinquit iuri canonico & diuino , quibus
magis hoc congruit.& iſto modo videtur dicendum,
ꝙ ſic. Et ita patet,quid ſit dicendũ,quantum ad totam
q̃ſtionem,quia oſtenſum eſt,quomodo cõtractus vſu-
rarius ſit aliquo modo permiſſibilis in iure ciuili, ſcili-
cet permiſſione indulgentiæ pœnæ.nõ autem permiſ-
ſione tollente impedimentũ,vel præſtante iuramẽtũ.

RESTAT ergo nunc vltimo ſoluere rationes,q̃
in actu diſputationis allegatæ videntur eſſe ad oppoſi-
tũ.Ad primũ ergo prĩcipale dico, quod vbi aliquid do-
natur pretio pacto vitioſo & malitia conuoluto, illud
vtique poteſt licite recipi, & ſic maior ſit vera ſub illo
intellectu,ſed minor erat falſa,quia in ↄ̃ctu vſurario lu
crũ donatur pretio pacto explicito , vel ſaltẽ implici-
to,vt põt patere in his,quæ dicta fuerunt in primo arti
culo,qñ q̃ſitũ fuit, qd eſſet vſura & in qb.reb.ↄmittatur.
31 AD SECVNDVM vero,cum† dicebatur, ꝙ ↄ
tractus vſurarius non erat contra charitatem ,quia ver
gebat in vtilitatem vtriuſque partis,dicendum , ꝙ licet
quandoque non ſit contra charitatẽ tanquam aliquid
inutile,eſt tamen contra eam tanquã aliquid inhone-
ſtum & vitioſum.Nam oſtenſum fuit sup. in ſecundo
articulo,ꝙ contractus vſurarius eſt ex natura rei vi &
malo conuolutus,& hoc ipſo neceſſario ↄ̃ charitatem.
AD TERTIVM vero cum dicebatur , ꝙ licebat
accipere lucrum de re ſua,res aũt mutuata eſt ipſiꝰ mu
tuantis.Nam quamuis transferat eam quãtũ ad ſubſtã-
tiã,retinet tamen ſibi poteſtatẽ quantũ ad valorẽ.dicen
dũ eſt,ad illud ꝙ vnusquiſque licite poteſt lucrum reci
pere de re ſua,dummodo res illa ſit apta & nata lucrifa
cere,ſed res mutuata non eſt talis,imo ꝙ lucrificet , eſt
omnino contra naturam,vt patuit sup. in ſecũdo.
AD QVARTVM vero cum dicebatur, ꝙ do
mus eſt qd artificiale,nec eſt apta nata parere domũ , &
tñ videmus,ꝙ ꝑ licitũ ↄ̃ctũ vna domus poſſet parere
plures alias,nã poſſet aliqs ꝑ pẽſionẽ domus vſq; ad cer
tũ tp̃s recipere aliã domũ,& iterũ vſque ad quoddã tp̃s
aliã,& ſic deinceps,& ꝑ ↄſequẽs iſto mõ vna domꝰ pa
rere eodẽ mõ dicebat̃ de pecunia,quãtũcũq; ſit qd arti
ficiale põt parere pecuniã ꝑ licitũ contractũ ,& ſic con
tractus vſurarius nõ videbatur illicitus. Dicẽdũ ad iſtã
rationẽ , quod cã quare pecunia non parit pecuniam,
non eſt,quia ſit artificiale , ſed quia habet ſibi præſtitu
tum determinatum valorem ab ipſa arte , vt patuit ſu-
pra in ſecundo articulo.& ideo non poteſt exercere in
ſuo valore,ita ꝙ recipiatur pro eo vltra ſortem , niſi ꝑ
cupiditatẽ & malitiã ipſius mutuãtis , hoc aũt dici nõ
p̃t de domo qa quãuis ſit qd artificiale , non tñ hẽt ſibi
priſtinũ valorẽ determinatũ ab arte.& iõ p̃t exercere ĩ
ſuo valore,ita vt recipiat̃ aliqd lucrũ ꝓ eo ſine oĩ vitio.
32 Ad quitũ vero,cũ† dicebat̃,ꝙ ↄ̃ctꝰ vſurariꝰ deberet per-
mitti,quia ꝑ ipſum multa mala vitãtur, vt pote dãnũ ĩ
rebus,periculũ in ꝑſonis. Item qa per ipſum ſequeban
tur bona,ſcilicet,pauperum ſuſtentatio ,& mercantia-
rum ſaluatio. Dicendum vtique ad iſtam rationem,
quod iſta mala,quę poſſunt vitari per contractum vſu

rarium, vt plurimum ſunt corporalia, ſed malum
ſpirituale nunquam debet permitti, etiam propter ali
quod malum corporale vitãdum, nec ẽt propter quod
cunque bonũ corporale cõſequendũ, vt patuit. ſ. in ter
tio articulo. Et dato ẽt, quod per contractum vſurariũ
aliquod malũ ſpirituale vitaretur aliquo caſu, illud tñ
regulariter loquẽdo non videtur poſſe eſſe maius, quã
ſit illud peccatũ, quod in dicto contractu committitur
vt patuit. ſ. in eodem articulo, maius autem malũ nun
quam debet permitti propter minus vitãdum. Ad ſex-
tũ vero, quod dicebatur, ꝙ iuriſtæ excipiunt aliquos ca
ſus, in quibus vſura permittitur, ergo videtur permiſſi-
bilis, dicendum, quod cũ iuriſtæ hoc dicunt, talis mo-
dus dicendi nullo modo eſt verus, vel omnino impro-
prius, nam dicti caſus non excipiuntur, quaſi in eis ſit
vſura, ſed quia videtur in eis aliquid ſimile vſuræ, vt pa-
tuit. ſ. in quarto articulo. Ad ſeptimũ & 8. cũ dicebatur,
ꝙ vſura eſſet permiſſibilis ſaltem in iure ciuili, non vi-
deretur ius ciuile in aliquo obuiare iuri canonico cuiꝰ
contrarium videtur habere in decretis. x. di. l. imperato
rũ. Ad iſtam rationem patet ſolutio per id, quod dictũ
eſt immediate in iſto articulo, quia verum eſt, ꝙ per iꝰ
ciuile nõ obuiatur canonico vel diuino per contradi-
ctionẽ, quia tunc nullius eſſet momenti, vt ſ. dicebatur.
poteſt tñ dici, ꝙ in Niceno cõcilio vſuræ prohibitæ ſue
runt. & ita vĩ ꝓximi, ꝙ in iure ciuili debeant eſſe prohi-
bitæ. §. i. de eccl. tit. in auct. Dicendũ ſicut dicebatur. ſ. qđ
imperator mandat ſeruari ea, q̃ ſtatuta ſunt in dictis ↄ-
cilijs per approbationem, non contradicendo ſcilicet,
& non per prohibitionem quorumcunque malorum
pœnam comminando. Ad ix. quando arguebatur, ꝙ
33 duobus malis concurrentibus ſemper † minus eſt eli-
gendũ, quod probatur per ius diuinum & ciuile. per iꝰ
diuinũ primo, quia inuenimus in lege Moſaica. ſ. Gen.
xviii. quod Loth tradidit filias ſuas fornicationi, vt vita-
retur maius malũ. ſ. ſodomiticum. Itẽ videmus de iu-
re ciuili, quod minor reſtituitur regulariter ex contra
ctu, quem ipſe facit, & tamen ius ciuile vult, ꝙ non ex
omni contractu, quia tunc nullus ſecum contraheret.
& ſic minus malũ eligitur. ff. de mino. l. & ſi ſine. §. i. er-
go eodẽ modo vſuram fieri, cum ſit minus malum,
quã ipſam non fieri, videtur, ꝙ de iure ſit eligendum,
& permittendum ipſam fieri. Quod aũt ipſam fieri, ſit
minus malũ, q̃ ipſam non fieri, probatur, quia ſi nullꝰ
præſtaret ad vſuras, pauperes ſæpe morerentur fame.
Dicendum ergo ad hoc, ꝙ vbi duo mala concurrunt,
ſemper minus eſt eligendũ ab illo, qui neceſſe habet in-
cidere in alterum de duobus. & iõ pauper potius debet
eligere recipere mutuũ ad vſuram, q̃ mori fame, ipſe
aũt vſurarius non incidit neceſſario in alterum duorũ
illorũ malorũ, quia poteſt mutuare ſine vſura, & iſto
modo vitabit famẽ & mortẽ pauperis, & ꝑ conſequens
non incidit in aliquod illorũ malorum, & hoc appa-
ret immediate, ꝙ vnus & idẽ actus põt eſſe vitioſus re-
ſpectu vnius, qui tñ non eſt vitioſus reſpectu alterius.
Contractus ergo vſurarius, quamuis ſit vitioſus reſpectu
eius, qui mutuũ præſtat, non tñ reſpectu eius, qui reci-
pit. ſicut & poteſt poni exẽplũ in paſſione Chriſti, qa
fuit vitioſa reſpectu Iudęorũ, qui eã intulerunt, non au
tẽ ex parte Chriſti, qui eã recepit, imo valde virtuoſa.
Vel poſſumus nos de iſto argumento breuiter expedi-
re, dicendo, ꝙ de duobus malis ſemper minus malũ eſt
eligendũ illi, qui eſſet cauſa vtriuſq; mali, quod non
poteſt dici in propoſito, nã dato, ꝙ pauper moriatur fa
me ex eo, ꝙ non inuenit pecuniã ad vſurã, ille tñ qui
potuit eã præſtare, non fuit cauſa ſuæ mortis, fuiſſet tñ
cauſa illius peccati, quod cõmittitur in vſura, ſi ſuam
pecuniã ad vſurã præſtaret. & iõ potius debuit velle vita
re illud peccatũ, cuius cã ipſe fuiſſet, q̃ aliud, in quo nul
lã culpã habuiſſet. & de hoc. xiii. di. in ſum. & xi. diſt. c. i.
34 ¶ Ad x. cũ dicebatur, ꝙ ea † quæ parificantur in effectu
debent parificari in iuris diſpoſitione. ff. de verb. obl. l. La

Titio. & ff. ad l. Aquil. l. illud. ſed pecunia & opera parifi-
cantur in effectu. ff. pro ſocio. l. ſocietate. §. i. ergo idẽ ius
ſtatuendũ in vtroque, quia de ſimilibus ad ſimilia pro-
cedunt. Sicut ergo in caſu, vbi ex opera mea participo
tñ de lucro, quantũ tu pecuniã ponis, ſic & vbi pecu-
niã meã dabo, etiã ſine opera tua potero de ea licite lu
crũ recipere. Ad hoc dicendũ, ꝙ non eſt ſimile, qa ope
ra ſine pecunia poteſt fructificare, nec fieri habet deter
minatũ valorẽ a natura, vel ab arte. & ideo poſſumus
de ipſa licite lucrũ recipere, pecunia aũt ſine opera nõ
eſt apta nata ad fructificandũ, & habet terminatũ va
lorẽ ab arte, quapropter nullus poteſt de ea ſola licite
35 exigere lucrũ. ¶ Ad xi. vero cũ dicebatur, ꝙ illud † qđ
eſt licitũ in vno caſu, præſumitur ſemper licitũ, vſura
aũt videtur licita in quodã caſu, vt verbi gratia. ego qui
habeo molẽdinum do pecuniã Titio, vt magis veniat
ad molendinũ meũ, q̃ vicinorũ. & tñ ſi alibi iuiſſet, tñ
de penſione ſoluiſſet, nec hoc obſtante tenetur cõmu
niter, quod receptio talis pecuniæ ſit licita. & tamen ea
videatur vſura, quia recipitur vltra ſortem & laborẽ. Di
cendũ ad hoc, quod ſicut patuit ſupra in iii. articulo,
vſura in nullo caſu permiſſibilis eſt, niſi eo modo quo
allegatũ fuit ſupra in iii. articu. In caſu ergo hic habito
ſi eſſet vſura, nullo modo eſſet licita receptio dictæ pe
cuniæ, quapropter dicẽdũ, quod nulla eſt ibi vſura, nã
cũ vſura generetur maxime de ipſo mutuo, vt patuit. ſ.
in primo articulo, & in dicto caſu nullũ ſit mutuum,
relinquitur ſimpliciter, quod in eo nulla ſit vſura. Ad
36 xii. vero, cũ † dicebatur, quod ſi homo pecuniã non
mutuaret, eſſet deperdita, & non multiplicaretur, nec
ex ea communis vtilitas reſultaret, & per conſequens
videbatur, quod vſura eſſet licita & permiſſibilis, quia
illud ex quo aliquod bonum vtile multiplicatur, videtꝰ
licitum & permiſſibile. Ad hoc ergo dicendũ, quod il
lud ex quo bonũ vtile multiplicatur, ſaluato bono ho-
neſto licitũ eſt & permiſſibile, ſed in propoſito non eſt
ita, nam quamuis per contractum vſurarium multipli
cetur ſæpius bonum vtile, non tamen ſaluatur ibi bo
num honeſtum & virtuoſum, cum habeat malitiam
conuolutam, vt patuit ſupra in ſecundo articulo. ¶ Ad
37 xiii. vero, cum † dicebatur, quod vſuræ eſſent permiſ
ſibiles omni iure, quia ſanctæ & probatur per hoc, qa
illius naturæ eſt cauſatũ, cuius eſt cauſans. ſed vſuræ sũt
permiſſæ a legibus ciuilibus, quæ ſunt ſanctæ, ergo &c.
Dicendũ, quod ſi leges ciuiles ita permitterent vſuras,
quod eſſent cauſa earum, tunc argumentum conclu
ret, nũc autem ita permittitur, ꝙ non ſunt earũ cauſæ,
quia non permittunt eas tanquam eas fieri præcipien
tes, vel eis auxilium præſtãtes. ſed ſolum tanquam pœ
nam non infligentes, vt ſæpius dictũ eſt. ¶ Ad xiiii.
38 cum † dicebatur, ꝙ vſura eſt cauſa mutui, quod eſt bo
num. ergo & ipſa bona & licita. Dicendũ ad iſtam ra
tionem, quod vbi vſura eſt finis mutui, ibi tale mutuũ
nõ eſt bonũ. & ideo melius eſt a tali mutuo ſe ꝓſeruа-
re. ¶ Ad xv. cum dicebatur, quod ſi vſura non eſſet li
cita, tunc alienatio rei acquiſitæ per vſuram non eſſet
licita, quod videtur eſſe falſum. Dicẽdum, ꝙ alienatio
talis rei ideo eſt licita, quia ſi aliquod lucrum ex ea ori
tur, illud non peruenit ex ſola pecunia vſuraria, ſed ex
opera illius alienantis ſimul cum pecunia. ¶ Ad xvi.
39 cum dicebatur † de illo, qui habet molendinum, quod
in dicto caſu non ſit vſura, licet propter dictum mu-
tuum recipiat lucrum, quod non recepiſſet, ſi mutuũ
non præſtaſſet, vt ita videtur ſecundum iſtam viam, ꝙ
iſte caſus non ſit omnino alius ab illo, qui fuit poſitus
in xi. argumento. Ad hoc ergo dicẽdum, ꝙ habẽs mo
lendinũ, ſi ꝓſtat pecuniã Titio cũ iſta intentione, ꝙ ma
gis vadat ad molẽdinũ ſuũ, q̃ vicinorũ, ex hoc ipſo de-
bet videri vſurarius in mente, qa vbicunq; aliquis intui
tu mutui intendit recipere aliqđ commodum vltra ſor
tem. quod quidem commodum poteſt per pecuniam
emi, tãtũ valet, ac ſi reciperet pecuniã vltra ſortem. &

per

per conſequens eodem modo eſt cenſendus vſurarius. Si tamen quæratur vlterius, vtrũ teneatur ad reſtitutionẽ, dico, ſi ſua intentio ſit nota Titio eunti ad molendinum, tenetur ad reſtitutionem propter cauſam ſupi⁹ aſſignatam in primo articulo, qñ agebatur de vſura mentali. Si autem vlterius quæratur, vtrum teneatur reſtituere totũ, quod a Titio recepit pro penſione ſui molendini, Dico, ꝙ non, ſed tenetur reſtituere tantũ, quantũ reputat ſibi voluiſſe inde comodũ, quod recepit ꝑꝑ hoc, qđ Titius iuit ad molendinũ ſuum, ad quod non iuiſſet, ſi pecuniam nõ præſtitiſſet. Intelligo aũt per illud cõmodũ concurſum gentium, vel noutiã, quã cõſequitur ſuũ molendinũ ex hoc, ꝙ Titius iuit ad ipſũ, & ideo tm̃ debet reſtituere, quantũ reputat ſibi valere illud tale cõmodũ, qđ conſecutus eſt ꝑ Titiũ, dato ꝙ deberet ipſum emere, ſi tñ vlterius q̃ratur, cui debeat fieri iſta reſtitutio. Dico, ꝙ non debet fieri Titio, quia ad illud lucrum, quod contulit illi, cuius eſt molendinũ, obligabatur ex ſolo ſeruitio, quod habuit de molendino circunſcripto omni ſeruitio mutui. Et iſta duo bene ſtant ſimul, ſ. ꝙ iſte, cuius eſt molendinũ, teneatur reſtituere & tñ ille, qui iuit ad molendinum, non debeat recipere q ille cuius eſt molendinũ recipit aliquod beneficium, vel lucrum intuitu mutui, quod ante non recepiſſet, ille vero q iuit ad molẽdinũ cõtulit aliquod lucrũ intuitu mutui, quod antea non contuliſſet. & iõ in nullo poteſt ſe putare grauatũ. ergo nulla debet ſibi fieri reſtitutio. Ex qbus omnibus poteſt rationabiliter concludi, ꝙ reſtitutio p̄ſata fieri dẽt eodẽ modo, quo fit reſtitutio, quæ eſt de vſura incerta. Sciendum, ꝙ ſi ille, qui iuit ad molendinum, fuiſſet ex hoc conſecutus aliquod damnũ, quod non fuiſſet conſecutus eundo ad molendinum alterius, debet ei dicta reſtitutio fieri ad quantitatem illius damni. Io. And.

SVMMARIVM.

1 *Venia quam varie ſumatur.*
2 *Fugitiuus quis.*
3 *Peccati uenia qua requirit.*

REGVLA V.

1 PEccati venia. Dicit Io. mona. ꝙ †venia q̃nque ſumitur ꝓ licentia. ecc. xxv. non des mulieri neq; veniã ꝓdeundi. i. lĩiam vel libertatẽ: & ſacri. C. de in ius voc. l. venia. q̃nque ſumitur pro indulgentia, vel remiſſione, vt hic, & in l. manichæos. quã alle. glo. & dicitur a veniendo, quod venit a licentiante vel indulgente. ¶ Prima gl. facit. iii. Primo, exẽplificat regulã. Scdo, declarat diſtinguendo duplicẽ offenſam. Tertio, ſucceſſiue ſignat & ſoluit duo ɔ̄ria. Quarto, exẽplificat ɔ̄riũ regulæ, ¶ In j. gl. ibi [*manichæos*] fugitiuus eſt
2 qui† ea mente diſcedit, ne ad dominũ redeat, & ſi mutato cõſilio ad eũ reuertatur, nemo enim tali peccato pœnitẽtia ſua nocens eſſe deſiit. In gl. j. ibi [*videndum*] dicit Io. mo. omne peccatũ cõmittitur in Deũ, vt in pſal-
3 mo. Tibi ſoli peccaui. ꝑꝑ quod primo neceſſaria †eſt ipſius remiſſio. Eſt neceſſaria peccantis diſpoſitio, cum actus actiuorum ſm philoſophum ii. de anima, ſint in patiente bene diſpoſito. Deus ergo in venia peccati principaliter eſt agens inſtrumentale, in hoc eſt homo pœnitens, qui gratia diuina ꝓueniente fit adiutor Dei, ſecundũ Apoſtolũ j. ad Cor. iii. Inducit illud Aug. Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te, & ſic ſoli contrito datur venia. & ibi [*quis ſit fugitiuus*] & ſic ſoluitur cõtrariũ huius regulæ & regulæ ſ. proxime. de l. iſta & de l. q ea mente. ff. de fur. & de l. peti. ff. vi bon. rap. ꝑ q̃ ꝓbaſ, ꝙ correctio vel ei, q rẽ reſtituit, nõ remittitur peccati venia. aliud. n. eſt remittere culpã, q̃ pœnã, vt ſeqtur. tñ Dy. ſ. c. proxi. dixit illud de iur. ciuili, hoc de benignitate cano. hic vero dicit, quod q̃a facilius ligatur de iure diuino, ſcilicet per cogitationẽ cũ firmo ꝓpoſito, quã, de iure ciuili. vbi requiritur actus. ita facilius ſoluitur. Quæſtio huius regulæ poſita eſt ſ. regula proxima.

SVMMARIVM.

1 *Locutio pluralis an ſit vno contenta, vel duo requirat. Et quid de ſingulari.*
2 *Appellatio unica a duabus ſententiis an ſufficiat, an vero utraque ſententia ſuam ſeorſum & particularem requirat appellationem, & nu. 4.*
3 *Appellatio una reſpiciat ne omnia præterita, & una petitio multas actiones. & nu. 5.*

REGVLA. XL.

1 PLuralis locutio duorũ. Contra, quod †ſit contenta vno. ff. de con. & demon. l. falſa. §. fi. vbi ſi lego Stichũ & Pamphilu, ſi mei erunt, cum moriar, vnus tm̃, qui me⁹ erat tpe mortis, cedit legato. Dy. dicit, ꝙ ibi nõ dr̃, ꝙ pluralis locutio ſit vno cõtenta, ſed ꝙ geminat ſignificationẽ ſingularis operando, ſcilicet ꝙ duæ ſingulares facerent ad idẽ. ff. de leg. iii. l. qui concubinã. §. Stichus. C. de imp. & ali. ſub. l. quamuis. ¶ Prima gl. ponit exẽpla, ſecũdo obĳcit de vna. l. & dupliciter ſoluit. Tertio dicit ĩ teſtibus regulã procedere, vbi numerus non additur ponens. xvi. caſus, vbi plures q̃ duo requiruntur. Quarto dicit in pronominibus regulã nõ loqui. In gl. j. ibi [*principaliter*] vide præd. dec. j. & in j. gl. & ibi [*vnicuique lib. xij.*] recepti vltra numerũ militantiũ in ſacris ſcriniis ꝑ ordinẽ, quẽ ſortiti ſunt, ponuntur in locis deficientiũ, niſi poſterior per xv. teſtes primatũ ſcrinio dignior fore ꝓbetur. ¶ In j. gl. ibi [*ſi cer. pe l. ult.*] hæc lex codicis reqrit tres teſtes. ſed auth. ibi poſita requirit. ſ. & dic vt ibi not. & ibi [*præſul.*] & c. ſe. vide plenius de his in Spe. de teſte. §. reſtat de numero.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ꝓ opinione Inn. quã ſeqni oportet, vt plene ſcripſi. de fide inſtr. cũ Ioan. in gl. mag. & ſuꝑ gl. & ita, ſ. ꝙ per duos teſtes reprobetur inſtrumẽtũ. C ũ .n. l. optimã. in fi. C. de contro ſtipu. dicat per teſtes reprobari, intelligã de duobus. dec. tertio. ſ. de prob. dicit per fratres domus reprobatur. intelligã de duobus. & quia, vbi ſupra, plene ſcripſi, hic non inſiſto. Sciendum aũt, ꝙ ſicut pluralis locutio eſt contenta duobus, ſic ſingularis contenta eſt vno, & duos abhorret, maxime in materia reſtringibili. huic conuenit q̃ſtio. xxiiii. Go. q̃ talis fuit, aliquis ab eodẽ & corã eodẽ iudice cõuenitur, diuerſis tñ libel. & ſuꝑ diuerſis rebus, iudex in vna actione cõdẽnat, & demũ eodẽ contextu cõdemnat in alterã. cõdemnatus appellat & impetrat ſuꝑ ap. reſcriptũ hui⁹ formæ, cõqueſtus eſt talis, ꝙ iudex talis iniquã tulit diffinitiuã ſñiã ɔ̄ ipſũ, a cuius ſñia ad ſedẽ apoſtolicã appellauit, & ſeqtur. generalis cõcluſio, petit impetrãs ꝑ hoc reſcriptũ vtrãq; ſñiam reuocari. Ex aduerſo excipitur, ꝙ nõ fuit appellatũ ab vtraq;, ſed ab vltima tm̃, quærebat, an ſic excipi poſſit? Quod poſſit, allegat quatuor, & quatuor in ɔ̄riũ. tertio ſoluã & cõtrariis rñdebo Quod ſic excipi poſſit, ꝓbatur ꝑ l. cũ in vna. ff. de app. vbi dr̃, ꝙ ſi dupliciter ſñia fertur in eũ, vna ſortis & alia vſurarũ, duplex appellatio neceſſaria eſt, ne alterã agnouiſſe, & ex altera prouocaſſe videaẽ. Secundo, qui nõ appellat, ſñiæ ɔ̄ ipſũ latæ acq̃euiſſe vr̃. ii. q. vi. biduũ. circa fi ff. q̃ñ ap. ſit l. j. cũ igitur a prima ſñia nõ appellauerit, nõ eſt illius executio differẽda. ii. q. vi. ſi qs ex pluribus. Cum ergo diuerſis libellis ſuper diuerſis rebus ageretur, tot ſunt ſententiæ, quot ſunt res, licet vno verbo tum contextu omnes ſententiæ proferantur, ſicut & ĩ ſtipulationibus dicitur. ff. de verb. obli. quod dicitur. & l. ſcire. & l pluribus. & vide quæſtionẽ in iii membro, in per regula, delictũ. plures ergo appellationes ſunt neceſ-

ſariæ, ſicut & plures denunciationes, vbi plura ſunt ope-
ra. ff. de no. op. nū. de pupillo. §. ſi in pluribus. Simile de
abolitione dr̄. ii. quæſtio. iii. §. notandū. verſ. ſi plura. ſic
& excommunicatus pro pluribus cauſis, omnes debet
exprimere in abſolutione. de ſen. excom. cum pro cau-
ſa. & c. officii. de offi. ord. ex parte. Tertio facit ad quæ-
ſtionem de app. ſuper eo. i. vbi per appellationem ſup
exceptione non dr̄ appellatū in principali, quod ſine il
la terminari non poteſt, hæc autem ſunt talia, cū vnū
cum altero nil habeat commune, ergo &c. Quarto be
ne facit de præben. is, cui. j. rñ. in fi. ſ. eo. li. vbi patet, ꝙ ſin
gulare nomen beneficii vnū ſolum cōprehēdit, & nō
duo, facit ēt. ſ. eo. li. de re iudi. c. pe. j. rñ. vbi ſi ponatur ſin
gulare, vbi requiritur plurale, viciatur, quod agitur. Etiā
conſtat, ꝙ ſi duo diuerſi iudices illas condemnationes
feciſſent, non ſatis fuiſſet ab vna appellare. ergo nec qñ
per vnū. ff. ſi cer. pet. l. ſingularia. facit. viii. qō. j. in ſcriptu
3 ris. de poe. di. iii. adhuc inſtant. ¶ In † ɔ̄riū, appellatio re-
ſpicit omnia præterita. de app. ſcdo requiris. & c. inqui-
ſitionē. & vna petitio multas actiones includit. C. de
an. excep. ſi ex multis. vna ap. plures releuat. ii. q. vi. verſi.
qñq; & C. ſi vnus ex pluribus. l. ii. & iii. Secundo, cum
non ſeparati factæ ſunt condemnationes, ergo ſufficit
vna ſententia, & ſic vna appellatio. ff. de ap. ſi qui ſepara
tim. i. rñ. Nam cū arbiter pronuntiat ſimul de pluribus
controuerſiis, ſe non contingentibus, dr̄ vna ſententia.
ff. de arbitris, quid tñ. facit de ſimo. dilectus. de præſcri.
4 audiis & c. veniens. Tertio, vna † verborū conceptio fa
cit vnā ſtipulationē ſuper annuis præſtationibus. ff. de
do. cauſa mor. l. ſenatus cenſuit. §. vltimo. itē plurium
rerū datio vna intelligit, ēt ſi excedat coaceruatio om-
niū ſummam quingentorū aureorū, vna fit inquiſitio
C. de dona. ſancimus. in fi. licet ſit arg. contra. ff. de iur.
om. iud. ſi idē. j. rñ. Quarto, plures ſnīæ coaceruatæ vnū
cōſtituunt creditorē. ff. de pac. l. maiorē. & l. ſi plures. &
C. qui bo. ce. poſ. l. vlt. & ſic per oīa hoc probatur, ꝙ ex
quo vno verborū contextu vtraq; ſnīa eſt prolata, ſuffi
cit vnica appellatio. Soluit, ꝙ ex quo in reſcripto dr̄ de
ſnīa in ſingulari, cum negari non poſſit fuiſſe plures ſen
tentias, quamuis vno verborū cōtextu prolatas, non au
dietur, niſi ɔ̄ vnā, ſ. ɔ̄ vltimā, vel ɔ̄ duriorē. facit. ff. de ſol.
in primis. v. legibus, nec ēt ante reſcriptū dicet ab vtra-
que ſententia appellatū, p præ. l. cū in vna. ¶ Ad ɔ̄ria ñ
rñdet, tu dicas, ꝙ duæ decr. allegatæ nō loquūtur de ap
pela. interpoſita. ſed de culpa, q̄ illam remouet, circa
quam ponderatur intentio ſcribentis. Itē ibi de vnico,
reſcripto, cuius cōtrariū eſſet in duobus, hic aūt & de
duobus libellis, duabus inſtantiis, & duabus ſententiis.
5 Ad ſecundū fateor, ꝙ plures † actiones vno libello po-
tuiſſent intentari, ſed ex quo contrarium eſt factū. du-
plex dr̄ inſtantia. Ad tertium fateor, ꝙ appellatio vnius
ex ɔdemnatis ſocios releuat in caſu illorum iurium,
cū diſtinctione decr. pe. ſ. de appel. ſed hoc nō contin-
git in caſu noſtro. l. ſi qui ſeparatim. facit pro, cū hic fue
rit ſeparatim diffinitum, & ſic ſit reſponſū ad reliqua.
Dicemus ergo, quod licet ſuper omnibus vna lis & in-
ſtantia fieri potuiſſet, & ſic vna ſnīa diffiniri, de priui. cū
olim. ii. ex quo rñ fuerunt duæ in facto, & duæ ſnīæ, ab
vtraq; fuit appellādū. ſicut & diuiſio parietis facit duo
cœmeteria, q̄ poterant eſſe vnū. ſ. e. li. de cō. eccle. vel al-
ta. c. vno. ii. rñ. & duas domos, & aliqualis diuiſio duos
fundos, vt patet. ff. communia præd. ſi qs duas. §. j. de le-
ga. j. l. plane. in fi. & de vna præbenda duas. de præbē. tua
vbi de hoc, & c. vacāte. & de vna prouincia duas. ff. de
offi. aſſer. ſi eadem. ſic & in ꝓpoſito, diuiſio per libellos
& inſtantias facit duas cauſas, vel lites.

SVMMARIVM.

1 *Plus, an ſemper minus contineat.*
2 *Stipulationem reddit inutilem diuerſitas in qualitate.*
3 *Eccleſia, quæ accepit ab alia eccleſia annua viginti, & per xl. an-
nos accepit tantum decem, an poſtea poſſit integra viginti pe-
tere. & nu. 4. diſting. nu. 6.*
7 *Eccleſia viginti ſoluebat per emphyteuſim alteri eccleſiæ, ſoluen-
do tantum partem poſt tempus, an perdat rem totam, vel partē,
aut nihil.*

REGVLA XXXV.

1 PLus, † ſemper. Dy. ponit exēplū p l. ꝗ quartā. ff. de leg.
j. vbi ſi teſtator intēdens legare quartā lega
uit dimidiā, debetur quarta, q̄ ineſt. & ſi in-
tendēs legare quinquaginta legauit centū, idē. Itē per l.
de verb. obli. l. j. §. ſi ſtipulanti. ſi ſtipulanti, qui īterrogat
de xx. rñdetur de decē, tenet ſtipulatio. de io. ſed ɔ̄ eo. ti.
inter ſtipulātē. j. rñ. vbi ſi dicat, ꝓmittis Stichū aut Pam
philū. & de Pāphilo rñdetur, ſtipulatio eſt inutilis, qua-
ſi interrogatio non præceſſerit. ergo minus nō cōtinet
2 in pluri. Dicit Dy. ꝙ non eſt illa † ratio, ꝙ non continea
tur, ſed q̄rendo de duobus, ſtipulari vult vtrunque, ſed ſi
alterum nō detur, rñſio de altero eſt pura, & ſic eſt di-
uerſitas in qualitate, q̄ ſtipulationem reddit inutilem.
ff. de ver. obli. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. & de hoc in fin. gl.
& dicebat Io. mo. idē in caſu conuerſo, ſi ſtipulanti de
Sticho. rñdetur de Stico aut Pamphilo. ff. de fide. Græ-
ce. §. ſi quis Stichum. Si quis vero ſtipulantur Stichum
tm̄ & Pāphilū, & rñdet de Sticho tm̄ bñ valet ī Sticho
nā, vt dicit, omnis copulatiua eſt plures. ff. de verbo. ob.
quod dr̄, valet ergo in ſpecie vel ſumma, q̄ cum ſtipula
tione concurrit. ff. de ver. ob. l. j. §. ſed ſi mihi. & l. iter ſti-
pulantem. §. diuerſa. ¶ Prima glo. dicit, vnde ſumpta. &
ponit exēpla, & coniungit alias duas regulas. Secundo
ſibi ſucceſſiue duo contraria ſoluit. Tertio ponit caſū
exceptū, & exponit de quo pluri loquatur regula. ¶ In
j. gl. ibi [*in eo quod plus.*] ſequitur, eſt, ſemper ineſt minus.
& ibi [*§. ſi plures.*] caſum habes in capi. proxi. allegato.
¶ In j. gl. ibi [*minus*] qualitate, & ſic ſoluitur tertium, de
l. ſolemus. ff. de iud. §. latrunculator. vbi conceditur me
rum imperiū, & denegatur cognitio ciuiliū, nā illę ſūt
ſpecies diſtinctæ, vt no. ſ. de iur. om. iud. l. imperiū. & ſic
vna conceſſa nominatim denegata ſit altera, ar. de pro
cur. maritus. Dyn.

QVAESTIO.

3 Huic regulæ coadaptatur quæſtio domini. l. talis. xxii.
qua quæritur, ſi eccleſia dēt alteri eccleſiæ annua. xx. &
p xl. annos ſoluit ſola. x. an poſtea petere poſſit eccleſia
integra. xx. Allegat tria ꝙ poſſit. Secūdo quatuor, ꝙ nō
poſſit. Tertio datur ſolutio Barthol. diſtinguens. ſubdit
dictū Accurſij & remiſſio Gul. & Dy. diſtinctio in fin.
ſup duobus dubiis ſit remiſſio. Quod petere poſſit, alle-
gatur. ff. de ſer. ru. præd. vna eſt via. & de ſerui. vt pomū.
§. j. & quemadmodū ſeruit. amit. ſtillicidii. in fin. quid
dicant iſtæ tres. l. vide in ſuſſra. de præſcriptione, auditis,
ſup gl. pe. & illis concor. ff. ſi ſeruitus ven. ſi eo loco. §. fi.
Si ergo per tres retinetur ſeruitus, vt ibi, ita & hic per
partē debiti ſolutā ius in toto retinetur. facit. ff. de fur. vul
garis. canon. de pę. di. j. Secūdo, publicæ functiones vel
ciuiles canones præſcribi non poſſunt. xvj. q. iii. in l. iu-
bemus. C. de p̄ſcri. xxx. vel 40. ann. l. cōperit. circa fin. er
go nec iſta penſio, cū eccleſia æquiparetur reipublicæ.
16. q. iii. §. pōt. xxiii. quæ. iii. qd ergo. Tertio, eccl'ia non
ſoluēdo totū, & ſoluendo partē habuit malā fidē, & ſic
præſcribere nō potuit, de p̄ſcri. qm̄ omne. ſ. eodē. poſſeſ
4 ſor. ¶ In ɔ̄riū † ius epiſcopale pro parte p̄ſcribit. de pręſ
ſcri auditis. & c. cū olim. ſic ergo & pēſio iſta ꝓ parte p̄-
ſcribi potuit p eccleſiā ſoluentē. Secūdo ꝓ hac parte fa-
cit. ff. q. mod. vſuſru. amit. l. placet. vel certę partis, vel ꝓ
indiuiſo vſu. nō vtendo amitti. & l. is q vſumfru. habet.
quid dicat, videbis in ſolutione. facit ēt. ff. de vſur. qui ſe
miſſes. §. aduerſus. ff. de aqua quotid. & æſti. l. j. §. Treba-
tius. & quod de ſeparabilibus dicam. j. eod. vtile. Tertio
videtur eccleſiam ſuo iuri renuntiaſſe tanto tempore
medietatem recipiendo de priuilegiis. ſi de terra,
Item ſi totum præſcribi poteſt, ergo & pars. de offic. de-
leg. paſtoralis. §. j. de do. inter virum & vxo. nuper. ff. de

rei

rei vend. quæ de tota. Quarto, ſi ſpeciale eſt in tributis, quod ſoluens minus, q̃ debeat, non præſcribit. C. de præſcrip. xxx. an. l. cōperit. ergo in aliis ſecus. & videtur expſ
6 ſum. de cenſi. olim. ¶ Soluit Barth. ꝙ ſi. x. quæ † ſoluebãtur ex vna cã debebãt, & illa q̃ nō ſoluebantur debebãtur ex alia cauſa, in illis. x. videtur præſcriptū. ſed ſi ex eadem cauſa debeantur, videtur eccleſia ſoluens partem; agnoſcere totum debitū. C. de præſcrip. xxx. vel. xl. anni. cū notiſſimi. §. pe. Accur. ibi. in fin. j. glo. ſimpliciter tenuit non præſcribi, alleg. de non nu. pec. l. cū ſidem. vbi ſoluens partem debiti, vel vſurarum, amplius non opponit pecuniam non numeratam. Ad idē induci pōt quod dicit lex de patre, qui ſoluit partē debiti a filio cōtracti, quia ceſſat Macedonianū. ff. ad Mace. l. tē ſi filius. alias ſed Iul. §. fin. ¶ Ad gl. p̃ remittit Gul. in Spe. de præſcrip. ver. qd ſi cū deberē, ſed alibi. ſ. de locato. §. nunc aliqua. ver. xlii. ad literā ponit præd. ſolu. Barth. Sed Dy. cuius dictū ponit Cy. in præ. l. diſtinguit. aut eſt vna p̃ſtatio, aut ſunt plures. primo caſu aut ego, qui recipiebam x. tm̃, ſciebam eū teneri ad. xx. & tūc retineo ius in aliis. x. & eo caſu accedat hæc regula, quia cū minus contineatur in plurari, recipiendo ſcienter partē, retineo poſſeſſionem totius, per iura prius allegata, ſi autem credebam eū teneri ad. x. tm̃, tunc mihi præiudicat. ſic diſtinguit. l. in vſufructuario, qui tm̃ vtitur & non fruitur. ff. quibus mod. vſufruct. amit. l. is, qui vſumfructum. & ratio ſecundum eum, qa non vr̄ habuiſſe animū mihi obligandi vel retinendi ſeruitutē, quã ignoro. ff. quēadmodū ſeruitus amit. ſi cōmunem. & l. vna. eſt via. Secūdo caſu, qñ erant plures præſtationes, tunc per vnã præſtationē alias non retineo, ſed eas perdo. ff. de aqua plu. ar. l. ſi prius. in princip. vbi dr̄, ꝙ ſi mihi habenti ſeruitutē aquæ nocturnæ, ducēdo poſt eam ceditur ductus diurnæ, & ego per conſtitutū tp̄s vtor tm̃ nocturna, perdo ſeruitutē diurnæ, cum plures ſint ſeruitutes, & diuerſarū cauſarū. & vide, quod dixi in præ. decr. auditis. de præ
7 ſcrip. ſuper gl. pen. Ex prædictis aūt incidūt † duo dubia, an ſi eccleſia illa. xx. ſoluebat per emphyteuſim, ſoluendo partē tm̃, poſt tempus, iure perdat rem totam, vel partem, vel nihil, de quo vide in Spe. de loca. §. nunc aliqua. ver. xxix. ſaluo ſemper quod dixi. de reli. do. cōſtitutus. ſup. gl. hoc vero. ſed an debēs anna. xx. primo anno, quo ceſſauit, incipiat præſcribere pro annis ſequentibus, an quolibet anno inchoet illius anni præſcriptio, de quo ſatis. C. de præſcrip. xxx. an. cum notiſſimi. §. fin. & in Spe. de loca. præalle. §. ver. xli. & vide, qd dixi poſt Goſ. de præſcri. auditis. ſuper ver. ſolutionem. Ioan. An.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorum uſus quam neceſſarius.*
2 *Compaternitas an poſſit contrahi per procuratorem. & nume. 4. 6. 8. 10. 11.*
3 *Compaternitas acquiratur ne uxori, etiam ignoranti, ex facto viri. & nu. 13.*
5 *Cognatio quid.*
7 *Cognationis tres ſpecies.*
9 *Procurator in quibus non poſſit conſtitui.*
11 *Matrimonium per procuratorem an contrahi poteſt.*

REGVLA LXVIII.

POteſt quis. Dicit Dy. regulã reſtrīgendã ad ea, q̃ poſſunt p alios explicari, allegat, quod no. ff. de vi & vi ar. l. j. §. quo. lo. mo. dicebat hic ponēdū caſum per. l. j. de procur. quam alleg. gl. m̃ ſcd̄m diſtinctionē legis primę. ff. an p aliū ap. cã. ex poſ. q̃ diſtinguit inter pecuniariã, & ex qua irrogetur ignominia, & capitalē, vel ex qua pęna debetur vſq; ad relegationē. prima p procur. tractari debet, ſecunda non. de hoc vide, quod ſcripſi de accu. veniens. ſup. i. gl. ¶ Prima gl. ponit exempla, & xvi. caſus exceptos. Scd̄o ponit. v. caſus exceptos a regula cōuerſa. & rōnē ipſorū reddens, adiungit duo ſimilia & dicit regulam, qui facit, non eſſe ſuperfluam.

1 in fine arguit & reuertitur. ¶ In j. ibi [*l. i. §. ij.*] vſus † procuratorum perquam neceſſarius eſt, vt q rebus ſuis ſup eſſe non poſſunt, vel nolunt, per alios id poſſunt. & ibi [*Arethuſa*] ſi mulier, cui libertas relicta eſt, ſi. x. Titio dederit in momento, quo parit, illa det Titio per aliū proles eſt libera, & ibi [*§. ne autem*] vide de offi. deleg. c. vl. in iii. gl. & ibi [*inter artifices*] vide de reſcri. cum dilecta. in gl. iii. & ibi [*niſi in caſu.*] i. cū neceſſario habet abeſſe, hoc vult. l. j. & ibi [*imperator.*] pp partum differtur matris dãnatę ſupplicium. & ibi [*Ariſto*] per primum creditorē habet poſterior ius diſtrahendi, quod ex ſui pſona nō haberet. & ibi [*§. ſtatuto*] qui legatum pupillo per ipſius tutoris patrē accepit, vt tutor, nihilominus agit de inofficioſo. & ibi [*quæſitum.*] vide c. ti. quod alicui ſuo, in gl. j. ¶ In i. gl. ibi [*§. ij.*] & ibi, de hoc. & ff. de admi. re. ad ciuita. pertul. iuū, prima gl. & ibi [*l. ult. §. penult.*] Item violētū ſtatim poteſt de poſſeſſione expellere per ſe tamen, non per procur. ff. de vi & vi arma. l. cum fundum. Dy. & ibi [*non per me*] vt dixi. de ſen. excō. ſacro. ſuper fin. ii. gl. vbi etiam allegatur. ff. de nego. geſt. at qui natura. §. cum me. & ibi. q. iii. c. vlt. & idem in illuſtri. C. de procur. l. penul. Dyn. & ibi [*quæſitum*] multa exempla, quibus licet alieno nomine, quod non licet proprio, vide. j. quod alicui ſuo. in ſecunda parte quæſtionis. & ibi de effectu iam facti. idem ibi Dy.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem, quam diſputaui
2 poſt † do. meum do. Martinium, quam ſic proponebã, Quæritur, an cōpaternitas ɔ̄hatur per procuratorem. Et primo pro affirmatiua allegabuntur quinque coniunctim, & tria diuiſim. Secundo, pro negatiua contraria tria coniunctim, & quinque diuiſim. tertio ponetur ſolutio. Itē contraria op. & eius approbatio, alterius quæſtionis ſolutio, & contrariorum reſponſio. Videtur ꝙ ſic, qa edictū de procuratore conſtituendo, prohibitorū eſt. s̄. eo. l. i. de procur. c. j. in prin. ff. de procur. mutus. §. j. & procur. ad omnia negotia poteſt conſtitui. ff. de procur. l. j. ergo & ad cōpaternitatē. quia dicens omnia, nil excludit. xix. di. ca. j. & hoc iur. beneficii. de poteſtate conſtituendi, nihil debet auferri. eo. tit. indultū. & ibi concor. Itē pōt quis per aliū, quod per ſe non pōt, vt hic. & c. qui per aliū. ſicut quis per aliū poſſidet, & inueſtitur. de præſcrip. ſi diligenti. de præben. accedēs & ſpiritale & carnale matrimoniū per procur. contrahitur. de primo de elec. quia pp ſcriptū. & c. congregato. de ſecundo s̄. eo. li. de procur. c. ſi ſecundum Mar. Fortificatur hoc vltimū, quia carnale matrimoniū eſt vnū ex. vii. ſacramentis. ſi igitur ſacramenta p procur. contrahuntur, fortius ſacramentalia, qualis eſt hæc cognatio. Ad præmiſſa adduntur tria. Primū, ꝙ licet ɔpaternitas requirat actum & verbum, vt infra probabitur hoc non impedit procura. dari, nam & iuramentum requirit actum corporalis tacturæ, & verbū. & tamen p procur. præſtatur. Primū patet. j. q̄ō. vii. quor. j. de conſe. di. ii. ego. de iur. iur. ego. N. de ele. vt circa. li. vj. in fine. Itē patet ex priuilegio epiſcoporum, qui certis caſibus nō tangunt. xi. q. j. non flagitetur. de iur. ca. c. fi. C. de epi. & cle. auth. ſi iudex. ſcd̄m probatur 63. di. tibi domino. e. di. optatū. xvii. q. iiii. metuentes. s̄. eo. li. de elect. procu. de iur. ca. c. fi. de ſta. re. c. vno. §. verū. Secundo patet idē in conſecratione epiſcoporū & ordinatione clericorū, in quibus licet requirantur verbū & actus, tñ demandatur primū. lxxv. di. ordinationes. & ca. ꝙ dic. de ſac. vnc. c. vno. & ti. ſe. c. j. & vl. ſecundū probatur. lxiiii. di. c. iij. lxxi. di. p totū, de oſ. or. ꝙ ſedē. de ele. ſuffraganeis. de
3 con. ec. vel al. aqua. Tertio ɔ̄ſtat, ꝙ ex facto † viri acqrīt vxori ɔpaternitas, ēt ignoranti, imo ēr ɔ̄dicēti, vt vr̄. 30. q. iiii. ſi quis vnus. eo. tit. Martinus. & c. j. s̄. eo. lib. fortius ergo p procur. acquiri debet domino volenti & mandanti. ad hoc de ſimo. ſicut tuis. de ba. maiores. de hom. Petrus. & quod no. ſupra eo. li. is, qui tacet. ¶ In contra-
4 rium † præſentia & tactus requiritur, vt probatū eſt. & le

natio.xxx.q.iiii.c.vl. Item patificantur carnalis generatio & ſpiritualis.de bap.debitū.ſed in carnali requiritur actus patris.ergo in ſpirituali actus patrini.Item , in criminalibus & arduis non datur procura.de procur.tuæ; de accu.veniens.de elec.cupientes.ergo nec hic, cū circa maiora quid cautius ſit agendum,propter maius periculū.de elect.vbi periculū.in princ.cū concor.ſm Bar.;
5 Probatur hoc fortius † ex deſcriptione cognationis, q̄: dr̄ ſm omnes attinentia proueniens ex ſacramenti datione,vel ad id detentione.& no.de cog ſpi. ſupra eo.li. c.j.ergo qui non detinet,vel leuat,non poteſt eſſe cōpater.vnde canones antiqui de hoc vtuntur verbis, ſuſ
6 cipi † accipit,tenet,leuat.xxx.quæſt.j.in primis.v.capitulis.& c.omnis.& q.iii.c.j.ii.& iii.& c.poſt ſuſceptum. & quæſt.iiij.ſi quis vnus.hiſdem verbis vtuntur dec.eo.tit c.ii.& c.Martinus& c.contracto. & c.veniens.eo.ti.c.ii & vlt.li.eo.interdum geminant.ſic accedit ; & ſuſcipit; vt d.c.vlt.& de con.di.iiii.non plures. Itē canones antiqui dicunt,q patrinus offert,rūdet,geſtat,& ꝓfitetur.de con.di.iiii.illud.& c.ſe.& c.hi,qui.& c.quæris. vltra me; & c.mater eccleſia.per quæ coniuncta probatur ,q pro pria perſona,manus,obligatio,& reſponſio requirunt, ergo procur.non datur,vel per alium nō expeditur. ad hoc de appel.cū parati.de hære.c.ij.reſpon.i.de elect.cupientes.eo.li.C.de teſta.hac conſultiſſima.& l.cū antiquitas.C.de iur.deliber.ſancimus.§.ſinautem.Secundo conſtat, q in Baptiſmo requiritur perſonalis mentio baptizandi.hinc eſt,quod adultus non poſſet per procur.recipere baptiſmum aquæ.ergo requiritur principalis detentio vel leuatio patrini.Primū probatur ex forma baptiſmi,de baptiſm.c.j.ibi,Ego te baptizo &c. te; quaſi non alium in perſona tui.bene fac, quia adultus, qui baptizatur per ſe reſpondet , non per aliū. ſic ergo patrinus paruuli per ſe teneat,& reſpondeat.Primū patet de con.di.iiii.cū pro paruulis.ad idē.ff.de admi. tu.l.
7 j.poſt prin.Tertio probatur ſic ,cognationis tres † ſunt ſpecies,carnalis,legalis,& ſpiritualis.Prima diuiditur in conſanguinitatem & affinitatē.Secunda in adoptionē & arrogationē.Tertia in paternitatem , fraternitatem & compaternitatem, vt ſcripſi ſuper rubrica eo. tit. ſed
8 prima quo ad neutrā ſui ſpeciē ꝯhi poteſt per ꝓcur. q patet per ſe, & ex deſcriptionibus conſanguinitatis & affinitatis,quas dedi ſuper arbore.Item,nec ſecūda quo ad aliquam ſui ſpeciē.ff.de adop.l.neq;.& l.poſt mortē. §.neq;.ergo nec hæc tertia , alias turpis eſſet hæc pars vniuerſo cognationis non congruens viii.di. quæ ꝯ. de ſpō.du.c.fi.Quarto,certū eſt , q cognatio ſpiritualis habet inducere impedimentū matrimonii dirimēs , licet ex cōſtitutione eccleſiæ.Nec ob.xxx.q.j. nō oportet , vt ibi no.ſed hæc impedimenta vltra caſus expreſſos a iur. non ſunt inducenda propter indiſſolubilitatē matrimonii,de qua.de voto.c.vno.lib.eo.ad hoc.de teſt.licet
9 ex quadā.Quinto ad hāc partē inducuntur illa † ſpecialia notata hic in glo.non confiteor ſacerdoti per aliū. de pœ.diſt.j.quem pœnitet.non aditur hæreditas per ꝓcur.ff.de acqui.hære.ſi pupillus.§. Paulus rō. nec ꝑ aliū petit maſculus veniam ætatis.C.de his,q ve.æta.l.ii.nec ſubſtituit dat⁹ ad certū miniſterium , vel matrimoniū contrahendū,primum,de offic.deleg.c.fi.C.de cad.tol. l.vna.§.ne aūt.ſcdm,de procu.c.fi.lib.eo. Ex quibus ſic concluditur ad caſum noſtrū.facit ad idē. C. de vin. li.
10 l.iii.ff.de adm.tu.obli.§.fi. Secundo puto † cōpaternitatē ꝑ proc.ꝯhi poſſe ꝑ prima iura.. Arc.no.ꝯtriū,eo.ti.c.j. li.eo.ꝑ iura,q̄ vtuntur verbo.ſuſceptionis.& ꝑ.c.omnes. xxx.q.j.ibi,nobis ſuſcipientibus, vel inſurgentibus. & ꝑ l.de adop.ſupra alle. ergo reprobata domini mei ſnia hanc ſecundā approbo,per.c.de his.xxx.q.j. ibi exponit textus,quid ſit tenere puerū in ſacramento,dicēs,q tenere,eſt ſuper ſe ſuſtinere.ad idē. c. ad limina . quod ibi ſequitur,dum dicit propriis manibus retinendū ſuſcepit,ſed quia ibi videtur factū narrare , melius facit primū capitulum.Idem dico per ea,quæ ſupra dixi de cognatione,cūm.n.legalis ideo nōn fiat cognatio ꝑ aliū quia naturam imitatur,eadē rōne nec ſpiritualis . per q̄ dico procur. ipſum,& non conſtituentē comparrē eſſe.Non ob.quod forſan hæc non intendebat. q colligitur per.c.xxx.q.j.c.j.& per decr.ſecundani.eo.ti. Ex quibus patet,q ſi intendens fieri compater meus , credens filium meum leuare,leuat filium tuū,nō meus,ſed tuus compater eſt,ſępe enim extra id, quod agitur &c. ff. commoda.ſi is,qui.ad fin.de deſpon.impu.c.vno. li.eo. & ſic ſoluta ſit quæſtio ſecundum alium intellectum eius,qui eſt,an procur.leuans nomine alieno,fiat compater.¶ Ad ꝯria reſpondetur,& dici poſſet ad primū ,q licet prohibitorium ſit edictum quo ad perſonas.ſ.conſtituentes & conſtituendas,non tū quo ad caſus, quos probant iura alle.vel aliter ad id & ad quatuor , quæ ſequuntur,& ad id,quod dictum eſt de iuramēto. dic , q illa regularia fallunt in hoc caſu , propter cognationē, quā habet ſpiritualis cognatio ad carnalē , vt eſt dictū.
11 Ad id,quod † de matrimonio dicitur,reſpondetur,q licet ſit ſacramentum tū eſt contractus , qui conſenſu perficitur,qua ratione per procur. contrahitur. Itē magis eſt in eo optimum procuratoris officium ,q̄ hic.poſui exemplum in rege Franciæ,qui nuper procur. contraxit cum dña Clementia.Pone in ſtudēte,qui vult in partibus cōtrahere, nec vult ſtudium exire.& in ſimilibus, ſed hic non eſt neceſſarium procura. officium ,
12 quia alius poterit eſſe † patrinus, nec etiam de ſubſtantia ſacramenti aliquē eſſe patrinū in leuando . Itē nego perfectionem ſacramenti matrimonialis fieri per alium,quia non eſt perfectum ſacramentum , vel ipſi⁹ ſignificatum ante conſumationē, vt ſatis patet ſup. de biga.debitū.quæ conſumatio per procura.non fieret,qa non cōmiſcerētur corpora coniugū , qđ requiritur,vt patet ad id,quod dicitur de conſecratione epiſcoporū, & ordinatione clericorum.Dic,q epiſcopus conſecrās vel ordinans non recepit hanc poteſtatem a mandante,quia illam prius habebat ex ordine.q dic,vt in j.dec. quod ſedem.& c.aqua.& de tranſla.c.j. Ad id, quod dr̄,
13 compaternitatem acquiri coniugi ignoranti † reſpondetur,q per id inducitē impoſſibilitas ꝑpter carnis vnionem,ſicut enim illa cognatio non ꝯſiſtit in ſola manu quæ tetigit,vel leuauit, ſic nec in ſolo corpore viri. qui ꝯiugi eſt vna caro.de ꝯuer.cōiu.ad apoſtolicā. Io.And.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an poſſit ignorantiam prætendere eaque ſe tueri in facto defuncti.*
2 *Dominus an poſſit allegare ignorantiam ſerui,& ignoratione eius malitia ſe tueri.*
3 *Iudex recepit teſtes contra abſentem,ad domum citatum, non tamen inuentum,an ea receptio valeat.& nu.4.6.8.*
5 *Ignorantia & abſentia vbi l.cum habeant & excuſationē pari.*
7 *Contumacia quotuplex.*

REGVLA XLVII.

1 PRæſumitur. Vt dicit Dy. ad ignorantia † facti reſtringitur hæc regula,& ſecundum eum poteſt poni exemplum de tutore,qui præſumitur ignoraſſe ſe tutorē datū.ff.de adm.tu.hoc aūt. ſignat ꝯtriū,q nō ꝑſumatur ignorā.facti,qa ſi defunctus ſciebat rē alienā,hæres ꝑſumitur ſcire.ff.de diuer.& tēpo. ꝑſcri. l.cū hæres.de pub.ſi ego.§.partus.dñt quidā, quod quia hæres repreſentat perſonam defuncti , ſcientia illius continuatur in perſonam hæredis. Di. dicit , q hæres per ignorantiam, quam allegat , contēdit lucrū captare.Preſumitur ſcientia continuata,vt in cōtrariis, ſi tractat de damno vitando,ſecus,eo.tit.cum quis.ff.eodem qui in alterius . & propter hoc reuertitur ad diſtinctionē,quā poſuit.j.c.igno.¶ Prima gl.ponit exēpla.Scđo ſignat

gnat contraria,& ſoluit remittendo.Tertio, dicit regu
lam ceſſare in his,quæ ſunt iur.naturalis intermittens
de virtute huius præſumptionis,& de triplici modo ꝓ
bandi ignorantiam.Io.An.¶In j.glo.ibi,[*verius*] præſu-
mitur teſtator ignoraſſe rem alienam. & ideo legata-
rius probat illum ſciuiſſe.& ibi[*in l.ii.*]naturali ratione
patronis ipſorum parentibus & liberis debetur reuerē
tia ,& ideo ruſticati vocantis in ius nō parcitur.Io. An.
¶In j.glo.l.verius,quid dicat.ſ.dixi,ſic & dominus præ-
3 ſumitur†ignoraſſe,cum ſeruus eius ſuſcepit militiam.
C. qui mil.nō poſ.ſup ſeruis.Dy.& ibi[*per totum*]ad idē
ſ.de cri.fal.ad falſariorum.in prin.& ibi [*neceſſario*]Ad
hoc exemplū & ſequens facit.ff.de his. qui ſui vel alie.
iur.l.filium.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionē,quam diſputaui poſt
Io.can.Bon.quē non vidi,quam ſic proponebam , Iu-
dex recepit teſtes contra abſentem ad domum citatū,
ſed non inuentum ;quæritur,an receptio valeat? Ad af
firmatiuam allegantur tria,quorum vltimū adiuuabo
per iura.glo.opiniones,& euitationem abſurditatis.Se-
cundo in contrarium allegantur tria coniunctim, quæ
iuribus glo.& opinio.fortifico. Tertio ponitur obſcura
ſolutio Io.quam determinando materiam proſequor
diſtinguendo,opponendo,& rñdendo q̄ſtionē ſoluam
diſtinguendo.Quod valeat,probatur, propter authori-
tatem iudicis,qui illos admiſit,ar.ff.de mino.ait prætor
§.quid tamen.C.qui admi.ad bo.poſſ.l.bonorum. qui-
bus iungas dec.cum inter.in fi.de re iu.& eo.tit.ſicut.Se
cundo,quia per aduerſarium factum videtur ,quo mi-
nus eo pendente ſint recepti.C. de iud. properandum.
§.cum autē.in Auth.vt omnes obe.iudi.§.ſiquidē.coll.
v.videtur.n.poſt lit.ortam abſentia malitioſa.de offi.de
leg.conſultationibus.Tertio,quia probant multa iura,
quod ſufficiat citatio ad domum.de cle.non reſi.ex tuę
de do.& contu.cauſam.cū olim.& c.fin.de eo, qui mit.
ti.in poſſ.c.fi.ff.de dam.in fe.l.iii.§.prætor. & §. toties. ff.
de lib.agno.l.j.in prin. ſecundum Ia. Ad idem ff. quod
vi aut clam.l.aut qui aliter.§.j.C.de an.excep.vt perfecti-
us.C.de iud.pro perandū.§.ſinautem ex geſtis.ff.de no.
ope.nun.de pupillo.§.nuntiationem,facit quod not. ff.
quando ap.ſit.l.j.in fi.ff.quæ ſen.ſine ap.reſ.l.j.§.item,cū
ex edicto.de reſt.in inte.l.fin.in fi.glo.magnæ.de iudi.&
poſt edictū.in fin.magnæ glo.iii.q.ix.caueant. de exceſ.
præla.ex literis.in glo.no.quod ex parte.facit.ff.de excu.
tu. ſcire.§.i.ibi,vel in faciem, vel ad domū.per quod &
fertur do.Dy.hoc tenuiſſe,ꝙ ex vl illius alternatiuæ ſuf-
ficiat alterū,quodcunque ſit ex illis.hoc eodem ti. in al
ternatiuis.cū concordan.ad idē,quod no.Guil. In Spe.
de appel.§.ſequitur.verſi.cautus etiam ſit. & de accu. §.
ſequitur.ver.Sed nunquid ſufficit,alias ſequeretur , ꝙ la
titans in domo non poſſet citari,cum non poſſit citans
domū ingredi.ff.de in ius voc.plerique.& l.ſe.nec inui
tū ex domo extrahere.ff.de reg.iur.nemo de domo.fa-
cit etiam ad hanc partem,vt lit.non conteſt. quoniam.
in prin.ibi,ſiue ſit abſens abſque malitia &c. ꝑ quæ cō-
cluditur,quod valeat receptio.¶Contra,quod non va-
4 leat,probatur †de teſtibus.c.ij. cum ſit facta contra ſo-
litum ordinem iudiciorum.C.de ſent.& inter.l.prolatā
non curatis diſpensare poſſet cum monacho, quod fal
ſiſſimum eſt,vt patet per ſuperiora ad id, quod ibi ſequi
tur,quod diſpensat in non prohibitis, reſponſum eſt.ſ.
in quarto argumento huius partis. Ad allegata iij.fa-
11 teor.abbatem monacho ſuo † committere poſſe admi
niſtrationem monaſterij non curatam, quia per id ſta-
bilitas clauſtri non frangitur,cum ibi maneat vt obediẽ
tiarius ad abbatis nutum ad clauſtrum reuocandus,&
pro tanto debet habere ſocium ſui ordinis,vt no.de ſta-
tu mo.ne in agro.§.ad hæc.Item iuri plus placet, ꝙ etiã
ſi tales adminiſtrationes ſunt curatę,cum debeat potius
per ſeculares clericos q̃ per monachos exerceri, vt ſic
clauſtralis illam non gerat.de capel.monacho. c.i.facit,
de ſtatu mon.ne in agro. §. cæterum. Ad allega.iiij.re-
ſpondetur, non arguendum hoc caſu de permiſſis ad
nõ permiſſa,etiam ſi ſint minora. facit, quod ſcripſi de
tranſlatio.c.vlti.ſuper penul.glo.Ad vi.reſponſum eſt in
12 tertio argumento huius partis.vnde † monachus non li
beratur a monachatu per parrochialem eccleſiam, ſi-
cut ſeruus à ſeruitute per manumiſſionem,quod per ſe
patet. Nec tractaui hic de purgatione vitij, ſicut in ca.ſu
decre.pe.de elec.nec eſt hic difficilis ſeparatio,vt in dec.
ſacris. de ſepul. cum curatum beneficium ſeparabile
ſit a non curato.

SVMMARIVM.

1 *Facta contra ius pro infecta,habentur quæ nec dominium transfe-*
runt nec titulum præſcribendi parant.

2 *Facta quadam contra ius tenent.Quorundam vero effectus retra-*
ctari poteſt,& ad priſtinum ſtatum reduci.

3 *Sponſus ſponſam de præſenti ingreſſam monaſterium, & profiteri*
volentem rapuit vi & corrupit eam demum profeſſam,an iure
repetere poſſit.& nu.6.8.9.10.& 12.

4 *Matrimonium unus ſit,quam religio,fauorabilius.& nu.7.*

5 *Matrimonio non conſummato num liceat alteri coniugum, altero*
inuito,religionem ingredi.

11 *Voluntas attenditur potius quam factum in pœnalibus.*

13 *Matrimonium perficit copula,quę conſenſum requirit.*

REGVLA LXIIII.

QVæ contra ius. Ponit Dy. exẽ-
plum in re ec-
cleſiæ vel pupilli contra formam & prohi-
bitionem iuris alienatũ.quæ alienatio habe
tur pro imperfecta.ſupra eod.lib. de reb.ec.non ali.c.ij.
de ſac.ec.l. iubemus. de admi. tu.lex, quæ tutores.& de
præd.mi.l.i.vnde nec dominium transfertur, nec para-
tur titulus præſcribendi.C.de prædi.mi.l.ſi prædium. de
auth.præ.l.eum,qui.de vſucap.pro temp.l.fi. & in præ-
di.decre. ii. de reb. eccle. non alienan. ¶ Prima gloſſ.re-
mittit

mittit ad exempla.& ponit alia, & de materia remittit.
Secundo obiicit in ſpecie,& genere de prohibitis quæ fa
cta tenent,vel confirmantur, & tripliciter ſoluit, ponit
etiam quartam ſolu.quam improbat. Tertio,obiicit de
a maleficiis.& ſoluit.¶ In gl.j.ibi[*facta† tenent*]dat Dy.exē
plum de.l.ff.de inter.& rele.l.relegatorum.§.ad tempus.
vbi relegatis non debent adimi bona, tamen ſi adiman
tur,tenet ademptio.ad idem.ff.de fer.l.j. vbi prohibetur
ferri ſententia tempore feriato fauore hominum, ſi ta-
men feratur partibus præſentibus, tenet, & ibi tolletur
ad annullandum certa actio vel exceptio paretur, vt in
his, quæ fiunt dolo vel metu. Dy. quia factum tenet,li-
cet non teneat conſiderato effectu.ff.eo.l. nihil intereſt,
& ibi intelliguntur contraria.de hoc in Specu.de diſpu.
& allega.§.poſt hæc.ver.vel illud ius habet cauſam.dice
bat Dy.quādo lex vltra progreditur,ſtari debet tali clau-
ſulæ ſpeciali,generali relicta.ff.de verborum obliga.l.do
li clauſula.C.de pœ.l.ſanctio legum.ff.de ali.le.l.alimē-
ta.§ pe.& §.ſtichus. Abbas in diſtinctionibus.de teſti.ca.
ij.in fi.dat aliam ſolutionem,quam attribuit Odoff.aut
expedit facienti id haberi pro infecto, & tunc habetur
pro facto,vt in maleficiis.& ſequitur in gl. quia delictū
non præbet immunitatem.ff.de interd. l. relegatorum.
in fi.aut illi expedit habere pro facto. & tunc habetur
pro infecto vel ipſo iur. Pone exemplum, de elec. cum
in cunctis.vel ope exceptionis.eod. tit. quod ſicut.ne ex
improbitate commodum portet. ff. de fur.itaque fullo.
& ibi[*ſortiuntur*]alias,ſortiri poſſunt,dicit Dy. regula lo-
quitur in prohibitis a iure, tamen illorum quædā ſunt,
quorum effectus retractari poteſt, & ad primum ſtatū
reduci,vt in contractibus,electionibus, & teſtamentis,
& in his loquitur regula.quædam ſunt,quæ retractari vł
ad primum ſtatum reduci non poſſunt,vt mortuus ad
vitam.& in his ceſſat effectus regulæ.

QVAESTIO.

Hæc regula facit ad quæſtionem tertiam dominica-
lem poſtea diſputatā per fratrem Ia. & Guid. poſtea epi-
ſcopum Muti.quæ ſic proponebatur per vltimum.ſpō-
3 ſus ſponſam † de præſenti ingreſſam mona.& profiteri
volentem violenter rapuit,& corrupit,quæ poſtea pro-
fitetur,ſponſus ipſam repetit.quæritur, an poſſit. Quod
poſſit,allego.v.& vi.in contrarium. tertio ponitur ſolu.
Hoſt.& Io.& contra Ba.& Guid. reſpondentium ad ra-
tiones primorum. vltimo de quæſtione excludo. qua-
tuor caſus non dubios, & ſecutos ſequor. Pro actore
ſic allegabatur,poſſet enus abbreuiando,conſtat, ꝙ ma-
trimonio conſumato alter altero inuito religionem in
gredi non poteſt,ſed inter iſtos erat matrimonium cō
ſumatum,ergo &c.maior patet.de conuer.cōiu.per to-
tum,xxvij.q.ij.ſunt qui dicunt.& c.Agathoia. cum ſe-
quentibus.declaro minorem. ad conſumationem ma
trimonij requiruntur duo,conſenſus animorum,& cō
miſtio corporum,quæ firmat & perficit.xxvij.q.ij.in oī.
ſed inter iſtos vtrūq; interueniſſe proponitur. ergo &c.
nec obſtat violentia,quia etiam illicitus coitus affinita-
tem inducit,& efficit virum & mulierem vnam carnē,
& vnum corpus. Patet primum de eo, qui cog.conſan.
diſcretionem, ſecundum xxij. q iiij. in eo fornicator. ſi
ergo hæc copula,licet illicita, fecit ſponſos vnum cor-
pus, pars non poteſt religionem intrare parte in ſeculo
remanente.xxvij.q.ij.quia Agatho.de conuer.coniu.ad
apoſtolicam,& ponderatur hic factum,quod ſemel fa-
ctum eſt,nequit non fuiſſe. ff. de cap.& poſtli.re.in bel-
lo.§.factæ,præcipuè in hoc caſu,quo poſt ruinam ſuſci
tari nō poteſt.xxij.q.v.ſi Paulus.& lex.C.de rap.vir.l.vna.
& præcipuè,quia in corruptione etiam inuitæ,præſumi
tur aliqualis fuiſſe conſenſus,qui ma.accuſ. poſ.in ſuper.
& facit quod ſcripſi poſt Hoſtien.de deſpon. impu.con-
tinebatur.cum autem coacta voluntas includat volun
tatem.xv.q.j. merito ergo talis volens profiteri non po-
tuit.ergo.Item,dato ꝙ nullus fuerit conſenſus, ſed abſo
luta coactio, tamen corrupta inter virgines reputari vel
conſecrari non debet.xxxij.q.v.ille. quia licet quantum
ad gratiam ſuſcipiatur vt virgo. Secus quantum ad le-
gem, quæ voluntatem non ponderat, ſed opus.ea.q.
capitulo fin. qua ratione igitur conſecrari non poteſt,
quia cognita,eadem non poterit profiteri. nā iura non
diſtinguunt,qualiter matrimonium fuerit conſumatū,
ergo nec nos diſtinguamus.ij.q.v.conſuluiſti.cum con
cordan. Impeditur ergo profeſſio ſiue cum volente,ſi-
ue cum inuito fuerit conſumatum.ſimile quod de illo,
qui caret oculo,dicitur ſo.di.c.vlt.& vide, quod ibi not.
ad quæſtionem. Secūdo,ꝙ talis coitus fuerit ſine culpa,
probatur, quia nullo iure punitur, vt patet a contrario.
xxxvj.q.ij.ſi quis virginem. vnde no.Ioan.ea.ca.q.j.c.j.ꝙ
talis non incidit in conſtitutionem, quia vtitur ſuo iu-
re,& ſua poſſeſſione,quam habet ex ſponſalibus.vñ pri
mus coitus ex debito eſt.& non gratuitus.de hoc.xxvij.
q.ij.coniuges.nulli ergo fecit iniuriam vtendo iure ſuo,
de elec.cum eccleſia.& ſi dicas,eum deliquiſſe, bonum
præcedentis matrimonij illum excuſat. facit. xxxij.q.ij.
4 quicquid.Tertio,cum fauores amplientur, & odia † re-
ſtringantur.ſ.eo.odia.cum concord. Matrimonia autē
ſunt fauorabilia.de app. directæ.in fi. & ſic conſtitutio-
nes illa diſſoluentia ſunt odioſæ.ergo reſtringendæ.viij.
q.j.ſciendum. Conſtitutiones ergo permittentes ante
carnalem copulam diſſolutionem matrimonii, de oī
copula intelligantur,ſiue ſponte, ſiue vi exacta.& in du
bio iudicatur pro matrimonio.de re iud.c.fi. & eſt fauo
rabilius,q̄ religio. quod probant duæ decret.de rap.cum
cauſa.de eo qui cong.conſan.vxo.ſuæ.ſuper eo.Non er-
go debemus in veritate corruptam contra matrimoniū
fingere virginem,cū regulariter veritas præiudicet opi-
nioni.de biga.nuper.viij.di. veritate.& poteſt eſſe rō ma
ioris matrimonij,quia ibi publica verſatur vtilitas am-
pliationis humani generis ad reſtaurationem lapſus an
gelorum.xxxij.q.ij.§.his ita.de conſec.diſt.j.hi duo. In re
ligione verſatur priuata,de reg.licet.& publica præferē
da.vij.q.j.ſcias.de poſtul.præ.bonæ.j.Quartò,non ſolum
eſt fauorabilius, ſed etiam fortius. vnde conſumatum
matrimonium ſortitur effectum à iure diuino,& indiſ
ſolubilitatem.xxvj.diſtin.deinde.ſupra eo.lib.de voto.c.
vno.ſed ingreſſus religionis, qui permittitur, eſt de iure
humano,quod cedit diuino.viij.diſt.§. ii.cum ca.ſequē
tibus.vincat ergo matrimonium vt fortius. Quinto,li-
cet dicatur voluiſſe ſponſam profiteri, non ſufficit volū
tas, ſed requirebatur factum vel effectus ad diſſolutionē
de eo, qui mit.in poſ.c.j.facit,de pœ.di.j.§.cogitatio. cū
ca.ſeq.de pœn.diſt.ii.§. idem illud.& di.iij. in caſum.&
vij.q.j.nihil.& c. ſunt plures.de bapt.maiores. ¶ In con-
5 trarium † conſtat ante conſumationem matrimonij li
cere alteri coniugum altero inuito religionem ingre-
di. Patet hoc.de conuer.coniug.c.ij.& c. ex publico.vbi
ſecundum quoſdam ad profitendum vel conſuman-
dum dantur duo menſes, vel ſecundum alios, tempus
arbitrarium, vt ibi no. ſed hic non fuit matrimonium
conſumatum,quod fit per carnis corruptionem. de bi-
ga.debitum.quæ non interuenit, nec procedit, niſi per
corruptionem mentis.xxxij.q.v.capit.ij. & c. propoſito.
cum ergo incorrupta poſſit ingredi,& iſta ſit talis, ergo
ingredi potuit.Secundò,omne quod eſt ſacrum,vel alte
rius rei ſignum,illius debet eſſe ſimile.de conſe.diſtinc.
ij.ſignum.& c.ſpecies. ſed conſumatio matrimonij car
nalis eſt ſacramentum coniunctionis Chriſti, & eccle-
ſiæ.xxvij.quæſtio.ij.cum ſocietas.& præ.c.debitum.vt er
go hoc illius ſimilitudinem gerat, debet eſſe volunta-
ria,ſicut fuit illa,cum non legamus,Chriſtum vel Apo
ſtolos traxiſſe violēter gentiles ad fidem.& habetur con
trarium.xxiij.quæſtio.v.ad fidem.xlv.diſtin.qui ſincera.
Tertio,coactio, quæ eſt conditionalis,impedit cōſuma
tionem matrimonij ſpiritualis.xx.quæſtio.i. ſicut. & q.
iij.præſens.& quod metus cauſa.c.j. fortius impedire de
bet

bet conſumationem carnalis, in quo ceſſare debet om-
nis coactio de ſpon. cum locum. & dato quod non im
pediret cōditionalis, ſaltem impediret abſoluta, quę im
pedit in baptizato ordinato impreſſionem characteris.
xlv. diſtinct. de iudæis. de bapt. maiores. de ſecando not.
lxxix. diſtinctio. geſta. Et quod impediat conſumationē
matrimonij, patet a ɔ̄rio q̄ ma. acc. poſ. inſup. quia ſi re-
quiritur, ꝙ ſemel ɔ̄ſenſeris, vbi nō ɔ̄ſenſeris, ceſſet cōſu-
matio. de deſpon. impu. continebatur. ibi, de ſuo aſſenſu
6 deſponſata & cognita. Quartò, ſponſo † repetenti obſtat
fauor dupliciter, oppreſſæ. ſ. & religionis. Item, odium op
primentis. De primo conſtat, quod per violentiam fa-
ctam non imputatur, quoad humanum vel diuinum
iudicium. xv. q. vj. c. j. xxxj. quæſtio. ij. Lotharius. j. q. j. con-
ſtat. l. diſt. presbyteros. facit. v. diſt. ad eius, cum concor.
vnde & ſimiliter hæc paſſa fuiſſet à tertio, maritus ſibi id
imputare non poſſet. ff. de adult. l. pe. etiam ſi culpa in
caſum incidiſſet, vt not. xxxij. q. v. propoſito, multo min⁹
ipſe vir cogens ſibi hoc poterit imputare. ad hoc de eo,
qui cog. conſang. vxo. ſuæ diſcretioni. De ſecundo fauo
7 re, ſcilicet religionis & continentiæ, & cuius † ſumma
eſt ratio. ff. de reli. & ſump. fu. l. ſunt perſonæ. probatur,
quòd eſt maior, quam matrimonium, & quod præfer-
tur fœcūditati prolis. xxxij. q. iiij. §. his ita. bn̄ facit. xxvij.
q. j. nuptiarum. xxxij. quę. j. nuptiæ, & quod ibi nota. & in
authen. de monachis. §. ſcimus. De tertio patet de odio
exprimentis, ne ex delicto fiat melior ipſius conditio. ff.
8 de reg. iur. non † fraudantur. §. nemo. xij. diſt. nos conſue
tudinem. ne pro pœna, quam meruit, conſequatur pri-
uilegium. de ſenten. excom. ſi verè. Quod deliquerit &
pœnam mereatur, patet, quia ſponſa ſi non fuiſſet op-
preſſa, ſuo iure poterat debitum denegare. ſiue dicamus
primum coitum gratuitum, ſiue dicamus exceptionē
temporis competere, tux. no. xxvii. q. ii. coniuges. Deliqt
ergo ſponſus priuando illam priuilegio virginitatis, &
per conſequens conſecrationis & aureolæ, vt no. xxx. q.
v. reuera. & c. ille. Item deliquit petendo plus cauſa, vel
tempore ſecundum ſuperius dicta, de plus pe. c. vno. &
fuit amator ardentior in vxorem. xxxii. q. iiii. origo. Itē
ſacrilegus, & excommunicatus opprimendo religioſā,
licet non profeſſam. de ſen. excom. religioſo. li. eo. Item
excommunicandus impediendo religionis & caſtitatis
propoſitū. xxxii. q. ii. c. fi. ad hoc. l. iiii. diſt. multos. Item,
quia ius ſibi dixit in re propria, cōtra id. xvi. q. vi. placuit.
C. de iudic. nullus. & licet non puniatur vt raptor, nec
vt incidens in conſtitutionē, ſi quis in tātā. vt no. xxxvi.
q. j. c. ii. punietur tamen vt tranſgreſſor legis prohiben-
tis. ne quis rapiat ſponſam propriam. C. de rap. virgi. l.
vna. nam ſic eſt in matrimonio ſpirituali, quia non de-
bet ſponſus ſuam ſponſam, vel beneficium rapere vio-
lenter. de præb. cum. qui. lib. vj. ergo ſi multipliciter deli-
quit, eſt propter ſui odium repellendus, alias daretur oc
caſio malignandi, contra id. xvj. q. j. legi. de diuor. quan-
to. in fin. & conſequeretur indirectè, quod directè non
poſſet, contra id, de procur. tux. & hoc eo. tit. cum quid
vna. & audiretur ſuam turpitudinem allegans, contra il
lud. de concel. præben. cum ſuper. de donatio. inter dile-
9 ctos. Quinto, vir & vxor † non iudicantur ad imparia.
32. q. j. ſi quis vxorem. de diuor. gaudemus. ſed dicendo,
ꝙ oppreſſa non poſſit profiteri, erat imparitas, cum op-
preſſionem & abſolutam coactionem poſſit vir inferre
vxori, nō econtrario, vt ſcripſi. quod metus cauſa. ſacris.
in ſecunda quæſtione. & de ſpon. is, qui. & eſt ſimile, qđ
not. de voto. cap. vno. ſupra eod. lib. in glo. Sextò, ex quo
ſponſa voluit profiteri, iam videtur profeſſa. ad hoc de
voto literaturam. & ex hoc videtur vitam voluiſſe mu-
tare, & ſic iam eſſe profeſſam. ʒ. eo. lib. de reg. non ſolum
& c. beneficium. cum in bonis voluntas pro opere ha-
beatur, de pœ. di. j. magna. verſi. notum enim. & xv. diſt.
duæ ſunt. maximè ex quo per volentem non ſtat, ſed p
aduerſarium, quo minus voluntas impleatur. de dolo &
10 contu. contingit. ¶ Solutio † recedendo a verbis diſputā-
tis, ſciendum ꝙ Hoſt. in ſum. de conuer. cōiu. ad finem,
verſi. quid ſi virgo. tenet, ꝙ reddenda eſt viro. Primo, qa
vſus eſt iur. ſuo, vt ſupra. Secundo, quia negari non po-
teſt, quin licet ſponſa in prima nocte inuita ſit cognita,
ſunt facti vna caro, ſacramento matrimonij præceden-
te. eod. ti. ad apoſtolicam. Tertio, quia cognita præſumi
tur conſenſiſſe. qui ma. acc. poſ. inſuper. ſatetur, ꝙ ſecus,
ſi poſt tempus profeſſionis illam cognoſceret, quia tūc
non vteretur iure ſuo, ſoluto vinculo. eod. tit. cap. ij. & c.
publicato. imò puniendus eſſet pœna, de qua. 17. q. j. ſi
quis rapuerit. 36. q. ij. ſi quis non dicam. ¶ Circa quæſtio
nem fra. la. diſputans tenuit idem eiſdem rationib. ſed
Bartho. Brix. in quæſtione ſua dominicali. 80. tenet con
trarium, ratione ſuperius dicta, ne ſcilicet melioris con-
ditionis ſit delinquens, q̄ non delinquens. de pręben. cū,
qui. lib. eo. cum concor. hanc partem tenuit Guido per
vltimo allegata. & ad tres rationes Hoſt. reſpōdet primo
ad primam. per id, quod dixi in prin. ſecūdæ partis. ver.
de tertio. Ad ſecundam reſpondet, ꝙ ſponſa traducta, li
cet inuita, prima nocte cognita. veniſſe præſumitur, vt
conſumet matrimonium, ſed in themate noſtro con-
tra, niſi appareat de contraria voluntate, ſcilicet ꝙ con-
ſumatio reſiſtebat religionem eligendo. Ad tertiam re
ſpondet, ex decre. inſuper. ſumi cōtrarium, vt dixi. ʒ. par-
te ſecundæ ver. item coactio. Ad iura, quæ dicunt, nō di
ſtingui, vbi canon non diſtinguit, reſpondet per. c. 34. q.
ij. quos Deus. & de conuer. coniuga. ex publico. in fi. Iu-
ra vero, quæ dicunt, factum attendi, ſoluit, ꝙ ponūt ſpe
ciales caſus propter defectum ſacramenti, vel prærroga-
tiuam ordinum. De primo. 12. q. v. ille. de ſecundo. lv. di.
11 capit. vlti. ſed illæ cauſæ hic ceſſant, quia licet † oppreſſa
non poſſit conſecrari, poteſt profiteri. de quo loquitur,
& regulariter in pœnalibus voluntas attenditur potius,
quam factum. ad id, quod dicitur per illicitam copulā
induci vnionem carnis. non ſequitur, per id matrimo-
12 nium conſumari. ¶ Ad veritatem huius † habendam
exclude caſus non dubios, ſi ſpōſa in ingreſſu, vel poſt,
ante oppreſſionem feciſſet actum aliquem, per quem
dici poſſet tacitè profeſſa, quæſtio non eſt dubia. & ſic di
lato verba Hoſt. quæ. ʒ. poſui. & declaro, quod dixi in fi.
ſecundæ partis. Idem, ſi ſponſa, licet inuita, conſenſiſſet
ad copulam. Item, non eſt dubium, quin ſponſus licet
oppreſſiſſet, non tamen ſemen emiſiſſet, ſuper quo vi-
de, quod ſcripſi. de ſponſa. ca. fi. de eo, qui cog. conſang.
vxo. ſuæ. ſraternitati. quod hic non itero, quia materia
non delectat. Poſſet dici etiam quæſtio indubia, quan-
do poſt aſſignationem duorum menſiū vel temporis
arbitrarij fieret talis oppreſſio ante omnē profeſſionē,
quaſi tunc licitè potuerit ſponſus copulam exigere ab
inuita, per ſuperius allegata. Sed dices, ſatis eſt, ꝙ tranſie-
rit ad religionem, vt illa, de qua quæritur, cum textus
decret. ex publico, dicat ad religionem tranſire, ſed, vt ibi
not. in tertia gl. in fi ille terminus datur ad profitendū,
non ſimpliciter ad ingreſſum, alias male eſſet prouiſū
ſponſo, ſi annū probationis expectare deberet. Eſt ergo
quæſtio dubia, quando ſponſa etiam tacite non profeſ
ſa. ī. duos menſes aſſignatos, vel aliud tempus arbitra-
rium, oppreſſa fuerit, & cognita, nec conſenſerit in co-
pula. In his autem terminis teneo cum Barth. & Guid.
p ſuperius allegata. facit hæc regula. & ff. qui ſatiſda. cog.
quoties vitioſe cautum, vel ſatiſdatum eſt, non videtur
cautum. Cum ergo contra ius & vitioſe oppreſſa fue-
rit, vt probatur ſupra parte ſecunda. ver. de tertio, quo
ad facientem habeatur pro non facto, vt dixi ſupra. pri-
ma glo. Item iur. beneficium mulieri, quæ non ſolum
verbo, ſed facto ſuā voluntatē oſtenderat, auſerri nō de-
buit. ʒ. eo. indultū. cū concor. Multū mouet conſenſus,
13 q † potiſſime in matrimonio requiritur, ſed matrimoniū
non eſt perfectum, niſi p copulam. ergo copula requirit
conſenſum, ſaltem incluſum in coactione ɔditionali,
vt eſt dictum. xv. q. j. merito. patiens aūt coactionē abſo
lutam nil agit. quod me. cauſa. ſacris. ergo non ɔ̄ſentit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Agere qui poteſt, poteſt & excipere.*
2 *Poſſeſſionem clandeſtinam habens, an admittatur ad excipiendum.*
3 *Eccleſia an præſcribat rem laici ſpatio decem annorum, ita quod ex tali preſcriptione agere & excipere poſſit, & numero 4.*

REGVLA LXXI.

QVi ad agendum. Prima gl. dicit, vñ ſumpta. & ponit exempla. Secundo ponit ratio-
nem in glo. Tertio, dicit regulam procedere in
eiſdem perſonis. Quarto, dicit eam fallere ī poſſeſſoriis.
1 ¶ In j. gl. ibi. [*§. cui domus*] ſupple, † actionem, fortius exce
ptionē. & ibi [*tempore tollitur*] vt de dolo. & ibi [*ordinarij*]
vide. ſ. eo. dolo facit. ¶ In j. glo. ibi [*cui licet*] Dy. dicit in re
gul. fauorabiliores. ff. eo. & ſic ad idem. ſ. eod. cum ſunt.
& c. non licet. & ibi [*poſſeſſionem reſtituet*] eſſet enim ſpe-
cies ſpoliationis poſſeſſionem denegare locatori, vt ff.
de preca. l. vlt. & ideo ſuper dominio non auditur niſi
facta reſtitutione. ff. ſi per vim vel alio modo. l. j. Dyn. &
ibi [*agentem poſſeſſorio*]. ſ. interdicto vnde vi. & licet glo. in
l. ſi de vi. ff. de iud. dicat, ꝙ exceptio dominij excludat in
terdictum recuperandæ. alibi vero cõtrarium. & verius
ſ. ff. de vi & vi ar. l. j. §. j. & de ver. ſig. ī literis. § j. & de vſuc.
2 ſequitur. §. ſi domus. de habente † poſſeſſionem clande-
ſtinam dubitatur, an excipiat de dominio. & vr̃ ꝙ non,
cum lex æquiparet violentam & clandeſtinam. ff. quod
vi, aut clã. l. j. §. 1. C. ad le. Flauiam de plag. eum, qui fugiti
uum. Dy. tenet contrarium, cum longe improbior ſit
habens violentam, quã habẽs clandeſtinã, ar. ff. de fur. ſi
vẽdidero. § cũ raptor. inducit. l. C. de prob. vis cuiꝰ tenet
etiam hic Dy. ꝙ ſententia lata in petitorio parat excep-
tionem rei iudicatæ in poſſeſſoriis adipiſcendæ vel reti-
nendæ, ſed non in poſſeſſorio recuperandæ, ipſius ratio,
quia duo prima poſſeſſoria excluduntur per exceptio-
nem dominij, tertium non, & per hunc modum con-
cordari poſſunt † in eum glo. quæ videntur contrariæ,
ff. de iudi. l. ii. §. quædam. & C. de interdic. incerti. & in fi.
dicebat ergo Ioan. mo. in additione ſua, ꝙ regula ceſſat
quandoque ex malitia partis. ff. de reſcin. vẽ. l. fi. In auth.
de trien. & ſe. §. illud quoq;. coll. iij. ſeu ex priuilegio cau-
ſæ. de reſt. ſpo. in literis. & c. ſe. & propter fragilitatem ſe-
xus. ſ. eo. li. de elec. indemnitatib. §. verum. & ne vera exe
cutio impediatur, vt præ. decr. accedens. all. de of. or. irre-
fragabili. & vide quod dixi, de exceſ. præ. inter dilectos. in
glo. no. non ſolum. vbi Inno. & Hoſt. dixerunt, regulam
locum habere, qñ de eodem ad idẽ agitur, & excipitur.

QVAESTIO.

Huic regulæ coaptatur quæſtio, quam diſputaui pau-
3 lo poſt † doctoratum meum, qua quærebam, an eccleſia
præſcribat rem laici ſpatio. x. annorum, ita ꝙ ex tali præ
ſcriptione agere & excipere poſſit. Poſito tamẽ primo,
ſequitur ſecundum ꝑ hanc regulam. Pro eccleſia allegã
tur quatuor, totidem ꝯ ipſam. Tertio, ꝑmiſſa opi. ſolu. ꝯ-
ria q̃ſtio ſoluitur & ꝯriis rñdetur. ¶ Et primò vr̃, ꝙ non
præſcribat, nam qđ ſibi non vult fieri. l. præſcribi decen-
nio, non debet aliis facere. Math. vij. & in principio de
cretorum, 3 2. q. vj. ſi ducturi. ſ. de maio. & obe. dilecti. pri
mum patet. xvj. q. iij. §. poteſt. ad fi. & auth. quas actiones.
& ſ. de præſcrip. illud. Ad idem venit, qđ dicimus, quẽli-
bet iur. quod in alterum ſtatuit, vti debere. de conſtit. cũ
omnes. ff. quod quiſq; iur. l. j. & in rubro & quod in ſui ꝑ
ſona quis refutat. in aliis velle vel proferre non debet, de
homic. cum iuramento. ff. manda, ſi negotia. nec pro
me inducere poſſum; quod reprobo. vel econtrario. xix.
di, c, j. Secundo videmus, ꝙ ſicut ſeruus in dominũ non
torquetur, ſic nec econtrario. C. de quæſtionib. l. pridẽ.
& ſicut Iudæis non conuenitur in ſabbato, ita nec con
uenit. C. de Iudæis. l. die ſabbati. Tertio conſtat, ꝙ fauor
lædit. vnde ſi emi vina, exceptis acidis, & mucidis, etiam
ſi expediret mihi, & vellem illa habere, non poſſum ex
illo contractu. ff. de perie. & commo. rei ven. l. ſi vina. ſu
pra eod. lib. de præben. cui de non. & vide circa hoc,
quod no. ſupra eo. tit. quod ob gratiam, vbi extẽdere po-
teris, per dec. prudẽtiam. de mu. pe. & per alia iura. Quar
to facit ad hanc partem. xvj. q. iij. placuit. & quod ibi no.
facit ſupra eo. ex eo. per cuius regulæ concordantias po-
tes extendere hanc partem.
¶ In ꝯrium inducitur prædicta rła qđ ob gratiam cũ
concor. facit. C. de procur. non eo minus. Secũdo qđ ec
cleſia inducit pro ſe, quod non recipit ꝯ ſe. x. diſt. capit. j.
xxxvij. diſt. ſi quid veri. ſ. de loc. potius. C. de iure emphyt.
l. ij. Tertio multa priuilegia habent res eccleſię, quib. nõ
participant res priuatorũ C. de ſacroſan. eccl. l. placet. C.
de epiſ. & cler. l. j. ſ. eod. lib. de cen. quanquam. de immu.
eccle. c. j. Quarto attẽta rõne ꝯria ſequeretur, ꝙ eccleſia
romana aduerſus eccleſiam minorem non ꝑſcriberet
minori ſpatio quam cẽtũ annorum: cum ꝯ ipſam mi-
nori tpe inferior eccleſia non ꝑſcriberet, qđ eſſet abſur-
dum, ad hoc de ꝑſcr. ad audiẽtiã. & facit de cleri. nõ reſi.
cum dilectus. Ex quibus concluditur rem laici præ-
ſcribi decennio per eccleſiam, ſicut per laicum.
Soluendo ſciendum eſt, ꝙ Io. xiij. q. ij. c. j. & ß. de præſcri.
illud. in iij. gl. dicũt etiam præſcribi rem laici ſpatio. xxx.
annorum, & propter illas glo. diſputaui hanc quæſtio-
nem, & Hugo. xiij. q. ij in prin. exprimebat, quod nõ mi
nori, cum decennalis vel vicennalis in eccleſia locũ ha
beat. Item ſciendum, ꝙ glo. præalleg. Bernardi. ij. c. illud,
ad literam fuit Lauren. quam & poſuerunt Vincen. &
Goff. ſed rõ, quã includit illa gl. de leg. qđ fauore, nõ ꝯclu
dit illud dictũ. ſed potius ꝯrium. & idem dico de eo, qđ
notat Ioan. mo. de præſcrip. capi. j. vtens eadem ratione.
¶ Soluẽdo teneo cum Dama. qui hoc notat in ſum. de
ꝑſcr. ante fi. & Accur. q notat ī auth. quas actiones. C. de
ſacroſan. eccl. & in auth. de ecc. ti. §. pro tpalibus ꝙ eccle-
ſia rem priuati præſcribit vt priuatus ſpacio. x. vel xx. an
norum, per rationem. l. quod fauore. quam alleg. Laur.
Et ſequaces, iſtud tenet etiam Hoſt. in ſum. de præſcri. §.
quæ requirantur. verſi. nũquid ergo eccleſia, dicens cũ
Accur. ꝙ titulus, quod quiſque iur. non obſtat, q̃a ꝓprio
motu nõ per impetrationem princeps illud ipſ xl. an
norum conceſſit eccleſiis. ff. qđ quiſque iur. l. iij. Hi vero
q tenebant illã opinionem mouebantur, vt ſoluerent c.
ſanctorum. de ꝑſcri. & alia iura, q̃ de præſcrip. xxx. an. lo
quãtur, ſed vt ſcripſi in præd. c. illud. & de priu. accedenti
bus, licet conari debeamus ad correctionẽ iurium eui-
tãdã, de electionib. cum expediat ſ. eo. lib. vbi tamen de
correctione conſtat, vt in materia iſta, falſas ſolutiones
non debemus exquirere vltro hoc ꝙ præſcriptio legalis,
xxx. an. nullo modo procedit in eccleſia, vel eccleſiaſti-
co foro. illa enim currit cum mala fide, quod canones
abhorrent. de præſcript. vigilanti. & c. vlt. ſupra eo. poſſeſ
4 ſor. † Ex prędictis autem ſequitur, ꝙ eccleſia habet actio
nem ad repetendũ, ſi cadat à poſſeſſione, & fortius ex
ceptionem ad illam defendendam, vt patet. xvi. q. j. §. iij.
§. põi. C. de ꝑſcrip. 30. vel xl. an. l. ſi quis emptionis. Ad id
qđ, dr̃. Quod tibi nõ vis fieri &c. exponitur nec velle de-
bes, ſed eccleſia bene debet velle vti ſuo priuilegio ſibi ꝑ
ius vtrunque conceſſo, & ꝯ non ſic priuilegiatos, vt ipſa
poteſt vti iur. cõi. Aliorum etiam rñſionem collige per
notata in præd. regulis, ſupra eo. quod ob gratiam. & ca.
ex eo. Non ob. quod dixi poſt Dy. ſupra eo. in iudiciis. ſu-
per. j. glo. Non enim vtitur hoc eccleſia priuilegio circa
litem, ſed iur. communi, quo & laicus vteretur agendo
& excipiendo, vt dixi.

SVMMARIVM.

1 *Mercans contra iura, præſumitur malafide.*
2 *Eccleſia parochialis rectores quandam aliam eccleſiam cum fructibus tenuerunt ſuper hominum memoriam, ad ne licite & iure poſſint. & nu. 4 5. 6. 9. & 12.*
3 *Epiſ. opi iuriſdictionis detrahitur ſæpe per præſcriptionẽ. & nu. 6.*
6 *Præſcribi non poſſunt functiones publicæ, & quæ ad vtilitatem publicam pertinent.*

8 *Eccleſia*

8 *Eccleſiæ miniſtrorum diminutio non eſt prouocanda. Et quid ita.*

11 *Temporis patientia, cuius initij memoria non extat in contrarium an ſufficiat ad probandam annexionem. remiſ.*

REGVLA LXXXII.

1 QVi contra Dyn. ponit† exemplum
in illo, qui emit a pu-
pillo, quem ſciebat talem ſine auctoritate
tutoris. C. de auct. præſt. eum, qui. de vſuc.
pro emptore. l. vlti. de contrahen. emp. quia quolibet.
& dicit, quod huius iur. eſt ratio: quia aut emptor ſcie-
bat a iur. prohibitum, & ſic fides mala cõcluditur aper-
te, aut ignorabat & tunc mala fides propter iur. errorẽ
præſumitur. ff. de vſuc. ſi fur. & dicam ſuper gl. ¶ Prima
glo. ponit exempla. Secundo ſucceſſiue ſignat duo con-
traria: & ad ea remittit. Tertio, notat. ¶ In j. glo. ibi, prædi
ctis iuribus. ad idem. s̃. eo. lib. de reb. ecc. non alie. c. ij. &
in fin. licet igitur præſumatur bona fides, vbi contrariũ
non probatur. no. de præſcri. c. ſi diligenti. illud in igno-
rantia facti: quia eius allegationi iur. præſumptio non
reſiſtit, ſed cum allegatur ignorãtia iur. præſumitur ma
la fides: quia præſumptio iuris allegationi reſiſtit. Dyn.
alle: ſupra eodem. ignoran. ff. pro emp. l. ij. §. ſi a pupillo.
& §. ſi a furioſo. & C. de legi. leges ſacratiſſimæ. de iur. &
fac. igno. l. conſtitutiones.

QVAESTIO.

Hęc regula facit pro ſolutione domini G. de Per. lata
in quæſtione, quam diſputauit, quæ fuit talis. Rectores
2 parochialis eccleſiæ† quandam aliam parochialem cũ
ſuis fructibus tenuerunt vt vnicam vel annexam, nullo
ibi inſtituto rectore, & hoc tanto tempore, quod de cõ-
trario non eſt memoria. quæritur, an per eos poſſit lici-
te ſic teneri? quam ornabo & abbreuiabo. Quod poſſit,
allegat quinque & reſpondet ad hanc regulam. Secun-
do in contrarium allega. tria. Tertio ſoluit, rationes
tres inducens, & contrarijs reſpondens. & deinde ſub-
dam dictum Hoſ. & ſolutionis determinationem, vt di.
xi. Et primo allegat, quod poſſit: quia a iure communi
prohibita diuturnitate tanti temporis licite obtinentur
hoc patet, de verb. ſignl. ſuper quibus. §. primo. & c. quid
per nouale. & s̃. eodem lib. eodem titu. veniens. iii. quæſ.
vi. hoc quippe. lxv. diſtin. mos antiquus. & c. ſeq. ix. qõ.
iii. conqueſtus. xviii. quæſtio. ij. ſcrutium. vbi de hoc. &
3 j. quæſt. j. nullus epiſcopus. Secundo licet † epiſcopus in
ſua diœceſi ſit ordinarius. xi. quæſt. j. de perſona. in mul
tis tamen per præſcriptionem ſuæ iuriſdictioni detrahi
tur. vide de foro competen. cum contingat. de offi. ord.
irrefragabili. de offi. archi. c. fina. de reſtitu. ſpo. literas. de
conſan. & affinita. c. j. de præſcrip. auditis. & c. de quarta.
Igitur ſicut ibi contra ius commune operatur præſcri-
ptio, ſic & hic. & ſi de his, uis exempla, collige de his,
quæ ſcripſi. s̃. de conſue. ſuper rubrica. & c. vlti. ſuper gl.
4 & quam. Tertio † iſte non debet cogi probare titulum.
ij. q. v. §. j. de peri. hęre. l. cogi. quod patet de pręſcrip. c. j. s̃.
eod. lib. nam longinquitate temporis ſępe fit, ꝙ appare
re non poteſt conditio originis. xii. qõ. ij. longinquitate.
ſufficiat ergo ſibi poſſeſſio, quæ ſufficit præſentanti, eli-
genti, & prouidenti. de iu. pa. conſultationibus. de elect.
querelam. de cauſa poſ. cum olim. Quarto, cum viſitent
archiepiſcopus, epiſcopus, archid. archipresby. de cenſi.
cum apoſtolus. & c. rationa. s̃. e. lib. & de offi. archi. man
damus. præſumendum eſt, quod a principio inquiſiue-
rint, & inuenerint has duas ſimul iuſte teneri, ſicut dici
tur in literis Papę non poſſe cadere falſitatem: quia per
multas manus incedunt, vt no. de reſcrip. ad audientiã.
de fide inſtrumen. ex parte. cum concor. Quinto facit,
C. de donatio. in donationibus. & C. arbit. tut. l. fin. Item
facit de præluм. illud. & quod ſcripſi poſt Inno. & Ho.
de presby. non bap. c. fina. ad finem. & de eo, qui fur. or.
rec. c. vltimo. vbi nota. quod qui longo tempore fuit in
poſſeſſione ſacerdotij, & maxime ſi epiſcopus ſuus eũ
vt ſacerdotem admiſit, non cogetur oſtendere literas,
ad quod alias teneretur. ij. quæſtio. v. legum. & in extra-
uagan. Boniſaci. iniunctę. Nec obſtat hęc regula cum
ſuis concord. quia patientia epiſcopi tanti temporis de-
fendit præſcribentes. vel licet primus poſſidens præſcri-
bere non potuerit, qui habebat facti notitiam: ſucceſ-
ſores tamen inuenientes eccleſiam in poſſeſſione habe
re poterunt bonam fidem, ſupra eodem. cum quis in.
ius. & ſuper his vide, quod nota. de iure patrona. cura,
5 in glo. ij. ¶ In contrarium † eſt certum, quod quælibet
eccleſia parochialis ſaltem ſuum debet habere recto-
rem. de præbend. cum ignores. vii. quæſtio. prima. ſicut
alterius. Item pluralitas beneficiorum, maxime taliũ,
eſt inimica canonum. 70. diſtinctione. ſanctorum. de
præben. quia intantum. nec in duobus collegijs quis nu
merari debet. de relig. domi. ne nimia. etiam ſi vtrun-
que collegium conſenſerit. de electioni. conſtitutis nec
poteſt quis duobus dominis ſeruire. 16. diſtinctio. Acu-
tius. 21. quæſtione. j. c. primo. de clerici. coniugat. diuer-
ſis. & ſingula officia ſingularitatem perſonarum exi-
gunt. 89. diſtinctio. ſingula. conſuetudo autem, de qua
quæſtio loquitur, eſt contra iſta, & ſic dicenda eſt cor-
ruptela. de conſuetu. cum venerabilis. cum diuturnitas
temporis ſine veritate. quanto diuturnior, tanto culpa
grauior. 32. quæſt. vij. flagitia. de conſue. c. vlti. cum con-
cor. concluditur ergo, quod non iuuat talis diuturnitas
6 temporis. Secundo † non iuuat taciturnitas vel patien-
tia epiſcopi: imo ipſius culpæ aſcribendum eſt, qui ip-
ſas eccleſias ſic eſſe permiſit. de electio. cum cauſam. de
teſti. quia ingredientibus. facit. 81. diſtincti. ad reatum.
& expreſſe prohibetur epiſcopis, ne aliquem presbite-
rum permittant duas eccleſias tenere. de exceſſi. præla.
c. j. ſed debẽt illum cogere ad alteram dimittendam. de
ęta. & qualita. eam te. vel ſufficientem diſpenſationem
oſtendendam. de offic. ordi. ordinarij. in prin. s̃. eodem
lib. contra talẽ, igitur ꝯ talẽ prohibitionẽ, & tale præce-
ptum, ex cuius transgreſſione puniendi ſunt, patientia
non ſufficit. & cum epiſcopus mereatur pœnam, ſacer
dos non debet conſequi præmium. facit de dona. inter
virum & vxo. & ſi neceſſe. cum concor. Tertio induci-
7 tur, id† de quo quæritur impræſcriptibile, cum publicæ
functiones, & illa, quæ ad publicam vtilitatem pertinẽt
præſcribi non poſſint. xvi. quæſtio. iii. §. poteſt. ad finem.
& l. iubemus. facit. 25. q. j. quæ ad perpetuam. de pręben.
Ratio: cum enim ſacerdotes peccata populi come-
dant, & in ſuis precibus ea deleant, & conſumant. iii. q.
j. nulli. x. q. j. quia ſacerdotes. detractio ergo ſacerdotum
8 lędit ius† publicum, cum quanto ſunt plures, tanto me-
lius deleant: cum multitudo facilius exaudiatur a Deo.
de pœ. diſtin. j. fleat. verſi. amat enim, vt pro vno multi
rogent. Hinc eſt, quo apoſtoli dicebant meſſem mul-
tam operarios autem paucos. Matth. 9. Lucæ x. 21. diſt.
in nouo. ergo operariorum ordinatorum diminutio
eſt contra bonum publicum: nam ſi in qualibet paro-
chia infirmarentur parochiani, non poſſet ſimul ad
vtrunque ſuffragari, cum ſacramentis potiſſime, ſi pa-
rochię ſunt remotę, & ſi alter ſine confeſſione decede-
ret, reus eſſet animę decedentis. xxvi. quęſt. vi. ſi presbi-
ter. & c. cognouimus. facit de pœ. & remi. c. vlti. Ex qui
bus concluditur, poſſeſſionem tanti temporis, vt ponit
quæſtio, non prodeſſe. ¶ Soluendo dicebat, talem vnio-
nem ex diuturnitate tanti temporis non acquiri, & ex
ea non poſſe rectorem vtranque eccleſiam regere, nul
lo ibi inſtituto rectore. fatetur tamen, ꝙ bene poteſt
vna præſcribere inſtitutionem † rectoris in alta. de præ
ſcrip. auditis. ſed quod vnus rector regat duas curas, hoc
eſſe non poteſt. Ad ſolutionem adducit tria. Primum,
quia conſuetudo oneroſa, quæ priuat eccleſiam iur. &
honore ſuo ſine culpa. nec iſte caſus eſt de numero illo

rum,quibus hoc contingit.no.xxii. diſt. renouantes. de
conſti.cognoſcentes. de priui. antiqua. ex quo gratioſa,
ergo tollenda.de conſue.c.j.de conſtitu.quæ in eccleſia-
rum.de ma.& obe.dilecti. Secunda ratio eſt periculum
animarum:per modum,quem dixi in fi. ſecundæ par
tis.ver.nam ſi. Tertia, quia per hoc ſine cauſa detrahi-
tur iuri epiſcoporum.quorum eſt ex iuſta cauſa eccle-
ſias diuidere,vel vnire. Extirpanda ergo eſt, cum careat
ratione.xii.di.omnia lxviii.diſt. corepiſcopi. ¶ Ad con-
traria reſpondetur,ad primum de decre.ſuper quibuſdã
cum ſequentibus.quod de temporalibus loquuntur,in
quibus diuturnitas temporis ius præſtat.ff.de aqua quo.
& æſti.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ſecus in ſpiritualibus. de
inſti.ex frequentibus.nam vbi maius periculum &c. ſ.
e.lib.de elect.vbi periculum. Ad allega.ſecundo reſpon
10 det,quod licet quandoque† iura epiſcopalia præſcriban
tur,vt ibi no.non tamen vertetur periculum animarũ,
ſed rerum, nam etiam ſi præſcribatur cognitio cauſarũ
matrimonialium:tamen ſecundum iura procedere ha
bet præſcribens.de conſan.& affin.ex literis. animæ au-
tem pretioſiores corporibus.xii.q.i.præcipimus.facilius
eſt etiam præſcribere inſtitutionem in aliqua eccleſia,
quam ipſius retentionẽ.de inſti.c.fi.de iure pat. per no-
ſtras.vnde decre.de inulta. voluit per receptionem ſecũ
dæ vacare primam.Hoc ſcias, ꝙ pro ſolutione ſua alle-
gare potuiſſet Guil.quod no.Hoſtiẽ.in ſum.de ſup.neg.
præ.§.quot modis.ver.ſuppletur etiam.vbi dicit, ꝙ tem
poris diuturnitas non probat vnionem,vel annexionẽ,
licet ex cauſa annexio fieri poſſit, ſuo tamen modo &
ſeruata forma. de præben: extirpandæ. & c. ſequen.& c.
expoſuiſti.de exceſ. præ. ſicut vnire §. tamen. eod. titu.
11 quærendo, an ad † probandam annexionem ſufficiat
patientia temporis, cuius initij non eſt memoria? dat
duas remiſſiones, vnam ad ſummam, de cenſibus.§.
quid cenſus. & ibi in §. quid ergo. tenet cenſum ſolu-
tum tanto tempore, quod de initio non eſt memoria,
deberi, licet etiam cauſa non appareat alia ad ſummã.
de exceſſio. prælato. §. qualiter excedant.ver. excedunt
etiam detrahendo.& ibi nil ad propoſitum. Ad ſolutio
nem etiam Guil. bene facit, quod ſcripſi poſt Hoſtien.
de cle.non reſiden.quia nonnulli.in glo. magna, verſi.
quid ſi ſemper.& de his,quæ fiunt a præla.cum apoſto.
lica. in fin. Mihi videtur ſic determinanda prædicta
ſolutio, quod verũ ſit vnionem vel annexionem præ-
ſcribi eo tempore,de cuius initio nõ eſt memoria.ſ.e.
lib.de reſcrip.c.j.dum tamen ſic poſſeſſa fuerit eccleſia:
ſcilicet,vt annexa vel vnita,& facit, quod dixi in prædi.
dec.cum apoſtolica. in fin. nec erat neceſſe tunc in illa
eccleſia rectorem inſtitui, cum rector principalis ſit re
ctor vtriuſque. Sed non valebit conſuetudo, quod illa
eccleſia non habeat proprium regentem curam, vica-
rium.ſ.perpetuum.de præben.extirpandæ.& c.expoſui-
ſti.de ſuppl.neg.præla.c.ij.vel ſaltem temporalem, vt in
cle.de exceſ.præl.frequens.ver. quidam etiam eccleſias.
vbi de hoc in glo.ij.& probat cõſtitutio Io. execrabilis.
ad fi.ſuper quo vide, quod plene ſcripſi,de præbend. de
monachis.ſuper glo.ij.de priuile.paſtoralis. hoc tamen
12 ſaluo, ꝙ ſi † propter paupertatem eccleſiarum vicinarũ
facta eſſet vnio,ipſarum,inopia & impoſſibilitas regen
di vtrumque excuſaret a vicario ponendo.x.qõ.iij.vnio.
de æta. & quali. eam te. in fi. per hunc autem modum
ſatisfactum eſt rationibus, quas in ſua ſolutione indu-
xit Guilelmus.

SVMMARIVM.

1 *Facere per alium,perinde eſt,ac facere per ſeipſum.*
2 *Doctor,qui conuenit certo ſalario legere vno anno,ante finem an*
ni poſſit quem vicarium ſubſtituere ſcholaribus etiam refragã
tibus.& nu.4.5.7.9.
3 *Votum num poſſit per alium impleri.*
6 *Prælatus an poſſit dari inuitus*
8 *Debitum per quemuis ſubſtitutum ſolutum liberat debe-*
rem.

RVLA LXXII.

1 QVi facit perinde. Hoc proce
dit de qua-
dam † iur.interpretatione,cum vereloquẽ
do factum etiam ab eodẽ diuerſis tempo-
ribus non repræſentat identitatem eiuſdem facti. ff. de
condi.inde.l.ſi non ſortem.§.libertus.& in Auth. de fide
inſtru.circa prin.ſecundum Dy.qui allegat.ff. de duob.
reis.l.nemo.& quod no.ff.de vi,& vi ar.l.i.§. deieciſſe. &
§.quod dicitur.probatur hoc.ſ.e.lib.de ele. vt quis duas.
¶Prima glo dicit,vnde ſunt pra.& pro exemplis iura.&
ſoluẽdo obiectiones remittit. ¶ In gloſſ.j.ibi[*quod iuſſu.*]
alterius ſcilicet alteri ſoluitur,pro eo eſt,quaſi ipſi ſolu-
tum eſt.¶In gl.j. ibi [*pone exempla*]Dy. ponit hic ſpecia
lia exempla. Primo per l.ff.de admi.tu.ita tamẽ.§.geſſiſ-
ſe. & l. tres tutores. §. non ſolum. vbi tutor ita tenetur
directa actione tutelæ adminiſtrans per alium, ſicut ſi
per ſe adminiſtraſſet. Item de interdicto vnde vi. ff. de
vi,& vi ar.l.i.§.deieciſſe.& de reg.iur.hoc iure.§.deiecit.
Item in l. Cor. de ſic. qua tenetur occidens per alium,
ſicut ſi per ſe.C.de accu.non ideo.ff.ad Sill. ſi percuſſor.
ad Turpil.l.j.§.pe. Idem eſt in pęna calumniatoris, qui
per alium detulit.ff.de iur.fiſ.l.ııı.§.diuus Pius. & l. non
tãtum.dicit etiam, quod ad idem poteſt induci.l.poſtu
lare.ff.de fideiuſ. cum ſi.

QVAESTIO.

Hæc regula,& regula,poteſt quis.ſ.eo. inducebantur
in quæſtione,quam diſputaui de delegato ab alio, quã
a principe habente ſpeciale mandatum ſubdelegandi,
an ſubdelegare poſſit?& quære illam.ſ.eodem lib.de of
fi.delega. is,qui. in glo.vlt.& ſuper ea.Faciunt etiam hæ
duæ regulæ ad quæſtionem de patrono, an poſſit com-
mittere alteri præſentationem beneficij non vacantis?
de qua vide,quod ſcripſi.de conceſ.præben.c.fi. Faciunt
2 etiam hæ regulæ ad quæſtionem † dominicalem lxx.de
qua quæritur de magiſtro,qui conuenit certis ſcholari
bus vno anno legere pro certo ſalario,& ante finem an
ni vult ſubſtituere æque bonum. ſcholaribus contradi-
centibus, an id poſſit, ita ꝙ etiam ſalarium ſibi debea-
tur? Pro magiſtro allegantur. vii.& totidem contra ip-
ſum. Tertio ponitur Bart.ſolutio,quæ placet, poſt quæ
ſequuntur aliæ. Pro magiſtro igitur facit, quod ſcripſi
poſt Goſ.ſ.de ſum.Tri.firmiter.§. hæc ſancta. ſuper ver
ſicu.Moyſem.pro quo etiam faciunt iſtæ regulæ. Secun
do allegatur pro ipſo.ff.de admi.tu.ita tñ. §. geſſiſſe. vbi
tutori licet adminiſtrare per alium. Item ſi grauamen
aliquod ſit impoſitum hæredi vel legatario, non refert
an per ſe, an per alium impleat, dũmodo ſit tale, quod
per alium poſſit impleri.C.de cad.to.l.vna.§.ne autem.
in fin.Idem in ſtipulatione quæ in dando, vel faciendo
conſiſtat.C.de contrahen.& cõmit.ſti.l.veteris,circa fi.
Idem in libertate præſtanda.ff.de ſta.ho.Arethuſa.in fi.
Tertio,ſi ſocietatem eum aliquibus contraxero,ſi opor
tet,me abeſſe poſſum alium æque idoneum ſubrogare.
3 ff pro ſo.l.ideoque erit.circa medium legis. Quarto † vo
tum, quo quis obligatur Deo perſonaliter, per alium
impleri poteſt.ſ.de voto. licet.quod intellige,vt ibi ſcri-
pſi ſuper iij. glo. Fortius ergo videtur magiſtrum poſſe
ſuum magiſterium per alium exercere. Quinto, ſi bo-
4 na † fide locaui tibi domũ, quæ a me euicta eſt, ſufficit,
quod tibi cõcedam aliã æque bonã.ff.loc.ſi quis domũ.
j.reſponſo. in fi. Sexto, videntur ſcholares dolo agere,
quibus æque idoneum ſubſtituere vult. nec enim de-
bet ſibi conſulere cum alterius iniuria.xxii.quæſt ii. pri
mum. circa medium. Septimo ad quæſtionem indu-
citur. C.de epiſ.& cleric.quiſquis.j. & l. ad ſimilitudinẽ.

¶In

5 ¶In contrarium. ſi quis domum, vel nauem per ſe fa-
ciendam promiſerit,& fideiuſſor velit hoc implere nõ
conſentiente ſtipulatore,non liberatur reus,qui non fe-
cit, quod promiſit. ff.de ſolutio.inter artifices. multo-
minus ergo poterit iſte ſuum magiſterium adimplere
per alium.Secundo, ſi onus diſciplinę, vel picturæ fuit
impoſitum hæredi vel legatario,non poterit adimple-
re per alium,vt in prædi.l.vna.§. ſi vero talis.Tertio per
magiſtrum ſtat,quo minus perſonaliter deſeruiat.ergo
ſalarium petere non poterit. ff. loca. qui operas. & l.ſed
addas.§.vltimo. & de var. & extraor.cogni. l.j.§. diuus.
Quarto,cum epiſcopus viſitat perſonaliter procuratur,
alias non.de cenſi.procurationes.poſt princip. & patet.
ſ.eodem lib.de offi.ordi.ſi epiſcopus. Quinto, cum pa-
ctum magiſtri fuerit perſonale, non egreditur perſonã.
de tranſac,veniens,de præben.niſi.in ſ.ff.de pact. quod
in duobus.§.perſonale.Item multa exempla poſſent ad
duci de his,quæ per alios impleri non poſſunt, quæ no
taui in regula, poteſt quis.eod.ti.Sexto,contra magiſtrũ
etiam facit regula,mutare.eo.titu.cum concord.Septi-
6 mo conſtat,quod prælatus non eſt dandus†inuitis. lxi.
diſtin.quid proderit.ſ.de elect. c.j. Ergo nec magiſter,
qui præeſt.ſ.de ſenten.excom.cum voluntate.facit.ſ.e.
lib.ne cleri.vel.mona.c.ij. & quod dixi poſt Hoſtien. &
Vincen.de magiſtris.c.pen.in glo.hoc caſu.¶Soluebat
7 Bartho.quod ſatis placet in terminis†quæſtionis, ſe nõ
credere,quod poſſet ſalarium petere, ſi vellet per alium
docere.per præ.§.ſi vero talis.in l.vna.C.de cadu.tol. fa-
cit.ff.de leg.iii.fideicommiſſa.in fi.ſ.de offi.delega. c. fi.
& dicit idem in illo,qui promiſit librum ſcribere, & in
poteſtate,qui promiſit ciuitatem regere. dicit tamẽ Ho
ſtien.dixiſſe ſecus in illo,qui promiſiſſet domum face-
re.Guil.in Specu.de ſala.in.fi.dicit, Odoffre.concordaſ-
ſe. Bartho. refert tamen Pileum diſtinxiſſe, an iuſtam
cauſam habeat,& tũc recedere & ſubſtituere poteſt,an
non habeat.& tunc non poteſt. inducit.ff.ad l.Iul. repe.
l.ſi ff.ſi quis cau.l.quoties.dicit tamen Guil. quod leges,
quas allegat,loquuntur in neceſſariis obligationibus,in
quibus non mirum,ſi ex iuſta cã ſubſtituit,ſecus in vo-
luntariis.alle.C.de actio.& obliga.l.ſicut.in quibus ſola
impoſſibilitas non difficultas obligationem immutat.
ff.de verbo.obligatio.continuus.§ cum ita.facit. ſ. eod.
lib.de offi.dele.ab arbi.quod ibi no.Parum placent hęc
verba Gul.quæſtionem etiam Pilei non inuenio in do
8 ctore.†Verum de vaſallo bene extat ipſius quæſtio. 84.
in qua illud tenet,non tamen allegat leges illas,quas di
cit Gul.ſed allegabat.C.de decur.l.nullus.libro.x.& ff. de
ſolu. inter artifices. ſubdebat, quod ſi ſeruitium vaſalli
conſiſtebat in ſolutione pecuniæ,quolibet ſoluente li-
berabitur.ff.de ſtatulibe.l.Stichum.§.ſi.Cynus in prædi.
9 l.vna.§.ne autem.recitat†opinionem dicentium,quod
ſi conſuetudo eſt loci,quod ſubrogare poſſit,tunc ſcho
lares illo modo ſecum contraxiſſe videntur. Idem,ſi eſ-
ſet ſpecialis conſuetudo illius doctoris, quam ſcholares
ſciebant.ff.de vſu & ha.l.plenum.§.equitij. vt in docto-
ribus medicis abolim, & nunc etiam maxime in ma-
giſtro Alberto ſępe ipſorum ſcholares apud nos expe-
riunt.Si vero non erat conſuetudo loci,vel perſonæ do
ctoris, tunc aut vult recedere & ſubſtituere propter pe-
cuniarium lucrum alibi captandum: & tunc non po-
teſt,cum videatur promiſiſſe legere ſecundum ſuam in
duſtriam,vt ibi, & in prædi.l. inter artifices. cum ſit im-
poſſibile vnius induſtriam eſſe induſtriam alterius. in
Auth.de fide inſtru.§.j.ſt.de condi. inde. ſi non ſortem.
§.libertus. Aut recedere vult ad officium publicũ exer-
cendũ,vel ad ſeruitiũ eccleſiæ:& tunc poteſt.C. de epi.
& cleri l.quiſquis.& l. ad ſimilitudinẽ. leges tamen illæ
meo videre parũ faciunt, ꝗ loquuntur in illo,qui mu-
tat ſtatum perſonæ.refert ibi Petrũ dixiſſe.§.illũ,ne aũt.
& ver.ſi vero non facere ad caſum,cũ loquatur de diſcẽ
te,non de docẽte.ibi dicit ter, liberalibus ſtudijs imbui
ꝙ certũ eſt per aliũ fieri non poſſet,vt poſt Gof. dixi in
glo.quã in qõnis princ.allegaui.Doctrina vero per aliũ
tradi põt cũ eodẽ profectu ſtudentiũ. vnde dicebat eũ
recedere poſſe ſubrogando meliorẽ, vel æque idoneũ.
Verũ eſt,ꝙ caſus iſtorũ ponitur non in doctore, qui ꝓ
miſit certis pro certo &c.vt ponit thema: ſed in illo,qui
obligatus vr̃ inchoando & faciendo collectã in ſtudio
Bõ.propter ſtatuta ſtudij iuriſtarum, quę doctores etiã
ſeruare iurant,quæſtio non eſſet dubia.

SVMMARIVM.

1 *Prior tempore non potior iure.& vbi id fallat.*
2 *Porri ſi fuerint ſeminati in vna parochia,& in alia plantati, vtri eccleſiæ ex his decima ſint pendenda,& numero 4.5.7.9. 11. 14.& 15.*
3 *Originis ius eſſe perpetuum.*
6 *Tempus perfectionis inſpici,etiam in iudicijs.*
8 *Fructuario pertinet quicquid in fundo naſcitur, vel ex eo percipitur.*
10 *Decima inter duas eccleſias an & quo caſu diuidendæ.& idem in dicitum de canonica.& nu.16.*
12 *Eccleſia an conſtrui poſſit ſine dote.*
13 *Decimæ an poſſint a conſuetudine remitti,ſicut a principe.& quo iure illæ fuerint introductæ.*

REGVLA LIIII.

1 QVi prior. Ponit exemplũ†in credito-
ribus,quibus res ſunt obli-
gatæ,vt potior ſit,qui prior eſt tpe.ff.qui po.
in pig.ha.l.potior. & l.creditor.& C.e.l.fun-
dũ.hoc vbi primo de prioritate apparet,ſi non apparet
prioritas,& eorũ cã eſt par cã.Aut ſimul vtriq; facta fuit
oblĩo, & vterq; admittitur pro dimidia.aut ſeparatim,
nec apparet cui primo, tunc ꝯ extraneũ poſſeſſorẽ po-
tior erit conditio poſſeſſoris.ff.de pig.ſi fundũ. §. ſi duo.
vbi aũt apparet prioritas,locus eſt rłæ per prima iura,ꝗ
tñ multas habent inſtantias.Primo in mutuante in re-
fectionẽ,in Auct.de æqua.do.§.hi oẽs.col.vii.ff. qui po.
in pi.ha.l.interdũ.Secundo in negante ſe poſſidere, qui
poſtea conuictus ꝑtendit hypothecã.C.qui po.in pi.ha.
auct.itẽ.poſſeſſor.Tertio in eo,de cuius pecunia res emi
tur,& ſibi obligatur expreſſe.C.e.ti.licet. Quarto in mu
liere,ꝗ ꝑfertur prioribus habẽtibus tacitã.e.ti.l. aſſiduis.
Quinto in illo,de cuius pecunia militia emit.C. de pig.
l.fi.& aut.quod obtinet.Sexto, in habẽte hypothecã ex
inſtrõ priuato,manu triũ teſtiũ ſignato,ſi agit aduerſus
eũ,qui non habet ſimile inſtrm̃,vel publicũ.C.qui po.l.
ſcripturas.Septimo in fiſco agente ex cã primipili. C. q.
ex cau.pig.l.ſatis.Octauo in agente funeralia.ff.de relig.
& ſum.fu.l.ſi quis.§.ſi colonus.& l.impẽſam. & ibi no.
Nono,ſi vendens pignus ꝑoriũ hẽt ſimilẽ cãm cũ po-
ſteriore,non ꝑfertur,ſed ambo concurrunt.ff.qui po.in
pi.ha.l.is,cui.§.prior.¶Prima gl.dicit, vnde ſumpta: &
ponit exẽpla:& obiicit ad vltimũ exẽplũ,& ſoluit.Secũ
do, dicit rłam procedere in his, ꝗ pendent a voluntate
duorũ:non in legib.vel teſtamẽtis,ſignat ꝯriũ & remit
tit.Itẽ procedit,cũ par eſt ius vtriuſq;.¶In gl.j.ibi[*quoties vtriuſque*]Sequitur cã lucri non vertitur,is ꝑferendus,cu
ius in lucro eã ipſum ꝑcedit.& ibi[*non eſt nouum*]vt prio
res leges ad poſteriores trahantur.& ibi[*ſi mihi*]in lega-
tis nouiſſimæ ſcripturę valẽt.¶In gl.j.ibi[*prius ordinatus*]
minor manumittit ancillã, vt nubat alteri, non eſt li-
bera, etiam ſi ſoluto matrimonio nubat manumitten-
ti. ff. qui & a quibus. l. matrimonij cauſa, inde dicit lex,
ꝙ hoc ſermone, cum nupta erit, primæ nup. intelligun
tur. ff. de uer. ſig. boues. §. i. & dotis ꝓmiſſio de primis nu
ptiis intelligitur, nec trahitur ad ſecũdas primo matri-
monio ſoluto contractas cum illo, cui promiſſio facta
fuit. ff. de iur. do. dotis promiſſio facta. ff. de pact. inter ſo
cerum. in fi. & de leg. ij. cum pater certam. hinc etiam
eſt, ꝙ ſi iuraui cũ P. muliere contrahere, ſi primas nup.
cum illa non contraho, ſed cum alia, ſum periurus, &
de periurio puniendus. ſupra de ſpon. ſicut his. bene cõ
uenit. de præben. non poteſt. in fi. vbi diſpẽſatio de duo-
bus curatis intelligitur de primis. Ad idẽ. C. de vſufruct.
antiquitas. vbi nomen hæredis ex cauſa intelligitur de
primo. ff. de verb. obl. cum qui calendis. ff. de iur. fiſ. l. edi
cto. §. cum autem a parte. ff. de le. iii. fideicommiſſa. §. ſi
quis. x. & vt le. no. cau. l. i. §. ſi cui, ita ſubaudiamus, ergo
in poteſtate legitimationis, ſi res in eodem ſtatu permã
ſerit. xxii. q. ij. ne quis, de iur. iur. quemadmodum. de ſo
lu. cum quis. i. & ii. reſponſo. Secundo ſic probo, actus
impertinens intermixtus vel vitiat, quod agitur, vel im
pedit extrema coniungi, fortius ergo contrarius, vt hic
De primo patet, quod vitiat teſtamentum. quod vno
contextu fieri debet. ff. de teſta. hæredes palam. in fin. vi-
tiat electionẽ. de elect. quia propter. & c. cum poſt peri-
ram, ſtipulationem. ff. de verb. obligatio. l. i. & l. conti-
nuus. in princip. Fortius ergo contrarius, cum plus ap-
pareat voluntas cõtradicentis verbo vel facto. de ſimo.
ſicut tuis. de bap. maiores. ad fi. nec dicas, de ſacramen-
to loquitur, nam & verba intermedia baptiſmũ vitiãt
ſacramentũ, & fortius contraria, vt no. de conſe. di. iiii.
ſi nõ ſanctificatur, dicam ergo hic induci vitiũ propter
coniugem intermediam, ſupra de fil. presby. ex tranſ-
miſſa. de ſedo, ſ. ꝙ impediat coniũctionẽ extremorũ, ſic
ꝓbo, ſponſalia cõdõnalia, & ſequens carnalis copula
faciunt matrimonium, ſed contrarius conditionis euẽ
tus intermedius impedit coniunctionem horum ex-
tremorum. ſupra de condi appo. per tuas. Item locus ia
cet intermedius, vel qui non ſeruit, impedit ſeruiturẽ.
ff. de ſerui. l. ſeruitutes. iiii. §. fin. de ſeruit. ruſt. præ. l. qui
ſella. §. fin. & no. ſupra de obſer. ieiu. c. i. ſicut locus me-
dius impedit pollutionem. de conſe. ecc. vel alta. c. vno.
Itẽ interruptio media naturalis vel ciuilis, de quib. xvi.
q. iii. §. hæc q. ſ. de ꝑſcr. illud. & C. de ꝑſcr. xxx. ann. vel. xl.
cũ notiſſimi. §. ſed & ſi quis. Ipedit extrema coniugi, &
oportet nouam præſcriptionem inchoari, vt in prædi.
§. hæc quæ. in princip. & interpolatur poſſeſſio, quam
habeo per colonum recedẽtem vel deſerentem per in-
termediam perſonam tertij. ff. de acquir. poſ. ſi de eo. §.
i. & eodem modo poſſeſſio teſtatoris hæredi. eo. ti. l. cũ
ſolus. in fi. & ſic loquitur præ. §. hæc quæ. in pri. & quod
ibi no. mr̃imoniũ ergo Itermediũ, ꝑ quod videẽ pr̃ aſſe
rere ſe nolle nãlẽ legitimare, ẽt ipſo ſoluto lſimationẽ
Ipediat, vt ſic in huiſmodi ꝑiudicialibus vnius electio ꝑ
indicet

iudicet alteri.ſ.e.li.de poſt. c.vno.de ele.vt qs.&bñ facit,
qđ notaui đ clerico habēte lfas ad vacaturā,q̄ ꝯtr mri-
moniū. per quod & ſoluto matrimonio gratiā perdit.
de cle.ꝯiu.c.vno.li.co in gl.hinc ergo ¶ Tertio ad hanc
partē inducitur, quod fictio canonis, ꝑ quā duo dies ꝑ
vno finguntur, ceſſat per cibū vel potū intermediū ex
parte ordinantis vel ordinandi.lxxv.di.quod a pluribus.
de tē.or.literas.ſic & fictio,qua fingit ius poſitiuū,matri
moniū an natiuitatē ꝯctū impedit per matrimoniū
intermediū. maxime cū iuris fictio non ꝓcedat ſuper
impoſſibili,vt no.ff.de lib.& poſth.l.Gallus. §.ſi eius. ad
fi.magnæ gl.vel iuri ꝯrio,vt no.ff.de le.j. talis ſcriptura.
ad fi.vltimæ glo.& ꝓbatur.ff.de ca.& poſtli.reuer.in bel
lo.§. factæ. ſi is qui ꝓ emptore.ff.de vſuc.ars enim,& fi
ctio iuris poſitiui habet imitari naturā.inſti.de adop.§.
minorē. & q̄ in hoc plenius inſiſtā.in ij.q.nō plus hic
2 ꝓſequat. Ex his ꝯcluditur † ꝑ matrimoniū intermediū
legitimationē impediri.¶ Ad ꝯtrū primo īducit opin.
Gof.& Ho. qui hoc tenent aperte in ſum.de fil.presby.
Gof.in ver.qđ ſi qs natus.& Ho.§.ij.in fi.quorū opinio
ſic iuuatur.ꝯſtat, q̄ ius poſitiuū, quod iubet ꝑ parentū
matrimoniū legitimari ꝓlē,nō diſtinguit,an fuerit ma
trimoniū intermediū,vel nō,ſed hoc ſolū requirit ma
trimoniū inter parentes ſecutū. Sed hoc hic fuit, ergo
&c. vbi āt ius non diſtinguit, nec nobis diſtinguere li-
cet.31.q.j.quod ſi dormierit.de ma. & obed. ſolitæ.ff.de
alea.l.j.§.q̄ āt.ſatis ergo ſit illi B.quod mrīmoniū tēpo
re ꝯctū quo fuit inter parentes fieri potuit, nec nocet,
q̄ tēpore medio fieri nō potuerit, facit clemen.de præ-
bē.ſi de bñficio.vbi & executor, cuius poteſtas eſt odio-
ſa.qui primo ꝯferre potuit,& medio tēpore nō potuit,
bñficio ad papā deuoluto,illud ꝯfert, non ob.q̄ medio
tēpore nō potuerit.itē video,q̄ ſi infra annū appellatio
nis ꝓſequendæ fiat cōpromiſſum,illo poſtea defecto,ꝯ-
iunguntur poſteriora tēpore prioribus. C.de tēp.appel.
aut.ei m.& in clemen.de ap.quandiu. & hoc & eſt cōe,
vbicunque p̄ſcriptio dormit,vt tempore vacationis,ſci
ſmat.vel hoſtilitatis.ſ. de præſcri.c.j.& c.audiris.& c.ex
tranſmiſſa & c.cū nobis.ſicut & ꝯ pupillū p̄ſcriptio.30.
an.C.de p̄ſcrip.30 an.ſicut in rē.C.in qb.ca.l.fi.& ꝯ filiū
fa.C.de an.exc.l.j.in fi.& C.de bo. ma. l.j.in fi. nā ꝯiun-
ctionē ꝯſenſus ꝯſtituti procura. ād ꝯſtituētem non im
pedit ipſius procuratoris intermedia ꝯdictio.de ꝓcur.li
cet.li.e.ſicut nec eccleſia impedit matrimoniū ſpiritua
le.vt ibi no.ſic & ꝯiungimus tēpus, quo poſt abſolutio-
nē ſuā excōicatus agit tēpori, quo egit ante exceptio-
nē oppoſitā. & de his facimus vnā inſtantiā. de excep.
pia.li.co. itē licet ꝯtumaciter recedēs & appellans ꝑ iu-
dicē a quo pro tūc citari nō debeat.ſi tñ appl'oni renū
tiat,citatur vt prius,non obſt.cōditione intermedia. de
do & contu.cū qui.eo.li.dicatur ergo,q̄ C. reuolauit ad
A.& extremitas ad prin.eſt reducta.25.diſt.ab exordio.
¶ Secundo ꝓbemus ꝑ aliquas leges, & primo per l.po-
tior.ij.rñ.ff.qui potio in pigno.habe.vbi ſi tibi obligaui
rē ſub cōditione, ſecundo illam obligaui alter, pure,
ſi eueniat ꝯditio . tempus cōditionis trahitur ad tēpus
obligationis nō ob.illo ꝯrio actu intermedio.itē ſolui-
tur hypotheca vendito pignore de volūtate creditoris.
ff.qb.mo pig.vel hypo.ſol.ſi debitor.§.1.& l.ſi conſenſe-
rit & tñ reintegratur, ſi res redeat ī prioris debitoris do
miniū,eo.ti.l.volūtate.in vlt.rñ.& l.ſicut.§.ſuperuacuū.
itē video,q̄ actio rerū amo.inchoata poſt diuortiū, re-
integrato matrimonio ceſſat,ſed non extinguitur,imo
ſublato impedimento matrimonij reintegratur. ff.rer.
amor.l.reintegrato.& l.vl.i.ſic eꝫ,quia actio de dote nō
cōpetit ꝯſtante matrimonio, facto diuortio ꝯpetit,ſed
reintegrato matrimonio deſinit cōpetere,& iā inchoa
ta.ff.ſol.ma.ſi mulier diuerterit.& l pe.§.vxor.facit.ff.de
iure do.l.dotē. & l.diuus. Cōcludamus ergo, q̄ illud ius
legitimandi,quod habebāt parentes,antequā alter ꝯhe
ret, impeditū pro tpe ꝯctus reuiuiſcat īpedimēto ſubla
to,& ſic ſatis ſit in prin.& in fine hoc ſtatuiſſe.facit.ff.de
ſtat.homi. & ſeruorum.nec nocet tempus mediū. ad
hoc.C.de cur.fur.l pen ¶ Solutio,teneo cū Gof. & Ho.
quod mediū mrīmoniū nō impediat legitimationē ꝑ
rōnes ſecundo inductas, qbus videtur hoc expreſſum.
in Aut.de inceſt.nup.§.dubitatū.col.ii.& ſi dicā illū le
gitimatū ꝑ nunc tantū,non pro tūc,ſolutū eſſet,quod
de fictione in ꝯtriū allegatur tertio,ſed,vt dixi.hoc pro-
ſequar in ſecunda qōne principali. itē per eundē mo-
dū ſolutū eſſet ,quod opponebatur de ꝯiunctione extre
morū impedienda ꝑ mediū impertinens, vel ꝯtriū. Ad
id,quod dicebatur de interruptione p̄ſcriptionis, vel in
terpellatione poſſeſſionis,rñde,q̄ illa requirūt cōtinua-
3 tionē,vnde † p̄ſcriptio eſt acquiſitio dominij per ꝯtinua
tionē tēporis &c.ſed in caſu noſtro conſtat, q̄ inter na
tiuitatē filij & matrimoniū nō requiritur actuū conti
nuatio.i. q̄ ꝯtinuatis actibus ſcđm cōiungatur primo,
imo patet ꝯtriū ꝑ c.iāta.& ꝑ iura q̄ allegātur in j.glo.ad
id quod dicebatur , q̄ actus nil ꝑtinens intermixtus vi-
tiat.Rñdet,illud verū in his, q̄ habēt fieri vno cōtextu,
vt teſtm̄,electio,ſtipl'o,& ſimilia,& hoc nō eſt tale,vt ꝓ
xime dixi. Ad primū qōnis dubiū veniens.Primo ꝓ fi-
lio inducā duas copioſas rōnes,ſecundo ꝯ eū alias duas
tales,tertio ponā opin. quā rōne & æquitate iuuabo,&
ꝯtriū ſoluā,& in fi.tres p̄cedentes ſolutiones ꝯiūgā.¶ Pri
mo ergo ꝓbabo,legitimationē iſtius B.ꝑ ordinē vel bñ
ficiū patris nō impediri, ſi ꝯcedatur ꝯcubinatū expreſſe
ꝑmiſſum,habeo intentū,& q̄ ſit ꝑmiſſus.patet.33.di.§.
cōcubina.& duobus.c. ſequētib.& ſi dicas, q̄ ibi ſumi-
tur ꝯcubina ꝓ vxore nō publice ducta,vt ibi no.tranſi-
bo ad aliū arguendi modū, dicēs ſatis eſſe hūc ꝯcubitū
nullo iure prohiberi,quod aperte probari videtur.xxij.
q.iiii. meretrices . ibi , niſi ſit in decalogo &c. & eſt iſte
bonus modus arguendi.xxviii.q.j.iam nunc eſt.lib.x.de
iur.fiſc.l.certa forma.in fin. ff.de præuari.l.iii. in fi. imo
ſaltem tacite permiſſus videtur.conſtat enim , quod gra
datim & non per ſaltum cōferendi ſunt ordines. xxiii.
diſtin.legimus.de cler.per ſal.promo.c.vno.ſupra.de po
ſtu.bonæ.ij.in fin. ff.de mu. & ho. vt gradatim. & l.ho-
nor.§ gerendorum.C.vt dig.or.ſerue.l.j.& ij.lib.xij.ff.de
neg.geſt.quæ vtiliter.in prin. ſed authē. quomodo opor
tet epiſcopos.§.neque autem, prohibet habentem con
cubinam promoueri ad ſacros , ergo in minoribus ha-
bere licebat.Item conſtitutus in ſacris prohibetur habe
re concubinam.xxxiii. diſt.habuiſſe.lxxxi. diſt. presby-
ter.cum ſex.c.ſeq ad idem de cohabit. cler.& mu. in v.
primis.c. ergo dicam permiſſum conſtituto in minori
bus,ad hoc.xv.q.iii.ex eo.quæ eſt lex.ff.de teſti. ex eo. &
ſupra de præſumptionibus.nonne.cum concordan.ſed
iſte licite matrimonium contrahit,ille non.de cleri. ꝯ-
iu.c.j.& ii.capi.diuerſis.& cap.Ioan.qui cleri.vel vo.c.j.&
ij non obſtat authen.multomagis. C.de epiſcop.& cle-
ric.& in authen.de mon.§.ſi quis autem. quia ibi appel
latio lectoris omnes cōſtitutos in minoribus compre-
hendit,ſicut & xxviii.diſt.de his.xciii.diſt.a ſubdiacono.
Concludam ergo,quod cum iſte B.ſit natus ex concu-
bina,quam facit animi deſtinatio.ff.de concu.l.pen.&
ex concubina naſcuntur naturales, & naturales legiti-
mantur per ſubſequens parentum matrimonium, er-
go iſte legitimus.Plus dico, quod dato, q̄ volens iſtum
naturalem vocare, ſatis eſt tamen ad legitimationem,
de qua quærimus, potuiſſe coniuges eſſe tempore coi-
tus.C. de natu.lib. cum quis.in prin.& l.nuper.in prin.
& inſ.de nup.in fi.iſti ergo tales erant,vt eſt probatum,
ergo &c. ¶ Secundo arguam ex fauore prolis & legiti-
mationis.eod.titu.per tuas.& c.ex tenore.C. de ind.vi-
du.l.i.ff.de ven.in.l.j.§.quamuis.de ritu nup.qui in pro
uincia.fauemus etiam propter matrimonium ipſius de
pendenti,vt pura doti.ſupra de pig.ex literis.de don.in-
ter virum & vxo.nuper ff.ſo.matr.l.j.& l. Caius.et ff.de
reg.iur. & de iur.do. in ambiguis. dicam ergo quod ſi
certum eſt,iſtum B.eſſe legitimum,habeo propoſitū.ſi
dicas caſum dubium,interpretemur pro prole & legiti

matione per iura prædicta, maxime cum propter illũ
dicatur matrimonium fuiſſe contractum, vt in prædi-
cta. l. cum quis. de natur. li. in authen. quib. mod. na. effi.
le. §. i. & quib. mo. eff. ſu. §. ſi quis igitur. facit. ff. de annu.
leg. l. quintus. in fin. & l. libe no. § filium. in fi. ¶ In con-
trarium ſi probabitur, concubinatum clerici præcipue
beneficiati iure poſitiuo expreſſe damnatum, dicetur
filius ſpurius, & ſic non legitimabitur p ſequens matri-
monium, vt in c. tanta. ij. reſpon. Primum ſic probo,
æquamus militem armatæ militiæ, & cœleſtem quem
militem vocamus. xj. q. j. Chriſtianis. xxiii. quæ. vii. repre
henſibile. ſupra de cleri. ægro. c. j. ne cler. vel mo. c. j. con
ueniunt enim in promotionis principio, in medio &
in fin. De principio patet, quod vtriuſque prærogatiua
certos a promotione repellit. de primo patet. C. lib. xij.
qui mi. non poſ. in quatuor primis legibus. & in rub. ſe.
negotiatores ne milit. de ſecundo. xxv. diſt. cũ diſt. ſeq.
§. de fil. preſ. cum rub. ſe. Dẽ medio patet, quod primus
non ſeruiens priuatur ſtipendiis ſicut & ſecundus. De
primo. ff. de re mil. deſertorem. §. qui militiæ. & l. qui ex
cubias. & l. pe. C. eod. tit. cum allegatis. lib. xii. de ſecundo
patet. de cleri. non reſi. c. ij. & c. ex parte. & duobus c. ſeq.
xxxij. diſtinct. præter hoc. C. de epiſ. & cler. generaliter.
can. xvj. quæſtio. i. in fi. etiam conueniunt, quia vterque
exauthoratur. ff. de infa. l. ii. §. ignominiæ. de pœn. c. ij.
eod. libr. ſi ita eſt, quod de vno dicitur, de alio intellige-
retur. iiii. di. denique. v. diſt. ad eius. de conſlit. tranſlat. c.
ij. ff. ad le. Aquil. illud. C. ad leg. falcid. l. fin. ſed primo in
terdicitur cõcubinatus. C. de dona. inter virum & vxo.
l. ij. vnde nec tenet relictum illi, de qua eſt ſuſpitio. ff. de
teſta. mili. l. miles ita. § mulier. & vt indignæ perſonæ re
lictum confiſcatur, ff. de his quib. vt indig. Claudius. & l.
mulierem, ſi igitur coitus & concubinatus damnatus,
ergo filius ſpurius, ergo vt ſupra. ¶ Secundo ſic. Clerici
beneficiati continue beneficio ſeruiendo ſanctis mini-
ſteriis vacare debent. xxxj. diſtin. tenere. & capit. ſeq. er-
go non debent infici concubinatum libidine, vt dicit
canon. lxxxj. diſt. quidam veniens. vt dicit lex, C. de natu
4 ra. li. l. j. conſtat † etiam quod tales habere non debent
in domo mulieres, niſi quas canon permittit. xxxij. di.
interdixit. de cohabi. cleri. c. j. C. de epiſc. & cleric. cum
qui. ſed concubina dicitur in domo retenta, prout dicit
vna l. alia dicitur indubitato mẽtis affectu. prima litera
in auth. qui. mo. na. eff. l. circa prin. ſecunda qui. mo. na.
effi. ſui. §. ſi autem. & in authenti. licet. C. de natu. lib. ad
id. xxxij. q. ij. concubinæ. de probat. per tuas. & not. in c.
5 tanta. ex quo concluditur, clericorum concubinatum ex-
preſſe prohibitum, inde eſt, quod habens concubinam
non ordinatur ad minores. xxxiii. diſt. c. j. & c. laici. In
Authen. de ſanctiſ. epi. §. clericos, & quid inſtamus ar-
gumentis a parte, omnibus clericis prohibetur. 81. di-
ſtin. in omnibus. & c. quidam cleri. cum tribus. c. ſeq. de
coha. cleri. ſi autem. cum tribus vlt. c. ſeq. ex quibus con
cluditur, quod in princi. dixi. ¶ Circa ſolutionem eſt
ſciendum, quod Iuueni (ſi ſcripta ſunt vera) doctorem
legum magnæ authoritatis hanc ſecundam partem te
nuiſſe. Ad cuius demõſtrationem ordiebatur ab alio. &
ſic ante. l. ſcriptam non diſtinguebamus in naturalibus
filiis legitimos a non legitimis, in authen. quibus mo.
natu. effi. leg. §. liceat igitur. & quib. mo. effi. ſui. §. palam.
& §. illud, quod per ius ſcriptum poſtea diſtinctũ fuit
in tres partes, ſcilicet, expreſſam approbationem, ex-
preſſam reprobationem, & partim relictum extra ex-
preſſam iur. approbationem, vel reprobationem. De
primo naſcuntur naturales & legitimi, naturales dictis
a coniugatione, quæ eſt de iure naturali, vt in præ. §. is.
& l. diſtinct. ius naturale. ff. de iuſti. & iur. l. j. §. ius natu-
rale. & inſtitut. eodem, poſt principium, & vtrobique
6 ſubditur. Ius † naturale eſt maris & fœminæ coniunctio,
quam nos matrimonium appellamus, hanc expreſſe
lex approbat. C. & Inſtit. de nupt. per totum, de talibus
filiis. 32. quæſtio. iiii. c. fina. ff. de his qui ſunt ſui vel alie-
ni iuris, ſunt filij. in princip. Inſtitut. de patria poteſtate,
7 in principio. De † ſecundo naſcuntur ſpurij quaſi non
pure, ſed extra puritatem iur. naturalis geniti, & hoc
quomodocunque ſit vetidus ſiue per effuſam libidinẽ.
In authenti. quibus modis eff. ſui. §. ſi quis autem. ff. de
ſtatu hominum. l. vulgo. inſtitu. de nup. §. pe. ſiue per
inceſtum vel alium modum prohibitum. Inſtitut. de
nupt. §. ſunt & aliæ. & iſti nec ſuccedunt, nec aluntur de
iure ciuili, licet ſecus de begninitate canonica, de hoc
de eo qui dux. in ma. cum haberet. iſti non legitiman-
tur per ſequens matrimoniũ. vt in c. tanta. ff. de ſta. ho.
8 Paulus, & no. de ele. innotuit. De tertio † naſcũtur natu
rales tm̃, ſic dicti, qa nãli ↄiunctione ꝓducti, ſed nõ le-
gitimi, quia iur. dignitatẽ vel approbationem non ha-
bent. ff. de leg. iii. item legato. §. parui. & l. qui concubi-
9 nam. in princ. ibi dicitur, quod inter † concubinam &
vxo. in ſola dignitate eſt differentia. i. non eſt differentia
inſpecto iure naturali. viii. diſ. quo iure. de ↄiu. ſer. c. j. in
Aut. de mo. §. huiuſmõi. iñ hãc ſolẽnitatẽ inducit ius poſi
tiuũ, vt ſit vnica, & in domo, vt dixi, q̃ſita nõ libidinis
cã, ſed ꝓcreandæ ꝓlis. in aut. qui. mo. na. eff. le. poſt prin.
ſed hæc ſolẽnitas hoc nõ approbat, ſed nec reprobat,
ſed tolerat, vnde dr̃. ff. de cõcu. l. in cõcubinatu. in fi. qa
ↄcubinatꝰ ex. l. nomẽ aſſumpſit, extra pœnã leg. eſt. q. d.
non in prohibitione lega. ſicut alibi dicit lex, quod nõ
recte facit hæres. q funerari nõ ſinit, pœna tñ in eũ ſtatu
ta nõ eſt. ff. de reli. & sũp. fu. at ſi qs. §. idẽ Labeo. de his.
C. de nat. li. p totũ. ff. de cõſ. iu. l. nãli. In aut. qb. mo. nat.
eff. su. §. diſcretis. & §. ſe. hi sũt quos legitimat ſequẽs ma
trimoniũ. in auct. qui. mo. na. ef. le. §. ſancitũ. C. de na. li.
l. cũ qs. & l. nuper. & c. tãta. Concludebat igitur, ꝙ cum
talis non ſit de hac tertia ſpẽ, ſed de ſecũda ꝓhibita, ad qđ
principalr̃ inducebat ſ. §. clericos. in auct. de ſan. epi. ergo
nõ legitimabatur, & certe ſatis ſonaret iniquũ, ꝙ inter
filios laici & clerici forte plebani, licet non in ſacris, de-
beret eſſe diuerſitas, maxime cũ pp tales legitimandos
multi a clero receſſerũt, ↄ id. de ele. cũ ex eo. lib. e. Tñ vbi
niſi nouũ aliud ſtatuatur, puto & ſoluendo dico, illũ B.
legitimatũ. Cũ. n. dec. tanta. hic dicat p virtutẽ ſequẽtis
mr̃imonij ꝓcedẽtẽ prolẽ lſ̃imari, probato ꝙ fornicariꝰ
coitus & oĩs qui fit ex vxorẽ lĩimã ſit dãnatus, habeo ꝙ
ẽt ex dãnato coitu natus dũmõ coitus tpe parentes cõ-
iuges eſſe potuerint, legitimetur per ipſorũ ↄiugiũ, quo
aũt probetur ſimplicẽ fornicationẽ eſſe mortale pecca
tũ, vide no. in cle. de hær. ad noſtrã. ver. vii. in j. & ij. gl. fa-
teri ẽt oportet mr̃imoniũ inſtitutũ fuiſſe ante oẽm. l.
ſcriptã, vt dixi in artic. ægrotantis. & dico, ꝙ mr̃imoniũ
eſt de iur. nãli, non dico inquantũ nãle dr̃ ex principiis
nãæ de neceſſitate creatũ, ſicut moueri ſurſũ nãlr̃ ineſt
igni, vel graui cadere deorſũ, ſed ſumẽdo nãle, ad quod
inclinat nã, & ↄpletur mediante arbitrij libertate, ↄſtat
. n. ꝙ principalis finis mr̃imonii proles eſt, proli aũt de
bent parẽtes nutrimẽtũ & diſciplinã, pater aũt ꝙ filius
a parentibus educari, & inſtrui non poſſet, niſi determi
natos & certos parentes haberet, certitudo aũt & deter
minatio eſt ꝓprie per oblonẽ viri ad determinatã mu-
lierẽ, quã mr̃imoniũ vocamus. Itẽ ſi reſpicimus ſecũda
riũ mr̃imonii finẽ, qui eſt mutuũ obſequiũ ſibi per cõ
iuges in familiaribus ĩpenſum rebus, & hoc ẽt nãle, ſi-
cut. n. nãlis rõ ſuadet cohabitationẽ hominũ, qa minꝰ
ſibi ſufficiunt in oĩbus, q̃ ad vitã pertinẽt, cuius rõne dr̃
hõ naturaliter politicus, ita illorũ, quibus indigetur ad
humanã vitã q̃dã ſunt cõpetẽtia viris, q̃dã mulieribus.
vñ monet nã, ꝙ ſit ſocietas viri ad mulierẽ, q̃ mr̃imo-
niũ dicitur, vnde ẽt philoſophus viii. ethi. vbi tractat de
amicitia cõiugali, dicit ꝙ hõ eſt aĩal magis nãliter cõ-
iugale, q̃ ciuile politicũ. Fornicatio aũt & oĩs vagus con
cubitus directe vr̃ eſſe ↄ vitã & educationẽ ꝓlis, cuius
neceſſaria eſt cura matris in nutriẽdo, ſed & fortius cu
ra p̃ris in ea inſtituẽda, defendẽda & ꝓmouẽda ĩ bonis
interioribus, oportet ergo ſm̃. l. naturę ordinatã eſſe co
habitationẽ parentũ ad tẽpus non modicum pp nu-

trimentum

trimentum & diſciplinam, quam debent proli, quod non eſt niſi per matrimonium. ergo fornicatio & omnis vagus concubitus eſt contra bonum prolis educandæ, & ideo mortale. Nec obſt. ſi dicas, fornicantē ſufficienter prouidere proli circa educationem & diſciplinam, quod illud, quod cadit ſub determinatione legis, iudicatur id, quod communiter accidit, & non ſecundum id, quod accidere pōt. Cōmuniter autem accidit fornicarios diuertere, & vtrunque educādæ proli non vacare, ergo vt ſupra, patet ergo l. diuina. & l. naturę fornicarium coitum damnatum. l. canonica patet in glo. etiam, ad quas remiſi, vnde dicit. c. non ſolum. xxxij. q. vij. inter cætera. vii. vitia fornicatio magnum ſcelus eſt, & lex ciuilis concubinatum permittens eſt reprobata. xxxii. q. iiii. nemo. & dicit illas. l. tur. ciuili correctas. Inducit in Auth. de leno. col. ii. & col. v. ſcenicas mulieres &c. & vt non luxu. contra naturam. col. vj. & quia caſtitatis ſumus amatores. quib. mod. na. effi. leg. §. illud. & quia circa peccata corrigēda lex ſequitur canonem, in auth. quomodo oportet epiſcop. & de ec. tit. & vt cle. ap. propri. ep. §. ſi vero. & hoc not. ipſe, qui ſi. ſint leg. la-
10 tor. Concluditur ergo† quod ex quo dicit canon legitimari illegitimum per parentum coniugium, illud intelligi de ſuſcepto ex damnato coitu, dūmodo coitus tempore &c. vt ſupra dixi. & aperte videtur hic velle lex inſt. de nup. §. ſi. qui primo loquens de legitimatione, quę fit per dationem curię, loquitur de naturali, poſtea ſubdens de legitimatione per matrimonium, non exprimit de naturali, ſed id ſolum, quod non fuerit inter parentes matrimonium legibus interdictum, cui concor. præ. l. cum quis. in princ. C. de natura. li. & per hoc ſit reſpōſum ad ſecundo allegata pro hac parte. Fateor enim coitum damnatum, ſed id non ſufficit, vt prædixi, ad id, quod primo allegabatur de milite. Dico, quod lex non prouidit in eo contra concubitum, ſed contra ſponſalia militum. Reſumēdo igitur hos tres articulos dicam, quod cum decret. tanta. tractet de tantitate & quātitate virtutis matrimonij, ne illi virtuti detrahatur. Accedat quod no. in cle. de ſum. trini. c. vno. in vlt. glo. primæ partis, dicam, ſic tanta eſt vis, ideſt, virtus matrimonij, vt qui antea ſunt geniti ex quocunque coitu, quod tamen potuerit eſſe vxorius, ſi tunc affuiſſet conſenſus poſtea ſubſecutus poſt contractum matrimonij quandocūque in alio matrimonio intermedio. Item in ſanitate vel in morte, dummodo eſſe demus matrimonium, legitimi habeantur, ſaltem ex nunc an ex tunc, in ſequenti quæſtione dicetur.

SECVNDA & principalis quæſtio habet tria dubia. principale eſt, an naturali primogenito, ſed legitimato poſt natiuitatē legitimi competat ſuccedere iur. primogenituræ. Secundum, an conſuetudo talis præiudicet ſecundogenito, qui clericus eſt. Tertio, an inter laicos valeat conſuetudo, ſed hoc vltimum proſequi non intendo, ſuper quo tamen videri poſſet, quod poſt Hoſtien. ſcripſi de voto, licet. Pro legitimato inducam rationes ſex. ſecundo totidem contra ipſum. tertio ponam trium diſputantium ſolutionem, & contrariam Bartho. quam approbo cum certa determinatione per tres dec. & ad contraria copioſe reſpondebo. Ad primū
11 † quod prius natus licet poſt legitimatus habeat in ſucceſſione ius primogenituræ, ſic probo, conſtat illum primum, quod nullum habet ante ſe. de ver. ſi. In ſeph. ff. eo. tit. proximus. & l. proximi. in proę. digeſto. §. diſcipuli. alias incipit in reliqua. ſed iſte reperitur primo natus naturaliter. Item legitimus, & hæc duo concurrunt eo tēpore, quo defertur hæreditas, & indubitatum eſt, quod ceſſante cōſuetudine ſuccederet ſimul cum aliis vt in c. tanta. inſti. de hæred. quæ ab inteſ. §. i. in Authē. de inceſt. nup. §. dubitatum. C. de natural. li. authen. ſi cōſuetudo. ergo quæ inter legitimos reſpic. primogenituram debet in iſto prius nato, & legitimo aliquid operari. de priui. in his. eo. tit. ſi papa. lib. vj. ff. de leg. j. ſi quando. in princ. ad muni. l. j. ſicut ergo idē ius de toto quod de parte. de offic. de leg. paſtoralis. §. j. de don. inter vir. & vxo. nuper. ff. de rei ven. quæ de tota, ſic ergo q̄a ſicut cōmuni iur. in totum excluderet perſonas ſecundi gradus, qui ſi. ſint leg. c. j. ita quod primogenitus & legitimus in totum excludant ſecundogenitum iur. conſuetudinis, ſic ergo ex prioritate & concurrentia duorum tempore debito, & arguendo de parte ad totum. Item de toto in alia ſpecie, ad hoc totum concluditur pro primo nato. Secundo arguo de proximioritate ad primogenituram, certum eſt, quod ſicut de iur. ex gradibus diuerſis ſuccedit proximior. ff. de ſuis & le. l. poſt conſanguineos. §. ij. ſaluo, quod habetur in Authen. de hæredi. ab inteſ. §. reliquum. facit. xij. q. j. ſuit manifeſte. xvj. quæſtio. vii. filiis. ita hic de conſue. in perſonis eiuſdem gradus ſuccedit primogenitus, ideſt prior in genitura quod conuenit legi diuinæ. Gen. xxv. & xxvij. de qua. vij. q. j. quam periculoſum. & facit prę. dec. licet. de voto. nam vt ibi patet in fin. In genitura plurium eſt ordo & prioritas & poſterioritas. ff. de ſtatu hominum. Arethuſa. ſed certum eſt, quod in proximioritate ſpectatur tempus mortis, vel poſterius & non anterius, vt præd. l. poſt conſanguineos. §. proximus. vnde legitimi. l. j. & l. ſi duobus. vnde cognati. l. capitis. Inſti. in de legit. agnato. ſucceſ. §. proximus. ff. de iniuſ. rup. teſtam. ſi quis exhæredato. ij. reſpo. ergo in primogenitura legitima ſpectabimus etiam tempus mortis, non enim oportet prius quæri de conditione cuiuſquam, quam hæreditas vel legatum ad eum pertineat. ff. de leg. ij. non oportet. ad idem. ff. de leg. prę. per contrata. l. interuenit. non Inſpciatur igitur quod prius fuit, ſed quod nunc eſt. l. di. ferrum. ſupra de reſcrip. cam te. & ff. de ædi. edi. quod ita. ad id. 3 i. quæſtio. j. non enim. & c. non eſt. quia licet certis caſibus inſpiciatur tempus teſtamenti, hic nō poteſt id dici, cum ſit ſucceſſio ab inteſtato. Tertio ſic, aliquod retrotrahi procedit non ſolum in iudiciis & maleficiis, ſed etiam in contractibus. habetur concor. in regu. ratihabitionem. eod. tit. in prin. patet. C. ad Mace. l. ſi. Item & vbi non eſt contractus, vnde retro dicitur in ciuitate fuiſſe, qui ab hoſtibus aduenit. ff. de capti. l. retro. q̄n igitur poteſtatē legitimationis poteſtati iu. poſtliminij. dicā, quod ſicut illud eū in cuius pſona admouet ius ſeruitutis per captiuitatē inductæ, facit eiuſdē conditionis, ac ſi nunquam in eadem ſpecie ſeruitutis fuiſſet. xvj. q. iii. prima actione. ff. de cap. & poſtli. reuer. l. poſtliminium. ſic & legitimatio iſtum perinde faciat haberi. acſi illegitimus non fuiſſet. ff. de iniu. teſt. ſi quis filio. §. pe. & ſicut per illud ius poſthu. reuerſus excluderet ſecūdogenitos & remotiores, vt præ. l. ſi quis. §. ſed & ſi pater. ff. de bo. liber. ſi necem. §. ſi deportatus. C. de bo. poſ. ſecundū ta. qui ex liberis. §. i. ita & per legitimationē, quæ retrotrahitur, nam cōſtat, ipſum naturalem a conceptu, & partu habuiſſe ſtatum legitimationis implicitum, explicitum, & conſumatum poſtmodum in cōtractu, trahatur ergo conſumatio ad initium. xxxv. di. ab exor io. ff. qui po. in pi. ha. porior. & reſpon. de contrah. emp. nec emptio. ff. de peri. & com. rei ven. quod ſi pendente. alias eſt. §. ſub. l. neceſſario ff. ad l. fal. fundo legato. nec hoc impedit matrimonium intermedium, vt dictum eſt in ſecundo mēbro primæ q. & ſi dicamus retro non erat ſecundum illud certo tpe naturalis tm̄. & certo nālis & legitimus, quod eſſet mōſtrum, vt no. ſupra de clan. deſpon. cum inhibitio. & eadem res ſic cenſetur duplici iur. & contrario, contra id. xij. qō. ij. cognouimus. de deci. cum in tua. ff. de re. permu. l. j. C. de cod. l. fin. Quarto ſic arguo, Proles legitima dicitur cā omnis priuilegij, & pręcipuitatis, quæ doti indulgentur. ff. ſolu. matri. l. i. de iur. do. l. ij. de priuil. cre. intereſt. ſed cū ipſa dotis cā omni tēpore pręſenti præterito & futuro. ſit p̄cipua & fauorabilis. ff. ſol. ma. l. i. facit 3. de pi. ex litteris, de do. īter vi. & vx. nup. quāto magis ergo fauorabilis erit, ples omni tempore, quia pp vnum

quodque &c. ſumitur hoc. C. de natura. li. cum quis. ſit
ergo iſte pro omni tẽpore legitimus, cũ hominibus le
gitimis gaudeat princeps rẽpublicã frequentari, qui fi.
ſint le. ex tenore. & c. ſi, & ibi, p vtilitate publica. C. de in
di. vidui. l. ij. ſicut de ingenuis dicitur, C. de bo. lib. l. fi. &
attendi debet tempus, quod plus expedit legitimato, vt
præ. c. cum inter, C. de natur. li. nuper. ad fi. Quinto indu
co, quod hoc beneficium eſt ſacramẽti & iur. poſitiui
canonici. ergo latiſſime ſumendum. ff. de conſti. prin.
beneficium, de ver. ſig. olim, de don. cum dilecti. Item ta
lis legitimatur ad ſpiritualia, vt. no. in c. tanta. & de elec.
innotuit. fortius ergo ad primogenituram, cum ſpiri-
tualia &c. qui fi. ſint le. per venerabilem. xxvj. diſt. duo
ſunt. ſupra de ma. & obe. illud. & c. ſolitæ. Sexto & vlti-
mo eſt textus apertus in auth. qui. mod. na. ef. ſui. §. reli-
qui. ibi, ſemel eos efficientes legitimos, damus habere
etiam ſucceſſiones illas etiam quas habẽt hi, qui ab ini
tio legitimi ſunt, & ibi in §. illud. alias, ſi quis ergo. in
fi. nihil a legitimis filiis differentes, ad id. ff. de lib. & po-
ſthu. l. filio. & C. de conſul l. j. in fi. lib. xii. quarum legum
caſus, j. patebunt. & per hoc concluditur pro legitima-
to. ¶ In contrariũ pro prius legitimo, certum eſt, quod
ipſius cœpit eſſe hæreditas. ad Gala. iiii. ſi filius, ergo hæ-
res. ff. de libe. & poſthum. l. in ſuis. & primo fuit conſti-
tutus in iur. ſuccedendi, inſti. de hære. qua. §. ſed ſui. nec
eſt hic fauor ampliandus, quia ſi fauorẽ matrimonij in
ſpicimus, hoc eſt contra prius legitimum, non debet er
go cõcedi poſteriori, quod denegaretur priori. ſupra de
præben. cum cauſam. C. qui po. in pi. l. ſi. verſi. & ceptis.
Cum ergo in duobus dotibus, in quibus etiam locum
habet fictio. C. de rei vx. ac. l. vna. circa princ. ex tempo-
re prærogatiua ſeruet, vt ibi. ergo & hoc, ne quod prius
legitime factum fuerat, vel quæſitum, per ſuperuenien
tem euentum vitietur, vel perdatur contra regulam. eo
dem titu. factum legitime. cum concor. nam & habet
regula, quod id, quod noſtrum eſt, ſine noſtro facto a
nobis euelli non poteſt. ff. eo. titu. id quod noſtrum. pri-
mogenitus autem legitimus nil fecit hic, propter quod
illud ius ſucceſſionis ſibi debeat deperire, nec pater id
facere potuit. primo, quia iſte non eſt de caſibus illius.
§. cauſas. in Auth. vt cum de ap. cog. notatis ſup. de iur.
iur. quintaualis. Secundo, quia in præiudicium filij ex
primo matrimonio non potuit mutare cõſilium. hoc
eod. tit. mutare. cum concor. Tertio non poterat expreſ
ſe priuare, vel fraudare illum, cui competebat ius ex pri
mogenitura, multominus tacite contrahendo cum il-
la olim concubina, de præben. dilecto. Item nec papa,
nec princeps in alterius graue præiudicium priuilegia
cõcedunt, de conſue. cum olim. in fin. ff. ne quid in lo.
pu. l. ij. §. ſi quis. C. de eman. nec auus. Secundo ſic pro-
bo, quod incipit hodie valere, nõ trahitur retro. de deſ-
pon. impu. c. j. eod. lib. valet ergo vt ex nunc, vt no. in re-
gula, non firmatur. patet hoc, inſti. de mili. teſ. §. penult.
ff. eod. titu. quod ab initio. ff. de off. procon. obſeruare. in
fin. Facit. ff. quæ res pi. ob. poſ. l. Titius. & de mili. teſt. tri-
bunus. Cum igitur legitimatio æquipollear reſtitutio-
ni, & vtraque ex ſuo tempore ſecundũ veritatem aliud
non tribuat, iſtius attributionis effectus retro non extẽ-
ditur. ſed inchoat ex tempore ſuo, ergo prius legitimus,
& per id ius primogenituræ adeptus, per legitimationẽ
naturalis, quam ponderamus, ex ſuo tempore non per-
dit, vt patet in c. tanta. ibi, poſt contractum matrimo-
nium. in authenti. qui. mo. natura. ef. ſui. §. illud. alias, ſi
quis ergo. ad finem. & ibi, ex hoc. & gio. exponit tempo
re, de reſcrip. quanuis, l. br. eodem. ff. de minor. l. & ſine,
§. ſed quod Papi. de hære. inſtitu. et qui ſoluendo. de
bo. poſſeſ. contra tabu. l. j. §. fina. nec mirum, ſi retro non
trahitur, quod legitimatus habere debet quæ huius ap-
pellationem decent. in Auth. de inceſ. nup. §. dubitatũ.
colla. ij. ſed non decet, quod plus iur. habeat legitima-
tus, quam legitimus. in authen. quibus mo. natura. effi.
ſui. §. ſi quis ergo. §. & quoniam varie. & §. ſi quis autem

ergo. &c. põderamus autem quid deceat, de voto. mag.
de electio. cum non deceat. libr. eodem. ¶ Tertio ſic. Si-
cut nos habemus certos modos, vel caſus, quibus ſecun
dus expectans beneficium ponitur in locum primi,
quos not. de præben. quia ſæpe. libr. eodem. in vltim. glo.
ſic legiſtæ habent certos modos, vel caſus, quibus in ſuc
ceſſionibus hæreditariis conſtitutus in loco ſecundo
in locum prioris adducitur, vt in morte naturali, qua
primo ſubducto &c. vt qui fi. ſint le. lator. ff. de ſuis, & le.
l. filius a patre. §. filius. & l. Gallus. in princ. Item morte
ciuili, vt deportatione, vel damnatione in metalium,
vt in l. Gallus. §. quid enim ſi nepos. de his modis. ff. de
ſuis & le. l. i. §. filius, vſque ad. §. poſt ſuos. ff. de iniuſ. teſt. l.
poſthumorum, inſtitur. de exhæred. libe. §. poſthumo-
rum. ſed modus legitimationis nõ eſt de illis, per quos
ſecundus adducatur in locum primi. ergo &c. per lo-
cum a ſufficienti numeratione partium, ſupra de inſti
tu. c. ſi. de poſtul. bonæ. ij. in fi. ff. de his qui ſui vel ali. iur.
ſunt. l. j. in princi. de ac. & ob. obligationum fere. de præ
to. ſtipu. l. j. §. j. Inſtitu. de ac. §. actionum. nec arguas a ſi-
mili. de legitimatione ad caſus expreſſos, q̃a caſus omiſ
ſus a principe vel impetrante habetur pro omiſſo. de
reſcri. ſuſceptum. lib. cod. vbi de hoc dixi ſuper gloſſ. ar.
contra. & a canone. de tempor. ordi. dilectus. de ſentẽ.
excommu. is qui. in fin. j. reſpon. libr. eod. in clemen. de
ele. ne Romani. poſt prin. & c. conſtitutionem. in prin-
cipa teſtatore. ff. de lib. & poſthum. commodiſſime. ff.
de excuſa. tu. ex his. a paciſceute. ff. ſol. mat. ſi cũ dotẽ. in
prin. de pac. con. l. fin. & a lege. C. de ædi. priua. an in to-
tum. & quæ ſit long. conſuetud. l. j. Quarto ſic probo, cõ
12 ſtat † quod conſuetudo duo requirit coniunctim, ſcili-
cet primogenituram, & legitimitatem, ſed natus ex cõ
cubina non eſt talis, cum verba ſint certa, quæſtionem
voluntatis non admittunt. qui fi. ſint leg. c. ij. C. de lib.
præte. l. iii. ff. de lega. iii. ille, aut ille. §. cum in verbis. ſed
in nato ex vxore ſimul concurrit vtrunque. ergo &c. ſi
ergo quærimus, quis prior eſt filius, non eſt dubium,
quod naturalis, hunc enim natura genuit, licet non ho
neſtas coniugij. 32. q. iiii. c. fin. ff. de adopt. l. j. vnde &
ſpurium vocamus filium. cap. præal. tanta. ſed ſi quæri-
tur. quis prior naturalis, an legitimus, patet quod ſecun
13 dus. ¶ Et ſi † quæritur, quis prior in iur. ſuccedendi, ſolu.
is qui prius illa duo iura nactus eſt, ex quibus ius ſucceſ
ſoris competit, vt ſic in hoc ponderetur ius primogeni
turæ. xxii. quæſtio. ij. §. viri. in princip. & ſi vis, quod con
cedam, eum cenſeri a natiuitate legitimum, hoc non
eſt ſecundum veritatem naturæ, ſed ſecundum diſpoſi
tionem, vel ciuilitatem, ſed conſtat, quod illum, quem
excludunt filij ſecundum naturam, non excludunt fi-
lij ſecundum ciuilitatem. ff. de leg. ij. ſi ita quis. §. j. de
de cond. & de. fideicommiſſum, vnde non eſt ſatis ci-
uiliter fieri, de reſcript. ſuſceptum. ſcripſi de hoc, ſupra
de conuer. coniuga. cum ſis. ad id. ff. de verbo. obligatio.
ex ea parte. §. inſulam. vbi de hoc. C. de his qui ve. æta. l.
fin. ¶ Quinto arguo ſic, quando quærimus de ordine,
& oportet ad alicuius perfectionem duo concurrere,
ſi inter duo perficientia in vno hæc iura ſimul in alte-
ro concurrant, prior intelligitur ille medius, qui inter
duo prima cõſequitur. hoc patet in rei vend. & in pu-
bliciana. C. de rei vend. l. quoti. ff. de publ. vt ſi quidem.
& hoc tanto fortius, quia actus traditionis erat neceſſa
ria ſequela ꝯtractus, & tamen non trahitur ad cõtra-
ctum, ſed hic non ſic, quia ſecundus cõtractus matri-
monij fuit ad nudam voluntatem parentum, idem in
pignore, ſi prius imperfecte conueni, poſtea cum alio
perfecte, demum ſequuta eſt perfectio cũ primo & nu
meratio, vt prę. l. Titius. ff. quę res pign. qui. po. in pi. ha.
l. j. in fi. & l. qui balneũ. & l. potior. j. rñ. ſic eſt videre in li
tera, qua mandatur alicui prouideri, dato executore ad
conferendũ ſine decreto, præſentatio enim, & executo-
ris ĩhibitio afficiũt ita, ꝙ collatio ordinarij nõ tenet, ſed
ſi inter præſentationẽ, & inhibitionem ordinarius cõ-
ferat,

ferat, tenet collatio, hæc probantur de conceſ. præb. ſi ſoli. Leo. ita ſponſalia de futuro & copula faciũt matrimoniũ, ſed ſi inter hæc duo deſponſetur alia de pñti, valet intermediũ, de ſpon. veniens, & c. ſi inter. de eo qui cog. con. per tot. iſta vero non procederent, vbi primũ perficit ſine ſecundo, vt in c. ſi. de ſpon. du. vel ſufficit, vt in c. ſi tibi abſenti. de præben. eod. lib. beneficium enim ante acceptatam collationem mihi factam non fuit meum, ſufficit tamen collatio ad impediendum collatorem ante repudiationem vel terminum lapſum, vt ibi. Sexto ponderanda eſt æquitas, quid enim dices de nobili D. non contractura cum eo, cum quo contraxit, ſi primogenitum habuiſſet ad ſucceſſionem habilem, quæ poſtmodum primogenitum habuit ex matrimonio. Item quali periculo illam ſubmittis, ſi naturalis ſperat ſe illa mortua legitimari poſſe cum iur. primogenituræ, facile enim veneno, vel aliter conſpirabit in eius mortem. ex quibus concluditur pro primo legitimo, ideſt ex primo matrimonio nato. ¶ Ad ſolutionẽ quæſtionis eſt ſciendum, quod olim hæc quæſtio fuit diſputata per Gener. Accurſij, & tenuit per præ. §. reliqui. inductum in fin. j. partis legitimatum præferendũ, maxime quia conſideratur tempus mortis. Inſtit. de hære. qua. §. ſui. & §. in extraneis. ſic ſecundum eũ ex pacto olim inhito hodie datur actio. C. de re. permu. ex placito. & dicebat quod. §. illud. alias ſi quis. ad fi. vbi dicit, ex hoc non debet intelligi, ſcilicet, tpe; vt dicit ibi gloſſella, ſed ex hoc, ſcilicet matrimonio & oblatione curiæ, vel alio modo ad legitimandum idoneo. Item modernis temporibus tenuit hoc alius ſolennis doctor hoc diſputans. Idem. dicitur tenuiſſe alter ſummæ ſcientiæ doctor in ſtudio Paduano inducẽs principaliter. l. filio. ff. de li. & poſthu. ſed Bar. Brixi. hoc diſputans in dominicali. l v. quæ incipit. Quidam habens filium. tenet cõtrarium pro legitimo nato ex primo matrimonio, dicens quod id tenebat H. neſcio ſi de Huguitione, vel Hugolino intendit, quia per illorum ſcripta hoc non apparet, & hanc partem teneo, ſed tremulus propter illorum authoritatem & reuerentiam, qui tenuerunt contrarium. Tamen hanc partem eligo deliberato conſilio & reſpõſo trium doctorum legum ſolenniſſimorũ huius ſtudij, quos in diſputatione nominaui, doctor & meus in theologia hanc partem deliberatus prælegit a me conſultus. ¶ Ad hanc autem ſolutionem induco tres decre. ſexti, ſcilicet, de reſcrip. ſi pro te. & cap. quamuis. de præbend. ſi apoſtolicæ. & hoc modo dices, quod per ſecũdum matrimonium ſit in illum naturalis collatio legitimitatis, aut cõfirmatio, vel reſtitutio, vel alterius prædictorum fictio. De primo ſit caſus in decre. ſi pro te. certum eſt, quod naturalis habet ſtatum conditionatum ad legitimitatem, ſcilicet ſi parentes conſẽſerint in matrimonium, & ille, pro quo fuit ibi ſcriptũ, habuit etiam ſtatum conditionatum, ſcilicet, ſi conſenſerint epiſcopo &c. & tamẽ ſi antequam veniat ille conſenſus, alius canonicatum in illa eccleſia conſequitur, poſtea ſuperueniat ille conſenſus, ille ſecundus in gratia, qui conditionem præuenit, eſt prior & potior, etiam in aſſecutione præben. poſt vacantis, ſic iſte, qui primo conſecutus eſt legitimitatem, erit primo potior, cuius poſtea legitimitas ſuperuenit, ſi dicas, ꝙ eſt confirmatio, ſit caſus in decreta. ſi apoſtolicę, vbi ſi reſeruatio legati præceſſit, & confirmatio papalis ſecuta eſt, tamẽ poſt reſeruationem, & ante confirmationem alter ibi impetrauit a papa, iſte medius erit prior. Confirmatio enim præponit illum ſolum ius acquirentibus poſt cõfirmationem, ſicut & hic legitimatio præponit iſtũ genitũ tantum, ſi dicas, quod eſt reſtitutio. facit. C. de nata. reſt. l. ij. ibi, natalibus antiquis reſtitui &c. & in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis ergo. ibi. prolem naturæ voluerit reſtituere, tunc eſt caſus in dec. quamuis. ibi reſtitutio nõ p̄iudicat iuri acquiſito alteri añ reſtitutionẽ, cui cõuenit. l. ij. ff. de decur. procedat ſolutio ſi de ſpecia-li contraria interpretatione vel obſeruantia conſuetudinis quo ad caſum propoſitũ non apparet. ¶ Modo eſt ad contraria reſpondendum, & primo ad. §. reliqui. & dico, quod mens literæ ſonat ſolum hic, quod ſicut a principio legitimis defertur ſucceſſio, ſic & legitimitatis, nec dicit litera, quod cenſeantur ab initio legitimi. vide ſupra de ætate, & qualitate, multis. in fin.

14 ſubdiaconus† eligitur in epiſcopum, ſicut diaconus, vel ſacerdos, non per hoc fingitur diaconus, vel ſacerdos, vel aliter illud, vbi iur. repugnantia non impedit talem fictionem, ſecus vbi impedit, vt in terminis noſtris, vt ibi dicam reſpondendo ad tertium argumentum. Vel dic quod lex non ponit prærogatiuam in ſucceſſione ex ordine filiationis, vnde vocatur ſicut ab initio legitimus, cũ hodie vterque naturalis & legitimus, nec iur. communi curamus quis prior. Sed cum quæris, quis prior, procedit ſolutio & caſus prædicti, quibus nõ quærimus de excludendo ſecundo, ſed poſtponendo, facit ad prędicta, quod recitare ſoleo, de in integ. reſt. conſtitutus. aliter enim iudicamus de temporali præſcriptione, quam præuidet ius, quam de illa quam non præuidit, puta ſi inducta ſit per conſuet. & ibi, vel per conuentionem, vt not. ff. de minori. Aemilius, & per eundem modum poteſt reſpõderi ad. §. ſi quis. ibi, nihil a legitimis. Vel dic, quod nihil differunt, vt ex nunc, & in ſucceſſionibus, quæ nondum pro aliis erant effecta, & ſi ſtemus gloſſellæ ibi, ex hoc. l. tempore, habeo propoſitum cui conuenit decr. tanta, ibi. poſt contractum matrimonium, & quod recitare ſoleo poſt Hoſt. de elec. innotuit. quod legitimando ſuperueniens per parentum coniugium non ratificat electionem prius factam de legitimato. Ad l. ex placito, dico, quod facit pro, cũ ibi conſideretur vt ex nunc tps. quo cõcurrit vtrumq; naturale ſcilicet, & ciuile. Ad l. filio. reſpõdetur primo ſic, quod illa lex inducitur pro, nam ibi exhæredatio de naturali emancipato non impeditur per arrogationẽ, qua recidit in poteſtatem, vt ſic vinculum ciuile non tollat impedimentum medij temporis ſuper naturali iur. fundatum, ſic & hic ius, quod competit naturali primo legitimo, quod exhæredat illum naturalem tantum, non tollatur propter ciuilitatem vel legitimationem ſuperuenientem. Item illa lex loquitur de filio ſẽper naturali, & legitimo, & a principio in poteſtate, qui poſtea iur. legitimo priuatus fuerit per emancipationem. Vnde per adoptionem potius dicitur recuperare ius legitimum amiſſum, quam de nouo quærere, vt. ff. de pac. ſi vnus. §. quod ſi non. tamen impropriẽ ſic dicitur, quia illud in iur. eliſo nõ perempto. ff. de ſol. qui res. §. aream. vel ſic ponderata ratione licet ille foret emancipatus, vere tamen, & efficaciter filius quo ad ius exhæredationis ſaltem de iur. prætorio. ff. de inof. teſ. Papinianus. §. j. & C. eo. l. ij. Non fuit ergo tantæ potentiæ adoptio, vt ita cum nouum filium faciat, ſicut fieret extraneus, & per id extinguitur ius naturale per ius ciuile, vt ſicut facta exhæredatio de nouo filio non nocet illi filio facto. ff. de bo. poſ. contra ta. non putauit. §. ſi quis emancipatum. Item facta de emancipato non nocet adoptione ſecuta, quia vere filius fuit. l. j. de conſulibus. facit pro, in princip. in quantum ibi dicitur, quod prius dignitatem adeptus eſt prior, ſicut & hic prior adeptus legitimitatem. in fine facit contra. in quantũ ille prior cõſul ſecundo patriciatum adeptus præfertur ſecundo prius patritiatum adepto, ſi ſequeremur ſecundam lecturam, quam ibi ponit glo. negaretur caſus. & ſic non eſſet reſpondere neceſſe, quia faceret pro, ſed ſecundũ communem caſum prædictum etiam quem approbat gl. ſolue, quod ibi ex ordine ꝯſulatus debebatur magiſtratus. facit. ff. de mu. & ho. reſcripto. ſi ergo aliter factũ fuerat, ex quo primus adeptus eſt magiſtratũ, merito p̄ferendus illi, cui in adipiſcendo p̄ferri debuerat, vel habebat ibi ꝯſuetudo cõſulatus, quod habet ꝯſuetudo multarum eccleſiarum, quod inter canonicos eiuſdẽ

